

« In hac nostra editione Basileanus libri *de Temporum Ratione* textus reproducitur, collatus tamen cum antiquissimis eximisque Britannici Musei manuscriptis; quorum auctoritate, insuper, duos parvos tractatus *de Indigitatione* et *de Ratione Unciarum*, sicut distincta opera in præviis editionibus dati, suis locis, capitulis scilicet 1 et 4, restauravimus. Jam longius ante in suspicionem hos tractatus esse genuina fragmenta tam styli modo, quam Brideserti Commentariorum, inscriptionisque *de Temporum Ratione* a typographo paginis (quod primum videri mendum poterat) inscriptæ, facto, inductus fuerat editor; eadem etiam opinio eodem tempore doctoris Wright mentem invaserat; et re vera suum proprium locum in Basileana editione nacti videntur tractatus. »

Sic loquitur doctor Giles, cujus Anglicum sermonem vertimus. Cum ordinem ab eo observatum secuti sumus, nil addemus ad ejus verba nisi quod textui, quem solum dederat, Brideserti glossas, Joannis Noviomagi scholia et Smithii notas subjunximus.

ARGUMENTUM IN LIBRUM VEN. BÈDÆ DE TEMPORUM RATIONE

Mos est scriptorum ut in initiis librorum tria ponant: personam, videlicet, locum et tempus; ideoque hæc tria requirenda sunt. Persona dicitur, eo quod per se sonat, id est, per se sonando se ipsam demonstrat. Locus dicitur a locando, eo quod ibi aliquid collocetur. Est autem locus situs, vel positio, quia quidquid corporeum est loco continetur, et non potest esse nisi in loco, id est, quidquid dextrum et laevum, ante et retro, supra et subtus, habet, locale et corporeum est; quod autem his caret, incorporeum et illocale, id est, spirituale est. Quid sit tempus invenies capitulo primo. Locus est. monasterium beatorum apostolorum Petri et Pauli, quod est ad ostium Viuri amnis, et juxta annem Tinam, in loco qui vocatur Ingyrvum quod etiam beatus pater Bisi, cognomento Benedictus, construxit, cum cooperatore ac socio ejusdem operis Ceolfrido, qui, post ipsum Benedictum, ipsius monasterii abbas per xxx annos extitit. Tempus: magni Caroli, filii Pippini, filii Ansigisi, qui genuit Pippinum patrem Caroli. Persona: Beda, qui, ut ipse in sequentibus demonstrat, gentis Anglorum indigena fuit. Est igitur quædam Oceani insula, cui quondam Albion nomen fuit, et modo Britannia dicitur, inter Septentrionem et Occidentem locata, Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, maximis Europæ partibus multo intervallo adversa. Hæc in præsentia juxta numerum librorum quibus lex divina scripta est, quinque gentium linguis, unam eandemque summæ veritatis et veræ sublimitatis scientiam scrutatur et confitetur, Anglorum, videlicet, Britonum, Scotorum, Pictorum et Latinorum, quæ meditando Scripturarum cæteris omnibus est facta communis. Interpretantur autem Angli, secundum beatum Gregorium, quasi Angeli, ob pulchritudinem corporum. De quorum scilicet Anglorum prosapia venerabilis Beda originem duxit: qui natus in territorio prædicti monasterii, cum esset annorum septem, cura propinquorum datus est educandus reverendissimo abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido; cunctumque ex eo tempus vitæ in ejusdem monasterii habitatione peragens, omnem meditandis Scripturis operam dedit, atque inter observantiam disciplinæ regularis, et quotidianam in ecclesia cantandam curam, semper aut discere, aut docere, aut scribere dulce habuit. Decimo nono autem vitæ suæ anno diaconatum, tricesimo gradum presbyteratus, utriusque per ministerium reverendissimi episcopi Joannis, jubente Ceolfrido abbate, suscepit. Ex quo tempore accepti presbyteratus usque ad annum ætatis suæ 61, Scripturam sanctam ex opusculis venerabilium Patrum breviter annotare, sive etiam ad formam sensus et interpretationis eorum superadjicere, curavit. In principium Genesis usque ad nativitatem Isaac, et ejectionem Ismaelis, libros IV; de Tabernaculo et vasis ejus, ac vestibus sacerdotum, libros IV, de Ædificatione templi, allegorice, libros II; item in Regum librum, xxx Quæstiones; in Proverbia Salomonis, libros III; in Cantica canticorum, libros VII; in Ezaiam et Nehemiam, libros III; in librum beati patris Tobiae, Explanationis allegoricæ de Christo et Ecclesiâ librum I; item capitula lectionum in Pentateuchum, Moysi, Josue, Judicum; in libros Regum et Verba dierum; in librum beati patris Job; in Parabolas, Ecclesiastem; in Evangelium Matthæi libros IV; in Evangelium Marci libros IV; in Evangelium Lucæ libros VI; in Evangelium sancti Joannis; in Apostolum quæcumque in opusculis sancti Augustini exposita invenit, cuncta per ordinem transcribere curavit; in Actus apostolorum libros II; in Epistolas sex canonicas libros singulos; in Apocalypsin sancti Joannis libros III; item librum epistolarum ad diversos, quarum de sex Ætatibus seculi una est, de Ratione bissexti una, de Æquinotio juxta Anatholium una. Vitam sancti patris monachi simul et antistitis Cuthberti, et prius heroico metro, et postmodum plano sermone descripsit; Historiam Ecclesiasticam suæ insulæ ac gentis in libris quinque; Martyrologium de natalitiis sanctorum diebus, in quo omnes quos invenire potuit, non solum qua die, verum etiam quo genere certaminis, vel sub quo iudice mundum vicerint, diligenter adnotare studuit; librum Hymnorum diverso metro sive rhythmo; librum de Orthographia alphabeti ordine distinctum; item librum de metrica Arte, et huic adjectum alium de Schematibus sive tropis libellum, hoc est, de figuris modisque locutionum quibus Scriptura sancta contexta est; de Natura rerum, et de Temporibus libros singulos. Inter quæ omnia composuit hunc pulcherrimum librum, anno, videlicet, juxta Dionysium, ab Incarnatione Domini 725, quem titulavit De temporibus, sive de ratione temporum, ac postea novem feliciter vixit annos, migravitque ad Christum, pro cujus amore præsens contempsit sæculum. (COLON. EDIT.)

DE TEMPORUM RATIONE. I

PRÆFATIO.

De natura rerum, et ratione temporum, duos **A**me¹ ille De temporibus. Cujus propter rationem quondam stricto sermone libellos discentibus, ut Paschæ potius videbatur usus indigere: suadebantque rebar, necessarios composui. Quos cum fratribus mihi latius aliqua de temporum statu, cursu, ac fine quibusdam dare atque exponere cœpisssem, dicebant disserere. Quibus concitus parens, perspectis venerabilium Patrum scriptis, prolixior de temporibus eos brevius multo digestos esse quam vellent, maxi-

VARIANTES LECTIONES.

Codicibus hucusque citatis addendus est alter Parisiens. 1562, quem scribemus D.

¹ Smith illum, quæ vera lectio est, sed omnes libri mss., ille.

librum edidi, prout ipso largiente potui, qui æternus A permanens, tempora quando voluit constituit, et hi qui LXX magnis divinisque laudibus ad cœlos qui novit temporum fines : imo ipse labentibus tem- tollunt, dubitant : quorum quisquis dicta perspexerit, porum curriculis finem cum voluerit imponet. In quo credo mox nostro labori calumniam facere desistet, videlicet opere, ne quem forte offenderet, quod He- si non hunc tamen lividis, quod absit, cōtemplatur braicam magis veritatem quam LXX Translatorum obtutibus. Verum utcumque ferant, hæc mea scripta editionem in sæculi præcedentis serie secutus sim : legentes, primo editum pro captu meo libellum, tibi, et illam quoque per omnia quoties discrepare vide- dilectissime abba meus Huetberte, percurrendum batur inserui, ut legens quisque simul utrumque atque examinandum offero, multum deprecans, ut si quid in eo tu vituperabile deprehenderis, statim Fixa autem stat mihi sententia, quam a nullo pru- nabiliter actum videris, mecum Deo qui donavit, et dentium redarguendam autumo, ut sicut reverendis- sine quo nihil possumus facere, devotus gratias agas simus ejusdem Hebraicæ veritatis interpret obtre- Si² quem sane vel illud⁴ offendit, cur aliquid de ctatoribus sui operis : Non damno, inquit, non hujusmodi negotio tentare præsumpserim : quare reprehendo LXX, sed omnibus his apostolos præfero : B de his quæ sparsim in veterem scriptis inveniri⁵ po- ita et ego confidenter profiteor, quia non reprehendo tuerant, ipse novum opus condere studuerim, audiat, veteres chronographos, qui translationem LXX dicente sancto Augustino : Quia ideo necesse est Interpretum modo secuti esse, modo prout libuit plures a pluribus fieri libros diverso stylo, non di- probantur habuisse contemptui, sicut etiam in pro- versa fide, etiam de quæstionibus eisdem, ut ad plu- cessu hujusce opusculi nostri monstrabitur ; sed rimos res ipsa perveniat : ad alios sic, ad alios autem omnibus his Hebraicæ veritatis integram præfero sic. Audiat et me pro me simpliciter respondentem : puritatem, quam præeminentissimi doctorum, Hie- Cui displicet, vel superfluum videtur, quod hæc ro- ronymus in libris Hebraicarum Quæstionum, Augu- gata fratrum undecunque collegi, uniusque libellæ stinus in libro de Civitate Dei, Eusebius ipse Chro- tenore conclusi, dimittat ea legenda, si quis velit, nographus in tertio Historiæ ecclesiasticæ libro, ex et ipse de communibus patrum fontibus, quæ sibi verbis Josephi historici, adversus Appionem Gram- suisque sufficere arbitretur hauriens, mecum nihilo- maticum scribentis, « breviorum temporum seriem, minus debita fraternitatis intemerata jura custodiat. quam in LXX¹ editione vulgo fertur² continere, » C

VARIANTES LECTIONIS.

C, editionem.

² C, contineri.³ C, qua.⁴ C, offenderit.⁵ B, C, poterant.

INCIPIT LIBER.

CAPUT PRIMUM.

De Computo vel loquela digitorum.

De Temporum ratione (Domino juvante) dicturi necessarium duximus, utilissimam primo, promptis- simamque flexus digitorum, paucis demonstrare solertiam, ut cum maximam computandi facilitatem dederimus, tum paratiore legentium ingenio ad in- vestigandam dilucidandamque computando seriem temporum veniamus. Neque enim contemnenda, parvive pendenda est regula, cujus omnes pene D sacræ expositores Scripturæ, non minus quam litte- rarum figuras monstrantur¹ amplexi. Denique et multi alii alias, et ipse divinæ interpret historiæ Hieronymus, in Evangelicæ tractatu sententiæ hujus adjumentum disciplinæ non dubitavit assumere : Centesimus (inquit) et sexagesimus, et tricesimus fructus, quanquam de una terra, et de uno semente nascitur, tamen multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias : nam et ipsa digitorum con- junctio, quasi molli osculo se complectens et foede- rans, maritum pingit et conjugem. Sexaginta, ad viduas : eo quod in angustia et tribulatione sint posi- tæ : unde et in superiore digito deprimuntur : quantoque major est difficultas expertæ quondam vo-

luptatis illecebris abstinere, tanto majus et præmium.

Porro centesimus numerus (quæso diligenter, Lector, attende) a sinistra transfertur ad dextram, et iisdem quidem digitis, sed non eadem manu : quibus in læva manu, nuptæ significantur et viduæ : circulum faciens, exprimit virginitatis coronam

Primo fit indigitatio in læva manu, tali modo.

Cum ergo dicis Unum, minimum in læva digitum inflectens, in medium palmæ artum infiges. Cum dicis Duo, secundum a minimo flexum, ibidem im- pones. Cum dicis Tria, tertium similiter afflectes. Cum dicis Quatuor, ² itidem minimum levabis. Cum dicis Quinque, secundum a minimo similiter eriges. Cum dicis Sex, tertium nihilominus elevabis, medio duntaxat solo, qui Medicus appellatur, in medium palmæ fixo.

Cum dicis Septem, minimum solum, cæteris inte- rim levatis, super palmæ radicem pones. Juxta quem cum dicis Octo, medicum. Cum dicis Novem, impu- dicum ³ e regione compones. Cum dicis Decem, unguem indicis in medio figes artu pollicis. Cum dicis Viginti, summitatem pollicis inter medios in- dicis et impudici artus immittes. Cum dicis Triginta, unguem indicis et pollicis blando conjunges amplexu.

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, amplexi.² D om., itidem.³ Pro e regione, D habet juxta.

Cum dicis Quadräginta, interiora pollicis lateri vel dorso indicis superduces, ambobus duntaxat erectis. Cum dicis Quinquäginta, pollicem exteriore artu instar Græcæ litteræ gamma Γ curvatum, ad palmam inclinabis. Cum dicis sexäginta, pollicem (ut supra) curvatum, indice circumflexo diligenter a fronte præcinges. Cum dicis septuäginta, indicem (ut supra) circumflexum pollice immisso superimplebis, ungue duntaxat illius erecta¹ trans medium indicis artum. Cum dicis Octoginta, indicem (ut supra) circumflexum, pollice in longum tenso implebis, ungue videlicet² illius in medium indicis artum infixa. Cum dicis nonäginta, indicis inflexi unguam radici pollicis³ infiges.


Hactenus in læva, Centum vero in dextera, quemadmodum Decem in læva facies. Ducenta, in dextera: quemadmodum Viginti in læva. Trecenta, in dextera: quemadmodum Triginta in læva. Eodem modo et cætera usque ad DCCCC. Itē Mille, in dextera: quemadmodum Unum in læva. Duo millia, in dextera: quemadmodum Duo in læva. Tria millia, in dextera: quemadmodum Tria in læva. Et cætera usque ad novem millia. Porro cum dicis decem millia, lævam⁴ in medio pectore supinam appones, digitis tantum ad collum erectis. Viginti millia cum dicis, eandem pectori expansam late superpones. Triginta millia cum dicis, eadem prona, sed erecta, pollicem cartilagini medii pectoris immittes. Quadräginta millia cum dicis, eandem in umbilico erectam supinabis. Quinquäginta millia cum dicis, ejusdem pronæ; sed erectæ, pollicem umbilico impones. Sexäginta millia cum dicis, eadem prona femur lævum desuper comprehendes. Septuäginta millia cum dicis, eandem supinam femori superpones. Octoginta millia cum dicis, eandem pronam femori superpones. Nonäginta millia cum dicis, eadem lumbos apprehendes, pollice ad inguina verso. At verò Centum millia, et Ducentum millia, et cætera usque ad DCCCC millia, eodem quo diximus ordine in dextera corporis parte complebis. Decies autem Centena millia cum dicis, ambas sibi manus, insertis invicem digitis implicabis.

Est et alterius modi computus, articulatum decurrens: qui, quoniam specialiter ad Paschæ rationem pertinet, cum ad hanc ex ordine ventum fuerit, opportunius explicabitur. Potest autem et de ipso quem prænotavi computo quædam manualis loquela, tam ingenii exercendi quam ludi agendi gratia figurari: ⁵ qua litteris quis singillatim expressis verba, quæ iisdem litteris contineantur, alteri qui hanc quoque noverit industriam, tametsi procul posito, legenda atque intelligenda contradat, vel necessaria

A quæque per hæc occultius innuendo significans, vel imperitos quosque quasi divinando deludens. Cujus ordo ludi vel loquelæ talis est: cum primam alphabeti litteram intimare cupis, unum manu teneto: cum secundam duo, cum tertiam, tria. Et sic ex ordine cæteras.

Verbi gratia: si amicum inter insidiatores positum, ut caute⁷ rem agat, admonere desideras: III, et I, et XX, et XIX, et V, et I, et VII et V, digitis ostende. Hujus namque ordinis litteræ, Caute age, significant. Potest et ita scribi, si causa secretior exigat. Sed hæc Græcorum computo litterisque facilius disci simul atque agi possunt, qui non ut Latini, paucis iisdemque geminatis suos numeros, solent exprimere litteris, verum toto alphabeti sui caractere in numerorum figuras⁸ expenso, tres qui plus sunt numeros notis singulis depingunt, eundem pene numeri figurandi, quem scribendi alphabeti ordinem sequentes, hoc modo:

A	I	Ξ	LX
B	H	Ο	LXX
Γ	III	Π	LXXX
Δ	IV	Ζ	XC
E	V	Ρ	C
ϵ	VI	Σ	CC
Z	VII	Τ	CCC
H	VIII	Υ	CCCC
Θ	IX	Ψ	D
I	X	Χ	DC
K	XX	Φ	DCC
L	XXX	Ω	DCCC
M	XL	⇒	DCCCC
N	L		



Qui et ideo mox⁹ ut numeros digitis significare didicerint, nulla interstante mora, litteris quoque pariter iisdem præfigere sciunt. Verum hæc hactenus. Nunc ad tempora, quantum ipse temporum conditor ordinatorque Dominus adjuvare dignabitur, exponenda veniamus.

CAPUT II.

De trimoda temporum ratione.

Tempora igitur a¹⁰ temperando nomen accipiunt, sive quod unumquodque illorum spatium separatim temperatum sit: seu quod momentis, horis, diebus, mensibus, annis, sæculisque et ætatibus omnia mortalis vitæ curricula temperentur. De quibus singulis, prout Dominus dederit, exposituri, primo Lectorem admonemus trimoda ratione computum temporis esse discretum. Aut enim natura, aut consuetudine, aut certe auctoritate decurrit. Et ipsa quidem auctoritate¹¹ bifarie divisa: humana videlicet, ut Olympiadas quatuor annorum, nundinas novem dierum,

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, D, erecto.

² C. om. illius.

³ B, C, erecti.

⁴ B, C, D, om. in

⁵ C, eandem pronam, sed erecto pollice.

⁶ C, qualiter his qui; B, om. qui.

⁷ B, C, et.

⁸ C, expensum.

⁹ C, mox numeros.

¹⁰ B, C, temperamento.

¹¹ C, bifariam.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT II.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—Tempora igitur a temperando nomen accipiunt, sive quod unumquodque illorum

spatium separatim temperatum sit, etc. Unumquodque tempus ab altero temperatur, sicut dicit in post., ubi de temporibus loquitur, et omnes fructus in tempo-

indictiones XV annorum ambitu celebrari. Diem quoque, qui ex quadrantibus conficitur, mense Februario vel Augusto intercalari Græci, Ægyptii, Romanique pro suo quique captu jusserunt. Divina autem, ut septima die sabbatum agi, septimo anno

A a rurali opere vacari, quinquagesimum annum jubileum vocari Dominus in lege præcepit. Nam et barbaræ gentes hebdomadas habere præbentur, et populo tamen Dei¹ mutasse non latet. Consuetudine vero humana firmatum est, ut mensis XXX diebus

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, *mutuasse.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

ribus a frigore, calore, pluvia, temperamentum assumunt, et ab ipso temperamento tempora vocantur. *Illorum*, scilicet temporum, *temperatum sit*, scilicet ab altero; secretum ab invicem, ut ver. Nam aliam temperationem habet quam æstas, similiter, etc. Et de mensibus similiter potest intelligi. *Sæcula* dicta a *Secu* deo, a quo gentiles philosophi sæcula esse putabant. Secus autem Græcum nomen est, et interpretatur forma. Sæcula namque generationibus constant, indeque sæcula a *sequendo* dicta; a verbo scilicet *sequor*, quia sequuntur. Abeuntibus enim aliis alii succedunt. Annis siquidem quinquaginta sæculum terminari dicunt. Hinc est quod ille Hebræus aure peritusa, servire jubetur in sæculum, hoc est, usque ad annos quinquaginta. *Ætas* est tempus quod de multis instruitur. Nam ætas pro uno anno, et pro septem, et pro centum, et pro quovis tempore ponitur. *Temperentur*, id est, disponantur. *Trimoda ratione discretum*, id est, separatum. Spatium uniuscujusque temporis xci dies sunt. *Decurrit*, scilicet temporis computus. *Bisariam*, id est duobus modis. *Humana*, scilicet auctoritate, hoc est, quæ ab hominibus constituta est. Non solum divina, verumetiam humana auctoritate decurrit tempus: humana; videlicet, ut Olympiades. Olympus mons est in Græcia, juxta quem civitas est Olympias, in honorem Solis constructa. Ibi in fine quatuor annorum ludi agonum, et sacra in honorem Solis agebantur, quæ Olympiades dicebantur. Olympias apud Græcos spatium quatuor annorum, quando solis et Jovis Olympici fiabant. Semper enim per quadriennium bissextilem peragit cursum, quo etiam anno bissextus apud Romanos fit. Unde et *lustrum* dicitur tempus quinquenni. Inchoante enim semper quinto anno agon agebatur, quando sol oriens ab æquinoctiali puncto, primum a bissexto incipit annum. Dicitur autem Olympias quasi O'olampias, id est, tota illuminatio; et Olympus, quasi hololampus, hoc est, totus lucidus et ardens, propter vicinitatem videlicet solis. Et quia nubes sua excedit altitudine, pro cælo frequenter apud auctores ponitur. Sic etiam holosericas dicimus vestes, id est, totas sericas, quia *holos* Græce, totus dicitur Latine.

Nundinas, id est, negociationes a Nonis usque ad Idus. Nundinæ sunt paganorum, itemque rusticorum, quibus conveniunt negotiis propriis vel mercibus provisuri. Sunt autem nundinæ publicæ conventiones et commercia, dictæ quasi novem oies, id est, Nonas et Idus. Est autem Nundina Romanorum dea, a nono die nascentium nuncupata, qui lustricus dicitur. Est lustricus dies quo infantes lustrantur, et nomen accipiunt; sed is maribus nonus, octavus est feminis. *Indictiones* dictæ sunt a certo annorum indicio. Primo lustro solvebatur æs, deinde argentum, deinde aurum. Est autem lustrum penteresin, id est, quinquennium, quod quinto anno dicitur condita a Romanis. Est autem quinquennale tempus; ideo vero sic vocatur, eo quod censu per quinquennium in repub. peracto, urbs Roma lustrabatur. *Quindecim annorum*, quia hic numerus facilis est ad multiplicandum. *Diem quoque*, scilicet bissextilem. *Quadrans* est quarta pars diei. Sol namque signiferum circulum percurrit in ccclv et quadrante; unde in quatuor annis perficit totum diem, qui naturaliter in xv Kalend. April. interponi debuit, quia ibi in creatione mundi positus est, et cœpit currere. Nunc vero in vi Kalend. Mart. ponitur bissextus apud Romanos, et apud Ægyptios quarto Kalend. Septemb., quia in auctoritate humana decurrit

tempus. *Quinquagesimum annum jubileum vocari Dominus in lege præcepit.* Jubileus annus vocatur a *jubilando*, quia eo anno tubis personabant. Jubileum, id est, remissibilem. Jubileus etiam dicitur remissionis annus, quia eo anno cuncta debita et omnis agriculturæ labor remittebatur: servi etiam emptorii liberi remittebantur. Quinquagesimus etenim annus in lege jubileus, id est remissionis, sive jubilatione plenus appellari jussus est, in quo populus ab omni operatione quiesceret, omnium debita laxarentur, servi emptorii liberi redirent, annusque ipse majoribus solemnibus ac laudibus divinis eminentior cæteris existeret. Merito per hunc numerum illa summæ pacis tranquillitas indicatur, quando sicut Apostolus ait: In voce archangeli notissima clangente tuba, resurgentibus cunctis, revertetur ad omnes antiqua possessio carnis. Tunc revertetur ad antiquam terram carnis suæ, in qua habitavit Abel, de qua ejectus est per Cain. Tunc Noe, Abraham, Isaac, et Jacob, sed et omnes animæ mortalium recipient corpora sua a quibus extierant, ut possideant ea in æternum, ubi, cessantibus hujus sæculi laboribus et ærumnis, dimissis omnium culparum debitis, in sola divinæ visionis contemplatione cunctus electorum populus in æternum gaudet, impleto illo desiderabili Domini ac Salvatoris nostri mandato: *Vacate et videte, quoniam ego sum Deus.* *Barbaræ gentes* dicuntur a barba et rure. *Consuetudine vero humana firmatum est, ut mensis triginta diebus computaretur, cum hoc nec solis nec lunæ cui sui conveniat.* *Siquidem lunam duodecim horas minus, salva ratione saltus, solem vero decem horas et dimidiam plus habere, qui solentius exquisiere testantur.* Cum igitur in ante ad undecimum capitulum perveneris, invenies satis ad quid istæ horæ valeant. Et cum ad quadragesimum secundum capitulum perveneris, videbis apertius quid sit saltus. Siquidem lunam duodecim horas minus, salva ratione saltus. Tunc ratio saltus-lunæ materies videlicet, de qua saltus efficitur, scilicet, si ex illis duodecim horis, in quibus luna post viginti novem dies commoratur, nil subtrahimus, donec ad congruum disputandi locum perveniamus. *Porro natura duce repertum est solis annum, etc.* Modo dicit de natura temporis. *Quadrante*, id est, sex horis. *Si communis sit*, id est, ex duodecim mensibus, cccliv scilicet diebus terminari. *Si embolismus*, id est, supercrescens, qui habet tredecim menses. In unoquoque mense lunari crescit saltus in quatuor momentis, et uncia unius momenti, et atomo. Nam una lunatio trigesima est semper, altera undetrigesima. Multiplica ergo sexies triginta, et sexies viginti novem, et invenies cccliv. *Totumque lunæ discussum.* Totus lunæ cursus in novendecim annis peragitur. Nam ad eadem loca signorum, in quibus nunc, verbi gratia, accensa est, ad eundem mensis diem, ad idem ascensionis momentum, ad easdem signiferi latitudines et altitudines, ad eandem coitus solis congruentiam non revertetur priusquam ccxxxv coitus, id est menses, perficiet decemnovenali circulo. Ista enim luna quæ in præsentis appellatione est, non erit in eadem appellatione usque ad novendecim annos. Quod ita facillime exempli causa probari potest. *Januarius* habet regulares novem, ad ætatem lunæ inquirendam; si autem cum illis xxii epactas jungimus, sunt simul xxxi; remotis xxx, remanet unus. Prima fuit hoc anno luna in Kalend. Januar. quæ nequaquam in prædictis Kalendis iterum prima invenitur, donec novendecim anni expleti fuerint. *Quæ natura non juxta ethnicorum*

computaretur, cum hoc nec solis, nec lunæ cursui conveniat. Siquidem lunam duodecim horis minus, salva ratione saltus: solem vero decem horis et dimidia plus habere, qui solertius exquisiere testantur. Porro natura duce repertum est, solis annum CCCLXV diebus, et quadrante confici: lunæ vero annum, si communis sit, CCCLIV. Si embolismus, CCCLXXXIV diebus terminari, totumque lunæ cursum decennovenali circulo comprehendi. Sed et errantia sidera suis quæque spatiis zodiaco circum-

A ferri, quæ natura non juxta ethnicorum dementiam dea creatrix una de pluribus, sed ab uno vero Deo creata est, quando sideribus cœlo inditis præcipit, ut sint in signa, et tempora, et dies et annos.

CAPUT III.

De minutissimis temporum spatiis.

Hora duodecima pars diei est: siquidem XII horæ diem complent, Domino attestante, qui ait: Nonne duodecim horæ sunt diei: si quis ambulaverit in die non offendet? Ubi quamvis allegorice se diem, disci-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

dementiam dea creatrix una de pluribus, sed ab uno Deo vero creata est. Natura dicta est ab eo quod nasci aliquid faciat, quam dicunt ethnici creatricem esse omnium rerum, cum ipsa non sit creatrix, sed potius creata. *Ethnicorum*, id est gentilium. *Una de pluribus.* Plures enim deæ fuerunt, sicut Juno, Minerva, Venus. *Creata est*, scilicet ipsa natura temporum. *Inditis*, id est, insertis. *Ut sint in signa*, id est, quæ significant. Sæpe enim ex sideribus cognoscitur tempestas et serenitas. Signa non illa dicit quæ observare vanitatis est, sed utique utilia, et usibus hujus vitæ necessaria, quæ vel nautæ observant in gubernando, vel alii homines ad præsidendas aeris qualitates per æstatem et hiemem, et autumnalem vernalemque temperiem. Et nimirum hæc vocat *tempora*, quæ per sidera fiunt; non spatia morarum, sed vicissitudines affectionum cœli hujus.

Reprehendit Beda obiter opinionem eorum qui naturam deam faciunt, quemadmodum Plato, Plinius Secundus, etc. Non enim ipsa dea est, sed a Deo vis quædam sideribus indita, ut sint nobis in signa et tempora, quemadmodum scriptum est Genesis primo, ipsa autem sidera animæ, et proinde voluntate, carent; quare dii non sunt, sed Dei instrumenta quibus mundum gubernat.

CAPUT III.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—*Hora duodecima pars diei est, siquidem duodecim horæ diem complent, etc. Recipit autem hora quatuor punctos, decem minuta, quindecim partes, quadraginta momenta, et in quibusdam lunæ computis quinque punctos.* Constat autem hora quatuor punctis, hoc est hora in sole. Unus punctus quarta pars horæ est. In una hora quatuor puncti, in uno puncto duo minuta, in uno minuto quatuor momenta; DLXIV atomi unum momentum faciunt. *Attamen mathematici, in explorandis hominum generibus, ad atomum usque pervenire contendunt.* Mathesis doctrina. Inde mathematicus, id est, doctrinalis. *Mathematici*, vani philosophi, id est, genethliaci, qui de naturis et sideribus disputant. *Mathesis sine aspiratione, vanitatem, id est, vanam doctrinam significat; cum aspiratione, doctrinam veram, et scientiam perfectam.* *Genituris*, nativitatibus, id est, quales sint futuri, utrum boni an mali. *Contendunt*, certant in duodecim signa. Dicunt enim mathematici quia ille qui nascitur sub signo piscium, piscator erit. Et reliqua quæ beatus Gregorius in homilia de Epiph. Domini sapienter destruit.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—*Tempora igitur a temperando nomen accipiunt.* M. Varro, lib. v de Origine verborum eandem *ἐπιμολογίαν* recipit. Tempus, inquit, esse aiunt intervallum mundi et motus. Id divisum in partes aliquot, maxime a solis et lunæ cursu; itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum. Est quoque (ut id obiter indicem) in his Varronis monumentis temporis definitio quam M. Cicero in libris de Inventione dicit facile intelligi quam exprimi posse: eam definitionem Macrobius, lib. i Saturnalium, et Rodolphus Agricola, lib. i explicationibus verbis posuerunt, ut sit tempus ex cœli conversione, etc., notus enim est utrobique locus.

C

Diem quoque qui ex quadrantibus conficitur. Ex quadrantibus, id est, senis horis, nam solis cursus per signiferum perficitur diebus CCCLXV, et quarta diei parte; proinde annus cum cursu solis exire nequit, nisi ex quater senis horis; quarto quoque anno dies unus civilis intercaletur, quod Romani faciunt ex institutione Numæ Pompilii mense Februario, qui ob id apud Ciceronem intercalaris dicitur: dicitur et dies illa intercalaris. Intercalatum autem fuit mense Februario, quia is omnium brevissimus est, ultimus non est factus, ne incertum habeatur Februarii ne sit an sequentis. Sexti vero Kalendas potius quam alterius diei locum obtinuit, ut ex sexti appellatione originem suam quæ ex senis horis fuit, indicaret. Bisextus dictus, vel quod bis dicatur sexto Kalendas Martii, priusquam ad septimum procederetur, seu quod esse momenti dies sit constitutus, ut Festus Pompeius, versa e littera in i: putant alii reliquum esse supplementum vocabuli nihil significans, ut in posthymio et medullio, hminium et tullium, ita in bisexto bis.

Consuetudine humana firmamentum est. De mensium et annorum ratione alibi dicitur.

Sed et errantia sidera. Tempus quo quisque planeta cursum in signifero conficit, est annus; nam annus circuitum significat; unde annulus. Ut Saturni annus xxx vulgaribus constat, id est, solaribus annis, Jovis duodecim, Mars duobus. Dicuntur hi anni vententes, ad differentiam illius magni anni quem Platonem primum notasse scribitur, de quo est apud Ciceronem, in sexto de Repub.

Quæ natura non juxta ethnicorum dementiam.

In punctos duodecim. Majores sunt isti cæteris punctis prædictis, et his utuntur mathematici. Unus enim ex his punctis continet unam horam in se.

In ostenta LX. Ostentum est ostensio signi alicujus. Fatum, fortunatum eventum. Virgilius: Fatum qui iudicium dicitur, aut bonum aut malum. Quæ observatio scilicet mathematicorum in stellis.

Omnes quidem resurgemus. Hieronymus: An juxta quædam exemplaria, non omnes quidem dormiemus, Omnes immutabimur, scilicet in gloriam.

In atomo. Augustinus: In summa celeritate. Atomos Græce, indivisibile interpretatur.

In ictu oculi. Ictus oculi est celerrima radiorum ex pupillis emissio, in id ad quod tendunt. *Tu'a*, id est, præconio aut signo. *Subaudis*: ideoque sine illa observatione mathematicorum debemus uti hoc sicut et Apostolus.

Quia etsi calculatores necessario discernant. Calculatores vero a calculo nomen acceperunt. Calculus dictus est a calculo lapide. Calci enim sunt lapilli quidam minutissimi, rotundi et lenes; qui ideo ita vocati sunt, quia calcari sine molestia queunt, quibus veteres omnia numerabant. Antiqui enim ante inventionem numeri nescientes numerare, ex lapillis sua tempora suosque dies numerabant: in prosperitate candidis, in adversitate nigris. Unde Persius:

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo, id est, candido. *Discernant*: scilicet atomum, ab aliis spatiis temporum. Momentum in oculo a motu palpebræ usque ad aliud momentum; id est, quandiu palpebræ quiescunt. In una hora sunt iv puncti, et

pules vero qui a se illustrandi fuerant, horas appellerit, solito tamen humanæ computationis ordine numerum definit horarum. Verum notandum est, quia si omnes anni dies duodenis horis supputentur, æstivos necesse est dies longioribus, brumales vero brevioribus horis includi. Si vero omnes horas æquiparare, hoc est, æquinociales habere volumus, brumali diei nihilominus pauciores, et æstivo plures necesse est tribuamus. Recipit autem hora IV punctos, X minuta, XV partes, XL momenta, et in quibusdam lunæ computis V punctos. Non enim hæ divisiones temporum naturales, sed videntur esse ¹ conductivæ. Nam calculatores cum necesse esset vel diem in XII vel horam in IV, aut X, aut XV, aut XL, aut in alias quælibet minores, majoresve quid distri-

¹ C, *conductivæ*.

VARIANTES LECTIONES.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

faciunt x minuta, id est, xl momenta, quæ quadraginta momenta quindecim partes reddunt. A principio ortus uniuscujusque signi, usque ad extremum, duæ horæ peraguntur. Viginti quatuor horæ sunt inter diem et noctem, et duodecim signa sunt in cælo, et ideo unicuique signo duæ horæ pertinent in oriendo. Talis est ratio : Natura est ut sol circumat totam terram in viginti quatuor horis, et triginta partes sunt, id est triginta lineæ in unoquoque signo, et per unamquamque de iis viginti quatuor horis quindcim de illis lineis apparent in ortu uniuscujusque signi, quando se erigere inchoat, supra terram veniens ab imo. Aliter : Recipit autem hora, scilicet solis, quatuor punctos ; in quantum vero ad lunam pertinet, recipit hora lunaris quinque punctos, et hoc facit velocitas lunæ. Punctus lunaris habet duo minuta, id est, quintam partem unius horæ ; punctus vero solaris habet duo minuta et semis, partes tres et semis, et quartam partem partis, momenta decem. Minutum habet partem unam et semis, momenta quatuor. Pars habet momenta duo et bisse, id est, duas tertias partes. Quindecim partes, scilicet in ortu signi. Motus cæli in quindecim partibus horam efficit, id est, quindecim partes signiferi in una hora oriuntur vel occidunt, vel de loco ad locum moventur. Unaquæque enim pars movetur duobus momentis et bisse unius momenti, id est, duabus tertiis partibus. Quod spatium duorum momentorum et bisse unius momenti, quindecies ductum, integram facit horam. Hac igitur ratione una hora quindecim partes habere dicitur. Nam trecente ima sexagesima quinta portio signiferi pars appellatur. Et viginti quatuor horæ, id est totus dies, quibus sol illam signiferi partem illustrat, et spatium illud, quo illa pars signiferi de loco in locum movetur, partes appellantur. Sed sicut variatur mensura horarum pro longitudine dierum, ita etiam momentorum. Aliquando hora æquinocialis est, id est, naturalis ; aliquando major, vel minor ; unde efficitur ut cujuscunque longitudinis aut brevitalis hora fuerit, quadragesima pars illius momentum appellatur. Recipit autem hora, ut jam dictum est, momen a quadraginta, ostenta sexaginta ; vel, secundam mathematicos MCCC, atomos XXIDLX. Et in quibusdam lunæ computis, scilicet, hora noctis recipit quinque punctos. Non enim hæ divisiones, id est hora, punctus, minutum, pars, momentum, ostentum, atomus, naturales scilicet sunt temporum ; sed videntur esse conductivæ, id est, factitiæ et nominativæ, et ab auctoribus inventæ et nuncupatæ. Calculatores, id est, computatores, dicti a *calculus*, id est lapillis, per quos numerando computabant : in duodecim scilicet horas, vel in quatuor scilicet punctos, aut in decem scilicet minuta, aut in quindecim scilicet partes, aut in quadraginta scilicet momenta, aut scilicet cum necesse esset in alias minores, sci-

buere particulas, quæsiere sibi vocabula, quibus id quod volebant nuncupare, et alterutrum dignoscere possent, horam videlicet appellantes, quod certi temporis ora, id est, terminus sit : sicut et vestimentorum, fluviorumque, maris quoque fines oras vocitare solemus. Punctos vero a parvo puncti transcensu, qui sit in horologio, minuta autem a minore intervallo vocantes. Partes a partitione circuli Zodiaci, quem tricenis diebus per menses singulos findunt. Porro momenta a motu siderum celerrimo nuncupantes, cum aliquid sibi brevissimis in spatiis cedere atque succedere sentitur. Minimum autem omnium, et quod nulla ratione dividi queat tempus, atomum Græce, hoc est, indivisibile sive insectibile, nominant : quod ob sui pusillitatem grammaticis potius

licet sicut ostenta sunt et atomi, majoresve, scilicet, sicut trientes, quadrantes et dodrantes. Anni in dies et menses, et hebdomadas, vel dies hebdomadæ.

Quid distribuere particulas. Quid, id est aliquid, quibus scilicet vocabulis. *Alterutrum*, adverbialiter, scilicet quid esset una pars, aut quid altera. *Horam*, id est terminum et finem. Hora, id est, tempus oris, cum aspiratione, cæterarum autem rerum sine aspiratione scribitur. *Punctos* vero, scilicet appellantes. Punctus est quarta pars horæ, scilicet in sole, id est transcensus unius puncti. Punctus a *pungendo* est dictus, eo quod quibusdam punctationibus certæ designat onis in horologiis designetur. *Horologium*, id est, series horarum de puncto scilicet in punctum. *Minuta* a minore intervallo scilicet puncti. Nam minutum minus spatium est quam punctus, decima scilicet pars horæ. *Partes* scilicet vocantes, decima quinta pars horæ, a *partitione circuli zodiaci*. In unaquaque die currit sol unam partem zodiaci, id est, signiferi, per viginti quatuor horas, in quantum ad illum attinet cursum quem facit contra firmamentum ; in quantum vero ad illum quem facit cum firmamento, eadem pars quam per viginti quatuor horas in suo cursu peragit, quæ est decima quinta pars dimidii signi ; nam dimidium signum quindecim partes habet. Movetur de loco ad locum, per decimam quintam partem unius horæ, id est per duo momenta, et bisse unius momenti. Et ideo recte dixit Beda quod partes horarum a partibus zodiaci circuli vocantur, dum eadem pars est horæ, et pars signi, quamvis bino cursu intelligatur. Et quia diversæ significationes frequenter inveniuntur, necesse est eas singillatim distinguere. Aliquando enim duodecim signa zodiaci appellantur partes sive particule. Et spatium illud quod sol perficit per horas viginti quatuor, pars nominatur, videlicet illa quæ est decima quinta pars dimidii signi, et ipsa hora quindecim partes habere fertur. Partes a partitione zodiaci circuli.

RECAPITULATIO GLOSSÆ. — Duos cursus facit sol in cælo : unum cum firmamento, alterum contra firmamentum. Nam quotidie unam partem graditur in cælo per viginti quatuor horas. Istud ipsum tamen cælum volvitur circa terram per viginti quatuor horas, hoc est, duodecim signa. Dimidium cælum, id est, sex signa, volvitur per duodecim horas. Et si per duodecim horas volvuntur sex signa, per duas tantum horas volvitur unum signum. Et si per duas horas volvitur unum signum, dimidia pars unius signi volvitur per unam horam, in qua continentur quindecim partes. Nam triginta partes fiunt in integro signo, in dimidio autem signo quindecim partes. Inde decima quinta pars dimidii signi, hoc est una pars, movetur de loco ad locum per decimam quintam partem unius horæ. Et ideo recte dixit dominus Be-la quia cursus solis per unam partem, id est, per

quam calculatoribus visibile est : quibus cum versum per verba, verba per pedes, pedes per syllabas, syllabas per tempora dividant, et longæ quidem duo tempora, unum brevi tribuant, ultra ¹ in quod dividant non habentibus, ² hoc atomum nuncupari complacuit. Attamen mathematici in explorandis hominum genituris, ad atomum usque pervenire contendunt, dum Zodiacum circulum in XII signa, signa singula in partes XXX, partes item singulas in punctos XII, punctos singulos in momenta XL, momenta singula in ostenta LX distribuunt, ut, considerata

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, quid.² B, C, hanc.³ B, C, quod.⁴ B, C, celebritatem.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

viginti quatuor horas conficitur. Motio tamen illius unius partis de loco ad locum cum cælo per decimam quintam partem horæ fit. Et hic iterum quærendum est utrum æquali spatio temporis volvitur illud ipsum cælum circa terram per se, et cum sole volvitur. Ad hoc respondendum quia inæqualiter volvuntur. Nam ab ortu solis usque dum oriatur iterum, viginti quatuor horæ sunt; in revolutione autem cæli deest decima quinta pars horæ. Verbi gratia : oritur sol hodie in prima parte Arietis, primo mane; cras tamen oriatur sol in secunda parte Arietis, et ante solem oriatur prima pars Arietis tota in decima quinta parte horæ; in e sit ut post quindecim dies dimidium signum oriatur ante solem; post integrum autem annum volvitur totum cælum ante solem. Inde fit ut quandiu sol trecenties sexagies quinquies circuit terram, cæleste cælum per se trecenties sexagies sexies. Nam in una revolutione superat cælum revolutionem solis. Quem scilicet zodiacum, trigenis, id est, triginta diebus, findunt, id est, dividunt, scilicet, calculatores.

Porro momenta. In initio motionis momentum fit. Initium enim motionis, quo movetur sidus aliquod, momentum dicitur, non tota motio sideris, vel cuiusque rei, sed hoc est, cum aliquid sibi, id est, sideri cedere, scilicet a loco, id transire atque succedere, scilicet in loco, quod per foramen aliquod probatur, quando stella aliqua percipitur; nam unum signum per duas horas movetur, una stella velocissime, id est, per unum momentum movetur; sentitur, scilicet a calculatoribus. *Minimum omnium,* scilicet temporum, atomus. In tempore taliter constat: cum majora spatia temporis, sicuti est dies vel hora per punctos vel cæteras minores partes dividens, ad talem particulam perveneris quæ ob sui pusillitatem, id est, parvitatem, nullam habeat moram talem quæ ullo modo dividi possit, sicuti est ictus oculi, et ipsam scias esse atomum.

Quod ob sui pusillitatem grammaticis potius quam calculatoribus visibile est. Scilicet quia calculatores non habent, nisi quod dividant. Grammatica est scientia recte loquendi, et origo et fundamentum liberalium litterarum. Hæc in disciplinis per litteras communes inventa est, ut hi jam qui didicerant litteras, per eam recte loquendi rationem sciant. Grammatica autem a litteris nomen accepit. Grammatica enim Græci litteras vocant. Ars vero dicta, quod artis præceptis regulisque consistat. Attamen mathematici in explorandis hominum genituris, et cætera quæ sequuntur, jam superius exposita sunt, hic tamen in ordine esse debuisse.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Hora est duodecima pars diei.* Definit horam temporalem, quam nunc inæqualem vocant; alii etiam dicunt planetariam: ea est uniuscujusque diei naturalis, seu, ut vulgo dicitur, artificialis, pars duodecima. Has æstivis diebus longiores esse facile intelligitur, hibernis vero breviores, quia spatium temporis inter solis exortum et occasum non semper æquale est; unde apud bonos scilicet

A diligentius positione stellarum, fatum ejus qui nascitur quasi absque errore deprehendant. Quæ quia vana, et a nostra file aliena est observatio, neglecta ea videamus potius ³ quo, Apostolus ad ⁴ celeritatem resurrectionis intimandam hujusmodi temporis vocabulo utitur, dicens: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in atomo, in ictu oculi, in novissima tuba. Nec prætereundum est, quia etsi calculatores necessario discernant, plurimi tamen scriptores iadifferenter brevissimum illud temporis spatium, quo palpebra oculi nostri moveri potest,

ptores horas solstitiales maximas intelligimus, brumales vero minimas. Veluti apud Plautum hora æstiva pro longa; hujusmodi horis Romani et Judæi pariter in temporis divisione sunt usi, quarum prima exordium cœpit ex oriente sidere solis, sexta semper in meridie; unde apud Persium, in desides juvenes:

Sertimus, quinta dum linea tangitor umbra,

id est, ut nos jam numeramus usque ad horam undecimam. Sic et hymni quos Ecclesia canit ad preces horarias, distributi sunt, ut hora prima: *Jam lucis orto sidere*; ad sextam: *Et ignibus meridiem*. Has horas ubique, ubi horarum mentio fit in sacris Bibliis oportet intelligere, veluti in Evangelio, qui hora undecima venerant, una hora venerunt ante solis occasum; et apud Ciceronem nona diei hora inserere proverbialiter. Sunt aliæ horæ æquinoctiales, quas æquales vocant, quibus ipsi non utebantur, nisi ad clepsydras; nos autem iis utimur nunc dato signo per rotarum ferrearum machinas, quæ ad temporales horas accommodari non possunt. Veteres pro his machinis solariis sunt usi, quæ non pluribus quam XII lineis constabant. Vocantur autem æquinoctiales horæ, quod colligantur a partibus circuli æquinoctialis transactis, veluti dum æquinoctialis circuli semuncia una exorta est, hora quoque una præterit, dum duodecim horæ quoque lapsæ sunt. Has necesse est contineri hibernis diebus pauciores, æstivis vero plures. Hoc ob id pluribus egi, ne in sacris usum horarum æquinoctialium putemus. Locus quem citat Beda est Joannis XI.

Recipit autem hora quatuor punctos. Ampulla solaris divisa habent linearum intervalla tribus punctis, unde deprehenduntur horarum quadrantes, quemadmodum et in astrolabiis ponuntur singulæ horæ quadripartitæ, et quibusdam machinis ferreis redditur signum ad singulos horarum quadrantes.

Decem minuta. Intellige minuta vulgaria, non autem physica. Vulgaria minuta dicuntur quælibet portiones integri in partes quaslibet divisi, ut si assem divides in partes duodecim, quæque duodecima pars minutum est, horum in disciplinis rarior usus. Physica autem minuta sunt partes, quæ fiunt divisione arcus facta per sexaginta, veluti tricesima pars signi, seu (ut recentiores loquuntur) gradus unus dividitur in sexaginta minuta prima, quorum quodlibet rursus dividitur in sexaginta alia, quæ dicuntur minuta secunda; illa iterum in minuta tertia, quod fit usque ad denarium. Græci, unde hoc mutuati sumus, sic efferunt. Πρώτα λεπτά, λεπτά δεύτερα, λεπτά τρίτα, τέτρατα. Horum in mathematicis tantum est usus, ob id annotavi.

Horam videlicet appellantes. Hora Græca vox est: vocant autem horas Græci et has quas nos deinde quatuor anni partes trimestres, ver, æstatem, autumnum et hiemen; et Homerus quatuor hujus nominis deas celebrat, quæ cælum claudunt atque recludunt. Scholiastes intelligit per signum hoc partes anni jam dictas

Partes a partitione circuli. Hora inæqualis quindecim

quod in ictu pungentis transeurit, quod secari et A dividi nequit, nunc momentum, nunc punctum, nunc atomum vocant.

CAPUT IV.

De ratione unciarum.

Unciarum quoque divisionem nosse, quæ non minus temporibus rebusve aliis quam nummis est apta, computandis, non ignobilis inventio est. Quibus quia et dispersæ passim historiæ, et ipsa sacra Scriptura utitur, nomina pariter et figuras ¹ eorum, paucis affigere curavimus.

Libra, vel As, sive Assis, duodecim unciæ. Deunx, sive ² Labus, undecim unciæ. Decunx, vel Dextans, decem unciæ. Dodrans, sive Dodras, novem unciæ. Bes, sive Bisse, octo unciæ. Septunx, sive Septuns, septem unciæ. Semis, sex unciæ. Quincunx, sive B Exodo, dimidium cubiti semis appellatur narrante Moyse, quod habuerit arca testamenti duos semis cubitos longitudinis, et cubitum ac semissem altitudinis. Et in Evangelio, quarta pars totius mundani corporis, id est terra, mystice quadrantis nomine censetur, cum mittendo in poenam peccatori dicitur: *Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem*, id est donec luas terrena peccata, ut beatus Augustinus exponit: « Hoc enim (inquit) ⁷ peccator audivit: *Tertia es, et in terram ib.s.* » Quarta siquidem pars distinctorum membrorum hujus mundi, ⁸ et novissima terra invenitur, ut incipias a cœlo, secundum aerem numeres, aquam tertiam, quartam terram. Qui etiam in expositione ⁹ ubi scriptum est: *Erat autem Parasceve paschæ, hora quasi sexta*, hujusce disciplinæ meminit, dicens: « Non enim jam plena sexta erat, sed quasi sexta, » id est peracta quinta, et aliquid ¹⁰ de sexta esse coeperat; nunquam autem isti dicerent: Quinta et quadrans, aut quinta et triens, aut quinta et semis, aut aliquid hujusmodi.

Hæc (inquam) ponderum vocabula, vel characteres, non modo ad pecuniam mensurandam, verum ad quævis corpora sive tempora dimetienda conveniunt. Unde et ratio vel mos obtinuit, ut in cautione computorum, pueri unum et duo, sæpius asse et dipondio mutantur: item tressis, quartussis, quincussis, sextussis, septussis, et cætera hujusmodi, quasi tres asses, vel quatuor asses proferant: et in eundem modum sequentia numerorum quam plurima. Sive igitur horam unam, sive diem integrum, sive mensem, sive annum, sive certe aliud aliquod majus minusve temporis spatium in duodecim ³ partire vis, ipsa duodecima pars unciæ est. reliquas undecim, deuncem appellant. Si in sex partiris, sexta pars sextans: quinque reliquæ, dextans, vel (ut alii) ⁴ distas vocantur. Si in quatuor, quarta pars,

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, earum. ² Jabus, B, C. ³ B, partiri. ⁴ C, deatas. ⁵ B, C, unius. ⁶ C, palmum partire.
⁷ B, C, et peccator. ⁸ B, C, et ea n. terrena. ⁹ Add. Evangelii B, C. ¹⁰ B, K, etiam.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

em habet partes, propterea quod dum hora exigitur, exoriuntur quindecim partes æquinocialis, seu quindecim gradus, id est, dimidium signum.

Partes item singulas in punctos duodecim. Horum punctorum, neque etiam ostentorum (ut vocat) apud alios scriptores nullam inveni observationem.

CAPUT V.

BRID. RAM. GLOSSÆ. — *Dies est aer sole illustratus, nomen inde sumens, quod tenebras disjungat ac dividat.* Scilicet a luce. Dies dicitur a *disjungendo*, eo quod lucem dividit a tenebris. Dies enim naturaliter est spatium temporis viginti quatuor horarum, ab ortu ad ortum. Dies enim gemine appellari solet. Proprie a solis ortu, donec rursus oriatur; abusive, a solis ortu usquequo veniat ad occasum. Mystice quoque dies imaginem legis portat. Sicut enim diei claritas obscura tenebrarum illuminat, ita et lex viam vitæ demonstrans, depellit tenebras errorum, lucem de-

clarat virtutum, et iniquorum peccata arguens, bonos ad meliora perducit. *Dixit Deus: Fiat lux, et facta est lux.* Si autem quæritur quibus in locis jubente Deo facta sit lux, cum abyssus adhuc omnem terræ amplitudinem contegeret, patet profecto quia in superioribus ejusdem terræ partibus, quas et nunc diurna solis lux illustrare consuevit, tunc principalis lux emicuit. Non igitur totas mundi tenebras luce dispulit infusa, sed ab una illum parte illustrans, aliam reliquit obscuram. Et si rursus quærit aliquis quale potuerit esse lumen diurnum ante creationem siderum, non ab re est credi quod tale fuerit quale videmus quotidie mane, proximante scilicet solis ortu, et necdum terris apparente, quando lucet quidem obtusis stellarum radiis dies, sed minime adhuc dicitur, sol oriatur, resulget; unde nulla tunc esse discretio temporum potest, diei solum et noctis poterat. Item, dixit Deus: *Fiat lux Et facta est lux,*

CAPUT V.

De die.

Dies est aer sole illustratus, nomen inde sumens, quod tenebras a luce disjungat ac dividat. Nam cum in primordio creaturarum tenebræ essent super faciem abyssi, dixit Deus: *Fiat lux, et facta est lux, et vo-*

cavit Deus lucem diem. Quæ definitio ¹ bifariam dividitur, hoc est, vulgariter et proprie. Vulgus enim omnem diem solis præsentiam super terras appellat. Proprie autem dies XXIV horis, id est, circuitu solis totum orbem lustrantis impletur; qui secum semper et ubique lumen diurnum circumferens, non minore æræ spatio noctu subter terras quam supra terras interdum creditur exaltari. Quod multorum quidem et notrorum, et sæcularium litterarum testatur auctoritas. Sed nos unius patris Augustini testimonium ponere sat est, qui dicit in libro Quæstionum Evangelii secundo, LXX duorum discipulorum summam figuratiter explanans: « Sicut XXIV horis totus orbis peragitur atque lustratur, ita mysterium illustrandi orbis per Evangelium Trinitatis in LXX duobus discipulis intimatur. ² Vicies enim quaterni septuagies terni dipondius est. » Dicit idem, in libro de Genesi ad litteram primo: « An dicendum est quod cum cito peractum esset hoc opus Dei, tamdiu stetit lux non succedente nocte, donec diurnum spatium perageretur, et tamdiu mansit nox luci succedens, donec spatium nocturni temporis præteriret, et mane fieret diei sequentis, uno primoque transacto? Sed si hoc dixerò, vereor ne irridear et ab iis qui certissime

A cognoverunt, et ab iis qui possunt facillime advertere quod eo tempore quo nox apud nos est, eas partes mundi præsentia lucis illustret, per quas sol ab occasu in ortum redit, ac per hoc omnibus XXIV horis non deesse per circuitum gyri totius alibi diem, alibi noctem. » Et paulo post, commemorata Ecclesiasticis sententia de sole: « Australis ergo pars, inquit, cum habet solem, nobis dies est, dum autem partem Aquilonis circumiens pervehitur, nobis nox est: non tamen in ³ alia parte est dies, nisi ubi præsentia solis est; nisi forte poeticis figmentis cor inclinandum est, ut credamus solem mari se immergere, atque inde lotum ex alia parte mane surgere. Quanquam si ita esset, abyssus ipsa præsentia solis illustraretur, atque ibi esset dies; posset enim et aquas illuminare, quando ab eis non possit extinguì. Sed hoc ⁴ monstruosum est suspicari. Ante vero solis creationem primitivæ lucis circuitu, quod nunc per solem fit, agebatur: primo quidem secundoque die aquas abyssi, quæ omnem terram texerant; ⁵ tertia vero aere vacuum sua circumvagatione lustrantis. » Sunt etenim quidam Patrum qui in eo quod scriptum est: *In principio creavit Deus cælum et terram, terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi, informem*

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, *bifarie.*

² B, C, *Vicies quater enim terni septuagies dipondius est.*

³ B, C, *aliam partem non est dies, ubi.*

⁴ B, *monstruosum.*

⁵ B, C, *tertio.... aera.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

et vocavit Deus lucem diem. Remigius: Dixit Deus non voce carnea, nec motu labiorum, sed dixit, id est, voluit. Velle enim ejus dicere est. Unde scriptum est: *Dixit, et facta sunt.* Vel etiam dixit, id est, Filium genuit, per quem omnia facta sunt.

Fiat lux. Lux dicitur a *luendo*, id est, purgando tenebras. Lux autem illa non ejusmodi erat, quæ nunc est sole super terras posito, sed qualis esse solet, vel ante solis ortum, vel post ejus occubitum. Et vidit Deus lucem, quod esset bona, non quod tunc primum viderit, in cujus præsentia semper hoc fuit; sed vidit, id est, *videri* a nobis voluit lucem esse bonam. Sunt etenim quidam Patrum qui in eo quod scriptum est: *In principio creavit Deus cælum et terram, terra autem erat inanis et vacua.* Beda in Genesi: Non in principio temporis creavit Deus cælum et terram. Deus enim fecit tempora, et ideo antequam faceret tempora, non erant tempora. Non enim possumus dicere, quando Deus nondum aliquid fecerat. Idcirco non in principio temporis fecit Deus cælum et terram, sed principium Filius est accipiendus. Quod ergo dictum est: *In principio creavit Deus cælum et terram,* materiam totius creaturæ ostendit, rationalis et corporalis, angelorum et hujusmodi. Utrumque igitur fecit Deus materiam et formam, et vox et verbum simul fit, quamvis vox prior sit origine. Unde scriptum est: *Qui fecisti mundum de informi materia.* Proinde duas res ante omnem diem et ante omne tempus condidit Deus, angelicam creaturam, et informem materiam, quamvis omnia facta sint, ut Salomon ait: *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul.* Sed, ut diximus, origo materiæ informis antecedit formatam speciem, sicut vox verbum. Itaque non omnia ex nihilo fecit Deus, sed quædam ex nihilo, quædam ex aliquo. De nihilo mundum, et angelos et animam; ex aliquo hominem. Denique sanctus Clemens Apostolorum discipulus, et Romanæ Ecclesiæ tertius post Petrum episcopus, in sexto Historiarum suarum libro, ita scribit: *In principio fecit Deus cælum et terram, terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ erant super abyssum, et spiritus Domini ferebatur super aquas.*

C Remigius: Plato tria dixit esse principia, Deum videlicet, exemplar et materiam; et Deum non quasi auctorem ex nihilo cuncta creasse, sed quasi opifici ei in rebus creandis, materiam adjutoriam præstitisse. Aristoteles autem duo dixit esse principia, materiam scilicet et speciem; tertium quidam nescio quid volens dicere, operatorium appellavit. Quorum erroribus obvians Moyses, ut pote a Domino electus, veritatem rei demonstravit, ostendens Deum ex nihilo cuncta formasse, non quidem in tempore, sed in initio temporis, dicens: *In principio;* dum dicit *In principio,* et subauditur temporis, patet procul dubio tunc tempus cœpisse quod ante minime erat. *Creavit Deus cælum et terram.* Cælum non istud visibile firmamentum accipere debemus, sed illum empyreum, id est, igneum, vel intellectualem cælum, quod non ab ardore sed a splendore igneum dicitur, quod statim repletum est angelicis spiritibus, de quibus in Job dicitur: « Cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei. »

Terra autem erat inanis et vacua. Id est, inutilis, et infructuosa, et incomposita. Omnia enim elementa commista erant et confusa, et totum hoc æris spatium, quod est a terra usque cælum, plenum erat aquis, quæ tamen non erant ejus qualitatis cujus nunc sunt; sed in modum nebulæ tenues, quam qualitatem supercœlestes aquæ retinent.

Et tenebræ erant super abyssum. Tenebræ a *tenendo* dictæ, quia tenent oculos, ne videant. Utrumque autem fecit Deus et lucem et tenebras, scilicet ut in luce operarentur homines, et in nocte requiescerent. Ergo et tenebræ opus Dei sunt. Unde in hymno trium puerorum, in quo omnis creatura ad benedicendum Deum invitatur, etiam tenebræ cum luce ponuntur.

Et spiritus Domini ferebatur super aquas. Sic mens vel sapientia alicujus artificis superfertur operi quod facturus est, ut quomodo vult illud faciat; ita et Spiritus sanctus superferebatur præordinans et quasi prædisponens quid qualiter facere vellet. Allegorice quod dictum est: *In principio creavit Deus cælum et terram,* nomine principii Filium Dei non incongrue *ipse de se* dicit. Ego

cœli et terræ et aquæ, omniumque elementorum confu-
sionem ¹ putent esse designatam, ² item ut nec aqua,
nec terra, nec cœlum, sed eorum omnium una, ut ita
dixerim, ³ seminaria sit indicata materies. Ideoque
non inuenientes mundi locum primæ lucis capacem,
necessario cuncta quæ de septem primis diebus le-
gunt aliter quam consuetudo nostri sæculi se tenet
altius perscrutando dogmatizant. Sed multo facili-
or est sensus, si juxta traditiones Patrum atque catho-
licorum, cœli nomine circulus cœli superioris intelli-
gatur esse monstratus. Terræ nomine tellus ipsa,
suis ⁴ quibusque, ut nunc est, finium spatiis inclusa,
excepto quod nihil virentium germinum, nihil viven-
tium produxerat ⁵ animantium. Abyssus vocabulo infi-
nita aquarum diffusio, omnem alluentium terram, in
quarum medio postmodum firmamentum cœli esse
factum commemoratur. Denique sanctus Clemens
apostolorum discipulus, et Romanæ Ecclesiæ tertius
post Petrum episcopus, in sexto Historiarum suarum
libro ita scribit : *In principio fecit Deus cœlum et
terram; terra autem erat ⁶ invisibilis et incomposita,
et tenebræ erant super abyssum, et spiritus Dei fere-
batur super aquam.* Qui spiritus Dei, jussu Dei, quasi
ipsa conditoris manus lucem separavit a tenebris, et
post illud invisibile cœlum, istud visibile produxit,
ut superiora quidem habitacula faceret angelis, infe-
riora vero hominibus. Propter te ergo, jussu Dei, aqua
quæ erat super faciem terræ, secessit, ut terra tibi
produceret fructus. Consentit huic Ambrosius Me-
diolanensis antistes, in libro Hexameron secundo.

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, putant.² C, ita.³ B, C, seminata.⁴ B, C, quibus et nunc.⁵ B, C, animantium.⁶ C, inanis.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

principium, qui et loquor vobis. Deus etenim Pater
principium est, sed non de principio, quia a nullo;
Filius vero principium sed de principio, quia a Patre
non factus nec creatus, sed genitus est. Per quod
principium Deus Pater cœlum et terram creavit, id
est, cœlestes et terrenos. Per cœlum enim cœlestem
vitam ducentes, per terram terrenis negotiis inhan-
tes signantur. Qui utrique per principium creati sunt,
quia humanato Christo Jesu, patuit qui essent cœles-
tes, quique terreni.

Terra vero erat inanis et vacua. Id est, corpus hu-
manum inane a meditatione cœlesti, vacuum a fructu
bonæ operationis. Et tenebræ erant super faciem
abyssi, quia tenebræ infidelitatis et ignorantie abys-
sum humani cordis operiebant. Spiritus Domini fere-
batur super aquas, quia divina præscientia super fluida
et infructuosa corda hominum ferebatur, prævidens
et disponens quorum corda digne posset inhabitare.

Fiat lux. Lucis vocabulo fides accipitur. Bene ergo
lux prima die facta est, quia primo mandato legis
fides commendatur, cum dicitur: Audi, Israel, Domi-
minus Deus tuus unus. Augustinus, ubi de vera in-
nocentia loquitur: Ordo temporum in æterna Dei
sapientia sine tempore est, nec aliqua sunt apud
illum nova, qui fecit quæ futura sunt; quapropter
voluntas Dei est prima et summa causa omnium cor-
poralium spiritualiumque motionum. Nihil enim sit
visibiliter, quod non de invisibili atque intelligibili
summi imperatoris aula, aut jubeatur, aut permit-
tatur secundum ineffabilem justitiam. Item Augusti-
nus, in libro undecimo de Civitate Dei: Videndum
est istis qui Deum conditorem mundi consentiunt, et
tamen de mundi tempore quærent, quid respon-

A Sed et Basilius Cæsareæ-Cappadociæ episcopus, qui
in quarto ejusdem operis libro: « Congregentur,
inquit, aquæ, ut appareat arida. Velamentum sub-
ducitur, ut conspicua fieret quæ interim non vide-
batur. » Hieronymus quoque sacræ historiæ doctis-
simus interpres, in expositione prophetiæ sententiæ,
qua dictum est: *Qui dicebas in corde tuo: In cœlum
ascendam, super sidera cœli exaltabo solium meum,*
meminit cœli superioris, ita scribens: « Vel antequam
de cœlo corrueret, ista dicebat, vel postquam de
cœlo corruit? Si adhuc in cœlo positus, quomodo
dicit, *Ascendam in cœlum?* Sed quia legimus *Cœlum
cœli Domino*, cum esset in cœlo, id est, firmamento,
in cœlum, ubi solium Domini est, cupiebat ascendere,
non humilitate, sed superbia. Sin autem postquam
de cœlo corruit, ista loquitur verba arrogantis,
debemus intelligere, qui nec præcipitatus quiescat,
sed adhuc sibi grandia repromittat, non ut inter astra,
sed super astra Dei sit. » Quantum ergo nobis vesti-
gia Patrum sequentibus conjicere datur, cum diceret
Deus *Fiat lux*, mox tenebræ quæ abyssum texerant
abierunt, et lux ab Oriente medias inter undas emer-
gens, cunctam terræ superficiem operuit latitudine
sui fulgoris, boreales simul australesque, necnon et
occiduas oras attingens; paulatimque se completo
diei unius spatio subducens, inferiora terræ gyrando
subiit, atque aurora procedente, diem secundum
tertiumque simili ordine complevit, hoc tantum a
solari luce differens, quod caloribus carebat; et quia
sidera nondum erant, priscis adhuc tenebris noctes

C deamus, quid ipsi respondeant de mundi loco. Ita
enim quæritur, cur potius tunc, et non antea, factus
sit, quemadmodum quæri potest cur hic potius ubi
est, non alibi. Nam si infinita spatia temporis ante
mundum cogitant, in quibus eis non videtur Deus ab
opere cessare potuisse; similiter cogitent extra mun-
dum infinita spatia locorum in quibus si quisquam
dicat non potuisse vacare Omnipotentem, nonne
consequens erit ut innumerabiles mundos cum Epi-
euro somnare cogantur, ea tantum differentia, quod
eos ille fortuitis motibus atomorum gigni asserit, et
resolvi; isti autem opere Dei factos dicturi sunt, sed
cum per interminabilem immensitatem locorum extra
mundum circumquaque patentium vacare noluerunt,
nec eosdem mundos, quod etiam de isto sentiunt,
ulla causa posse dissolvi. Quod si cui videtur incre-
dulum meatus aquarum luminis esse capaces, videat
opera nautarum, qui olei aspergine perspicuum sibi
profundum maris efficiunt. Nec mirandum, nobis di-
vina operatione lucem in aquis posse resplendere,
D cum et hominum operatione constet eas sæpius illu-
strari, nautarum videlicet, qui, in profundo maris
dimersi, emisso ex ore oleo, perspicuum sibi hoc ac
lucidum reddunt. Si enim homo talia per oleum sui
oris potest, quantam Deus per spiritum oris sui lucem
creare posse credendus est? Moyses autem proprium
ita describit: Et factum est, inquit, vespere,
et factum est mane dies unus. Sciendum est quia
sicut habet dies vespere, ita et nox. Hoc tamen
inter utrumque distat, quia vesper diei tenebrescere
consuevit in noctem, vesper autem noctis lucescere
in diem. Ambrosius: Quærent aliqui, cum prius
vespere, postea mane Scriptura memoravit, ne forte

illas ¹ re'inquebant obscuras. Quod si cui videtur A incredulum meatus aquarum luminis esse capaces, videat opera nautarum, qui olei aspergine perspicuum sibi profundum maris efficiunt, ut intelligat rerum conditorem Deum multo amplius sui oris afflatu quantamlibet aquarum profunditatem illustrare potuisse, maxime cum tenuiores tunc aquæ fuisse credantur, priusquam eas conditor in congregationem unam cogeret, ut apparere posset arida. Et diem quidem vulgarem Dominus sententia quam et supra posui, desinivit, dicens: *Nonne duodecim horæ sunt diei?* Moyses autem proprium ita descripsit: *Et factum est, inquit, vespere et factum est mane dies unus.* Quem Hebræi, Chaldæi, et Persæ sequentes juxta primæ conditionis ordinem diei cursum a mane ad mane deducunt, umbrarum videlicet tempus luci supponentes. At contra Ægyptii ab occasu ad occasum. Porro Romani a medio noctis in medium, Umbri et Athenienses a meridie ad meridiem dies suos computare maluerunt. Divina autem auctoritas, quæ in Genesi dies a mane usque ad mane compu-

tandos esse decrevit, eadem in Evangelio totius diei tempus a vespere inchoari, et consummari sanxit in vespere, quia qui in exordio mundi prius lucem vocavit diem, deinde tenebras noctem, ipse in fine sæculorum primo noctem gloria suæ resurrectionis illustravit, et sic diem se discipulis ostendendo consecravit: quos etiam, vespera procedente, convescendo, et se palpandum offerendo, spiritus quoque sancti gratiam tribuendo, plenius suæ resurrectionis fide confirmavit. Et quia tunc post creatam lucem factum est vespere et mane dies unus, nunc autem vespera Sabbati ² lucescit in prima Sabbati, ipsa mutatio temporis nos quoque a paradisi quondam lumine translatos in convallem lacrymarum, jam modo a peccatorum tenebris ad cœleste gaudium transferendos esse designat. Neque enim aliter quam nocte diei præposita potest explicari quod Dominus in exemplum Jonæ tres dies et tres noctes in corde terræ fuerit: ubi synecdochicōs, si diei Parasceves partem, qua sepultus est, cum præterita nocte, pro nocte ac die accipies, hoc est pro toto die Sabbati noctem,

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, *relinquebat.*

² C, *quæ.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

noctem priusquam diem significare videatur; nec advertunt quod primo præmiserit diem, dicendo: Et vocavit Deus lucem diem, et tenebras noctem; deinde quod vespere finis diei sit, et mane finis noctis. Ergo ut prærogativam et primatus nativitatis diei daret, prius finem diei significaret post quem secutura nox esset, deinde post ea finem noctis adjunxit. Beda: Factum est vespere occidente paulatim luce, post expletum spatium diurnæ longitudinis, atque inferiores mundi partes subeunte, quod nunc usitato solis circuitu agi solet. Factum et mane redeunte eadem paulatim supra terras, atque alium diem initiante, et hucusque dies expletus est unus, viginti scilicet et quatuor horarum. Cujus commendatione verbi Scriptura vigilanter admonet ut lucem quæ facta est inferiora orbis occasu suo lustrare discamus. Nam si non hoc faceret, sed magis tota facto paulatim vespere periret, ac rursus paulatim mane recreata resurgeret, non jam in mane diei sequentis, sed potius in vespera primi unum diceret esse diem perfectum; unde vesperam et mane quam noctem ac diem factam dicere maluit, ut insinualet tunc primariæ lucis actum esse circuitu, quod nunc circuitu solis die noctueque geri constat, præter hoc solummodo, quod post creata sidera nox quoque sua, tametsi minore quam luce perfunditur, triduo autem illo primo tenebrosa prorsus et obscura manebat. Decebat namque omnimodis ut dies incipiens a luce in mane diei sequentis esset protelatus, quatenus intimaretur opera ejus qui est lux vera, et in quo tenebræ non sunt ullæ, a luce inchoare, et in lucem cuncta esse completa. Item beatus Augustinus, in undecimo libro de Civitate Dei: Videmus quippe istos dies notos non habere vesperam, nisi de solis occasu, nec mane, nisi de solis ortu. Illi autem priores tres dies sine sole peracti sunt, qui die quarto factus refertur, et primitus quidem lux verbo Dei facta, atque inter ipsam et tenebras Deus separasse narratur; et eandem lucem diem vocasse, et tenebras noctem. Sed qualis illa sit lux, et quo alternante motu, qualemque vesperam, et mane fecerit, remotum est a sensibus nostris; nec ita ut est intelligi a nobis potest, quod tamen sine ulla hæsitacione credendum est. Quem Hebræi, Chaldæi et Persæ, sequentes juxta primæ conditionis ordinem diei cursum a mane usque ad mane deducunt, etc. Hebræi vocati sunt ab Heber, qui pronepos fuit Sem. Casdei, qui nunc Chaldæi

vocati sunt, a Casech filio Nachor fratris Abrahæ cognominati sunt. Persæ a Perseo rege sunt vocati, qui, e Græcia Asiam transiens, ibi barbaras gentes gravi diurnoque bello perdomuit, novissime victor nomen subjectæ genti dedit. Ægyptii ab Ægypto quodam rege suo vocati sunt; interpretantur autem lingua Hebraica, Ægyptii affligentes, eo quod affligerent Dei populum, priusquam divino auxilio liberarentur. Romani a Romuli nomine nuncupati, qui urbem Romam condidit, gentique et civitati nomen dedit. Hi ante a Saturno Saturni, a Latino Latini nuncupati sunt. Umbri, Italiæ gens est. Cecropi Atheniensium regi successit Granus, cujus filia Athis nomen et regioni et genti dedit. Ex ea Attici cognominati, qui sunt Athenienses. Ipsa mutatio temporis nos quoque a paradisi quondam lumine translatos, in convallem lacrymarum, jam modo a peccatorum tenebris ad cœleste gaudium transferendos esse designat. Hic de vespertina hora specialiter loquitur, ad ostendendam ipsam temporis mutationem, qua nunc a vespera ad vesperam omnes dies computamus. In Evangelio ubi dicitur: *«Vespera Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalena,»* etc. De matutina hora intelligendum est, quando mane in die dominica mulieres ad sepulcrum venerunt. Ibi enim feminine profertur, cum dicitur: *Quæ lucescit, quia hic et hæc vesper dicitur.* Vespere Sabbati et vespera Sabbati potest dici, quia *vesper vesperis*, et *vespera vespere* idem est, id est, quando nox deficit, et dies sequitur. Vesperum vero vesperi est illud tempus quo sol ab hora nona descendit a centro usque ad noctem. Antea enim nox sequebatur diem, id est, a mane ad mane computabatur, eo quod dies primus factus fuit quam nox; nunc autem dies sequitur noctem, id est, computatur a vespera ad vesperam; quia antea post gaudium paradisi secuta est mors et tenebræ, nunc vero post tenebras mortis et peccati, adveniente Christo, sequitur cœleste gaudium, sicut lux post tenebras; et ideo dies inchoat semper ab occasu solis, quamvis quidam aliter sentiant, qui dicunt a media nocte ab ortu solis, sive a sexta hora diei illum inchoare, quod nequaquam credendum ac sequendum est. Haimo: in Domini namque resurrectione etiam ipse ordo temporis mutatus est. Ab initio enim sæculi usque ad Domini resurrectionem dies præcedebat, et sequebatur nox; a Domini vero resurrectione nox præcedens ad sequen-

et diem integram, et noctem Dominicam cum eodem die illucescente, ac per hoc incipiente partem prototo, habes profecto triduum et tres noctes. Merito autem quæritur quare populus Israel, qui diei ordinem juxta Moysi traditionem a mane semper usque

ad mane servabat, festa tamen omnia sua, sicut et nos hodie facimus, vespere incipiens, vespere consummaverit, dicente legislatore : *A vespera usque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

tem diem pertinet, quia qui in hujus noctis ultima parte a morte resurrexit, ipsam noctem lucidam atque coruscantem reddidit, et quodammodo in diem commutavit, de qua scriptum est : *Et nox illuminatio in deliciis meis.* Et apte quondam dies præcedebat noctem, quia primus homo a vera luce discedens, in tenebras erroris incidit; apte etiam nunc dies noctem sequitur, quia per Domini resurrectionem de tenebris erroris liberati, ad veram lucem conversi sumus, sicut ait Apostolus : *Nox præcessit, dies autem appropinquabit.* *Neque enim aliter quam nocte diei præposita, potest explicari, quod Dominus in exemplum Jonæ tres dies et tres noctes in corde terræ fuerit,* etc. Nota est historia de Jona, quod cum iugeret a facie Domini in Tharsis, ceto sorbente devoratus est, et ibi fuit tribus diebus, et tribus noctibus: hoc facto significans mortem Domini, qui latuit in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus. Et quomodo Dominus dicitur tribus diebus et tribus noctibus jacuisse in sepulcro; cum constet eum ibi non tot diebus et noctibus ex integro mansisse? Si quidem sexta feria hora sexta cruci affixus est, nona autem emisit spiritum; vespere vero post occasum solis depositus est de cruce, et collectus in sepulcrum, et non ibi jacuit, nisi triginta sex horis. Sed in hoc loco regula Scripturæ attendenda est, quia frequenter a parte totum demonstratur. Si enim accipiamus sextam feriam cum nocte præcedente, et Sabbatum cum nocte præcedente, noctem autem Dominicam cum sequenti die, secundum hanc rationem tres dies et noctes invenitur mansisse Dominus in sepulcro. Hinc Augustinus in libro de sancta Trinitate quarto: *Ipsam autem triduum non totum et plenum fuisse, Scriptura testis est.* Si primus dies a parte extrema totus annumeratus est, dies vero tertius a parte prima, et ipse totus; medius autem inter eos, id est, secundus dies absolute totus viginti quatuor horis suis, duodecim in nocturnis, et duodecim in diurnis. A vespere autem sepulturæ usque ad diluculum resurrectionis, triginta sex horæ sunt, qui est quadratus senarius. Jonas interpretatur columba, sive dolens. Columba pro genitu, quando in ventre ceti triduo fuit; dolens autem vel propter tristitiam quam habuit de salute Ninivitarum, vel propter hederam subito arentem, cujus umbraculo tegebatur contra solis ardorem. Ipse est et Amathi Sareptanæ filius viduæ, ut Judæi affirmant, quem resuscitavit Elias, matre postea ad eum dicente : *Nunc cognovi, quoniam vir Dei es tu, et verbum Dei in ore tuo verum est.* Si vis scire quot atomos, et momenta, et minuta, et punctos, et horas habeat in die vel in hebdomada, nec non et in mense naturali, istam calculationem attende, et invenies. Primitus ad horam incipiamus: DLXIV atomi faciunt unum momentum, quatuor momenta faciunt unum minutum, duo minuta et dimidium faciunt unum punctum solarem, quatuor puncti faciunt unam horam solarem. Hora autem lunaris habet punctos quinque, minuta decem, partes quindecim, momenta quadraginta, ostenta sexaginta. Punctus lunaris habet minuta duo, partes tres, momenta octo, ostenta duodecim. Unum minutum habet partem unam, et dimidiam, momenta quatuor, ostenta sex. Una pars habet momenta duo, et duas partes tertii momenti, ostenta III, et tres partes unius momenti. Unum momentum habet ostentum unum et dimidium. Una enim hora habet atomos, ostenta LX, momenta quadraginta, partes quindecim, minuta decem, punctos quatuor in sole, in luna quinque. Dies quippe habet horas viginti quatuor, punctos nonaginta sex, secundum solem, secundum lunam CXX, minuta CCXL, partes CCCLX, momenta DMLX,

ostenta M,CD atomos DMLI, CCXL.

Hebdomada habet horas CLXVIII, punctos sexingentos sexaginta duos, minuta MDCLXXX, partes MDXX, momenta VIBCCXX, ostenta X,XXX, atomos III,CCXC, DCCC.

Mensis XXX dierum habet horas DCCXX, punctos II, DCCCLXXX, minuta VII,CC ostenta XLIII,CC atomos XVI, CCXLIII,CC.

Si vis scire quot horæ sunt in anno, multiplica CCC per XXXIV vices, fiunt VII,CC; item multiplica LX per XXIV vices, fiunt M,CDXX. Item multiplica quinque, ipsos videlicet qui CCCXL superant numerum, per viginti quatuor vices, fiunt CXX. Hi autem, id est, VII,CC, et M,CLL, et DXX, insimul juncti, VIII, DCCII X reddunt. Tot igitur horæ sunt in anno communi CCCLXV dies ideo per viginti quatuor multiplicari oportet, quia viginti quatuor horæ sunt in unoquoque die.

Si vis scire quot puncti sunt in anno, duc VI per quater fiunt XXXII. Item multiplica DCC per quater, fiunt II, DCCC. Item multiplica sexaginta per quatuor, fiunt ducenti quadraginta. Hunc autem totum numerum simul junge, et invenies XXXV, XI. Ideo autem horas totius anni per quatuor multiplicari convenit, quia quatuor puncti unam horam solarem faciunt.

Si vis scire quot minuta sunt in anno, multiplicabis supra dictum numerum, fiunt LX, LXXX. Adde etiam dimidiam partem supra dictorum punctorum, id est, XVIII, DXX. Hunc autem totum numerum insimul conjunge, et habebis LXXXVII, DC. Ideo autem numerum punctorum bis multiplicari, et insuper eorum dimidiam partem addere diximus, quia duo minuta et dimidium, unum punctum faciunt.

Si vis scire quot momenta sint in anno multiplica quater supradictum numerum, hoc est LXXXVII, fiunt CCCLXX. Ideo autem numerum minorum per quatuor multiplicari diximus, quia quatuor momenta unum minutum efficiunt. Sunt quoque in anno ostenta DMI, CCCLX, atomi CXC VII, DCC LX, DMLX. Hæc autem omnia si ita esse non credis, diligenter inquire.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—*Dies est aer sole illustratus.* Diem definiunt philosophi hoc pacto: Dies est latitudo solis supra horizontem, ut Aristoteles. Alii quod idem valet spatium inter solis exortum et occasum. Est autem definitio diei naturalis, quam litteratorum vulgus artificialem appellat. Beda vulgarem vocat. Alius est dies civilis, quem nunc naturalem vocant, spatium quo sol teriam supra et infra circumvolvitur, quod sit spatium horarum æquinoctialium XXIV.

Nomen inde sumens quod tenebras a luce disjungat atque dividat. Diem Festus a Deo deducit; alia a dio, quod significat lumen sub cælo diurnum; unde sub dio dicimus extra tecta. Ergo arbitror diem dici a Jove, quem Græci *dia* vocant, nam solem etiam per Jovem intelligimus, ut testatum est vulgato Orphei versiculo:

Εἰς Ζεῦς, εἰς Ἰδης, εἰς Ἰδης, εἰς Διόνυσος.

Et Jupiter, Dispiter quod diei pater sit atque lucis.

Nisi forte poeticis figmentis. Inveniuntur etiam philosophi, qui serio disputarent, solem dum occideret, mergi ac extinguere humore; accendi autem rursus, dum oriretur. Fuerunt in hac opinione Epicurei, quos et Lucretius sequitur. Vide Strabonis primum de Geographia. Verum solem tam expedito spatio infra terras ferri, ut supra, jam vulgo quoque non est incognitum.

Umbri et Athenienses. Memoria lapsus Bedam existimo, dum pas in constat Athenienses diem ab occasu solis incipere; qua de re lege apud Gellium et Macrobius plura.

CAPUT VI.

BR. D. P. AM. GLOSSÆ.—*Ibi namque tempus initium sta-*

CAPUT VI.

Ubi primus dies sæculi sit.

Quo sane in loco primus sæculi dies sit, nonnulli præerentes, VIII Kalendarum Aprilium, alii XII Kalendarum supradictarum die magis adnotandum putarunt, uno utrique, hoc est, æquinoctii argumento astantes, quasi rationi congruat ut quia Deus æquis in principio partibus lucem tenebrasque dividerit, ibi ¹ præcipue tunc caput mundi, ubi ² nunc æquinoctium fieri credatur; bene quidem inquirentes, sed non plene præ dicerent ³ providentes, multo utique peritius acturi, si tempus æquinoctii non primo diei quo lux, sed quarto quo luminaria sunt facta, potius adsignarent; ibi namque temporis initium statuit, qui luminaribus conditis dixit: *Ut sint in signa, et tempora, et dies, et annos.* Nam præcedens triduum, ut omnibus visum est, absque ullis horarum dimensionibus, utpote necdum factis sideribus, æquali lance lumen tenebrasque pendebat; et quarto demum mane sol a medio procedens Orientis, horis umbratim suas per lineas currentibus, æquinoctium quod annuatim servaretur inchoavit, positus videlicet cum primo terris oriretur in eo cœli loco quem philosophi quartam partem Arietis appellant, eundemque peracto annuo circuitu, post dies CCCLXV et sex horas repetiturus, cujus ⁴ argumento quadrantis efficitur ut ipse vernalis æquinoctii punctus modo mane, modo meridie, modo vespere, modo medio noctis occurrat, luna e contrario vespere plenissima; neque enim quid imperfectum Creator æquissimus instituit, stellis una fulgentibus, ac medio apparens Orientis, quartam partem libræ, qua æquinoctium autumnale adseverant, tenuit, initiumque paschæ suo consecravat exortu. Neque enim alia servandæ paschæ regula est, quam ut æquinoctium vernale plenilunio succedente perficiatur; at si vel uno die plenitudo lunæ præcesserit æquinoctium,

A jam non primi mensis, sed ultimi luna putetur. Oportet enim ut sicut tunc primo sol potestatem diei, deinde luna cum stellis potestatem noctis accepit, ita e nunc, ad insinuandum nostræ redemptionis gaudium primo dies noctem longitudine adæquet, ac deinde luna plenissima eam luce perfundat, certi utique mysterii gratia, quia videlicet sol ille creatus omnium illuminator astrorum, æternam veramque lucem significat, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Luna autem et stellæ, quæ non proprio ut dicunt, sed adventitio, et a sole mutuo lumine fulgent, ipsum Ecclesiæ corpus, et quosque viritum sanctos insinuant, qui illuminari, non illuminare, valentes, cœlestis gratiæ munus accipere sciunt dare nesciunt.⁵ Atqui in celebratione maximæ solemnitatis Christus Ecclesiæ debuit anteponi, quæ non nisi per illum luceret. Nam si qui plenilunium paschale ante æquinoctium fieri posse contenderit, ostendat vel Ecclesiam sanctam priusquam Salvator in carne veniret, exstitisse perfectam; vel quemlibet fidelium ante proventum gratiæ illius aliquid posse supernæ lucis habere. Neque enim sine ratione paschalis observantia temporis, qua mundi salutem et figurari et venire decebat, ita divinitus est procurata, ut neque prima die qua lux facta est, neque secunda qua firmamentum, neque tertia, qua arida apparuit, neque mox quarta inchoante, qua sol æquinoctialis tanquam sponsus e thalamo processit, sed ad vespere tandem oriente luna sortiretur exordium. Expectata est enim hora, quæ illuminationem Ecclesiæ olim in Christo venturam designaret. Ut sicut in mysterio sacrificii cœlestis nec vinum solum, nec aquam ⁶ solam offerri licet, ne videlicet ipsa oblatio vel Deo tantum, vel tantum homini conveniat, sed ⁷ sanguinem, qui torculari crucis expressus est nostræ

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, et.² C, tunc.³ B, C, pervidentes.⁴ B, C, augmento.⁵ B, C, Atque⁶ C, solum; B, ... offerre.⁷ B, C, sanguinem uvæ t. c. expressum n. f. a. temperamus.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

ait, qui luminaribus conditis dixit ut sint in signa, et tempora et dies et annos. Nam præcedens triduum, ut omnibus visum est, absque ullis horarum dimensionibus atpote necdum factis sideribus, æquali lance lumen tenebrasque pendebat. Priusquam sidera fierent, non erat quibus ordo temporum annotaretur indicibus; non erat unde meridiana hora dignosceretur, antequam sol medium cœli conscenderet igneus orbem; non inde cæteræ diei noctisque signarentur horæ, donec astra polum, æquali inter se sorte die noctuque dividerent. Nam totum illud triduum superius, in deserto cursus sui processu transierat, nullam penitus dimensionem horarum habens, utputa qui lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullamque caput habente, quod nunc de sole accipit, nusquam radii ardentiores illuxerant, nulla subcaute vel arbore quasi remotior umbra frigebat. *Ut sint in signa, et tempora, et dies et annos:* hoc vel propter terminum paschalem dicitur, quia luna signum est paschalis termini, qui non nisi in decima quarta luna celebratur; vel quia sidera signa sunt navigantibus per mare, ver iter agentibus per Lybiam, ubi vestigium itineris ad motum venti dissipatur. *Et quarto demum mense sol a medio procedens Orientis, horis umbratim suas per lineas currentibus, æquinoctium quod annuatim servatur inchoavit.* Illam enim vim per omnia sol habuit primo creatus, quam nunc habere

creditur. Ante creationem solis non erat tempus neque hora, quia videlicet non erat qui umbram faceret, perquam temporis vel horæ fieret determinatio. *Æquinoctium.* Sol æquinoctialis fuit creatus, nihil inæquale fecit Deus æquus. *Cujus augmento quadrantis efficitur ut ipse vernalis æquinoctii punctus, modo mane, modo meridie.* Prima positio solis in ariete, modo primo anno mane, meridie secundo anno, vespere tertio anno, medio noctis, quarto anno occurrat, ut subaudias iterum mane. *Ita et nunc ad insinuandum nostræ redemptionis gaudium, primo dies, noctem longitudine adæquet.* *Primo dies,* id est, prius antecedit Christus, deinde sequatur Ecclesia. Licet enim nunc, propter Dominicæ resurrectionis honorificentiam dies sequatur noctem, tamen in æquinoctio secundum primæ conditionis ordinem nox sequitur diem, et propter gratiam sacramenti in ipsa nocte sequenti fit adimpletio æquinoctii. Sacramentum cur hoc fiat, satis hic dominus Beda demonstrat. Noctem scilicet sequentem, quæ æquinoctio deputatur. *Ac deinde luna plenissima eam luce perfundat, certi utique mysterii gratia.* Solaris enim perfectio, quæ est in æquinoctio, antecedere debet, et deinde perfectio lunaris sequi. Expectata est enim hora quæ illuminationem olim in Christo venturam designaret, ut sicut in mysterio sacrificii cœlestis, nec vinum solum nec aquam solam offerre licet, sicut non con-

fragilitatis aqua temperamus, granum quoque frumenti, passionis mola contritum, aqua miscemus, ut, juxta quod Apostolus ait, *Adhærentes Domino, unum cum eo spiritus effici valeamus*. Ita etiam et in ejusdem sacrificii tempore observando, nec solis tantummodo cursum quæritemus, quasi Deum quidem credentes, sed ultra nostri curam sublimatum, juxta eos qui dicunt: *Nubes latibulum ejus*; nec nostra considerat, et circa cardines cœli perambulat. Nec item lunæ solius plenum captemus exortum, quasi juxta Pelagianos absque gratia superna beati esse¹ non queamus, verum juxta eum qui dixit: *Deus meus, misericordia ejus præveniet me*. In nostra Paschæ celebratione æquinoctialem solis exortum, cuncta videlicet tenebrarum offendicula devincentis, plenilunio nostræ devotionis e vestigio sequente, dedicemus. Hanc Mosaicæ Paschæ rationem die propriæ resurrectionis perfecit, qui non venit solvere legem, sed adimplere. De quibus singulis suo loco consequentius, prout Dominus dederit, exponemus, nunc admonere contenti, XII Calendarum Aprilium die, occursum æqui-

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, om. non.² C, Hæc.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

venit primus dies nec secundus nec tertius nec quartus, ubi sol fuit procreatus Ecclesiæ, antequam luna ven't in vespere creata; sic nec vinum solum nec aqua sola debent offerri, antequam sanguis uvæ cum aqua commisceatur, et granum frumenti contritum cum aqua mixtum; et sicut non decet vinum offerre sine aqua nec aquam sine vino, sic non debet pascha celebrari propter cursum æquinoctialem solis, antequam pervenerit decima quinta luna. Expectata est vespertina hora per quam intelligitur Ecclesia a Christo illuminata. Per matutinam enim horam intelligitur Christus illuminator Ecclesiæ; et per vespertinam intelligitur Ecclesia a Christo illuminata. Ita etiam in ejusdem sacrificii tempore observando. In pascali festivitate utrumque observari debet, æquinoctium vernale, et luna decima quarta post æquinoctium. Si enim æquinoctii tantum sit observatio, quasi credulitatis nostræ in Deum sit tantum demonstratio, illius prorsus a nobis sublato regimine; si vero decimæ quartæ lunæ tantum observatio, quasi nil salutis a Christo, sed a seipso humanum genus et habeat et habuerit. Cujus ad indicium primatus ibi reor antiquos initium zodiaci circuli voluisse præfigere. Cujus primatus, id est, primordii et dignitatis; ibi, id est, xv Kalend. April.; initium, temporum. Neque enim illa die vel Romanorum, vel Græcorum, vel certe Ægyptiorum mensis annusve, cujus hoc causa fieret, oritur. In eo quippe die neque annus, neque mensis Græcorum aut Ægyptiorum inchoatur, et nulla alia causa nisi primordii die in xv Kalend. April. initium zodiaci positum esse deprehenditur. A quibus Abraham patriarcha, ut Josephus testatur, edoctus. Refert Josephus duos filios Noe, Sem et Japhet, inventores fuisse omnium liberalium artium; tertium vero, id est Cham, magicarum artium fuisse repertorem, sicuti est astronomia, in qua mathematica et similia. Audientes autem a patre diluvium venturum, per quod omnia aut igne aut aquis perire poterant, in duabus columnis ex latere et lapide factis, ipsas artes conscripserunt, ne delerentur memoria quæ sapienter invenerant, sed transacto diluvio servarentur, et ad notitiam hominum pervenirent; quarum lapidea columna fertur diluvium evasisse, et hactenus in Syria permanere. Nam et in libro beati Job, qui non longe post Abraham exstitit, mazaroth, id est, signa horoscopi legimus, non unius significat naturam, sed translative dicitur de toto zodiaco. Ho-

noctii, et ante triduum, hoc est, XV Calendarum earundem, primum seculi diem esse notandum, cujus ad indicium primitus ibi reor antiquos initium zodiaci circuli voluisse præfigere. Neque enim illa die vel Romanorum, vel Græcorum, vel certe Ægyptiorum mensis annusve cujus² hoc causa fieret, oritur, sed nec ab his gentibus, quamvis se Græci jactitent, verum ab antiquioribus Chaldæorum astrologia cœpit, a quibus Abraham patriarcha, ut Josephus testatur, edoctus, ut Deum cœli siderumque conversione cognovit, ipsam mox disciplinam veracius intellectam Ægyptiorum genti advexit, cum apud eos exularet. Nam et in libro beati Job, qui non longe post Abraham exstitit, mazaroth, id est signa horoscopi legimus. Igitur juxta Zodiaci quidem divisionem XV Calendarum Aprilium die, quando facta est lux, sol Arietis signum ingreditur. Juxta vero primæ suæ conditionis ordinem XII Calendarum supra scriptarum initium sui circuitus et omnium simul temporum caput attollit, juxta quod Anatolius Laodicæ antistes de æquinoctio scribens evidenter adstruit: «In qua die,

roscopus, horarum speculator, ab hora et σκοπεῖν. Scopin, id est, videre. Translative tamen totum significat signiferum. Mazaroth, id est, duodecim signa, vel signum multarum stellarum, vel nomina duodecim signorum. Horoscopi, id est, signiferi circuli. Job filius Tharæ de Bosra, rex I lunæorum quartus post Esau, successor Balæ filii Beor, homo gentilis, fide stabilis, humilitate summus, hospitalitate præcipuus, in disciplina mansuetus, in eleemosynis largus, dives in censu. Extemplo factus egenus locuples, in liberis repente orbatus, tentationi traditus; sed contra tentationem fide religionis armatur, fit gloriosus in certamine; æquanimis in dolore damna rerum pertulit, funera pignorum doluit, corporisque vulnera patienter excepit, et inter supplicia semper Deum glorificavit; mala suadentem insuper patienter sustinuit conjugem, verba amicorum superavit; pro tanta virtute patientiæ duplici in finem sublevatur remuneratione, recipiens post rerum casum multiplicem claritatem donorum. Post noctem enim tristiæ, diem genuit; post fetores ulcerum, casisæ fragrantiam edidit; post abjectionem, cornu in unctionem regni promeruit, et tibiam in accentu laudis assumpsit. Vixit autem post plagam centum septuaginta annis, et fuerunt omnes dies vitæ ejus ducenti quadraginta octo, et mortuus est, et sepultus in regione sua. Hunc Hebræi asserunt non fuisse de genere Esau, sed de Nachor fratris Abraham descendisse stirpe, et fuisse eum temporibus patriarcharum. Nachor enim genuit Hus, de cujus stirpe creditur generatus, secundum quod in exordio voluminis ejus notatur: «Vir erat in terra Hus, nomine Job.» In libro Hebraicarum Quæstionum, sic dicit sanctus Hieronymus: «Primogenitus Nachor fratris Abraham, de Melcha uxore ejus, filia Aran, natus est Hus, de cujus stirpe Job descendit, sicut scriptum est in exordio voluminis ejus: Vir fuit in terra Hus, Job nomen ejus.» Male igitur quidam æstimabant Job de genere esse Esau. Siquidem illud quod in fine libri ipsius habetur, eo quod de Syro sermone translatus sit, et quartus sit ab Esau, et reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur. Hæc autem particula prima ex duodecim, vernale est æquinoctium. Omnia enim ista fiunt secundum naturam in ariete, in duodecimo Kalend. April. Signa duodecim appellat partes, quorum primum est aries, ultimum pisces. Initium mensium, scilicet anui, vel

inquit, invenitur sol non solum conscendisse primam A signiferi partem, verum etiam quadrantem in ea die jam habere, id est, in prima ex XII partibus. Hæc autem particula prima ex duodecim vernale est æquinoctium, et ipsa est initium mensium, et caput circuli, et absolutio cursus stellarum, quæ plantæ, id est vagæ dicuntur, ac finis duodecimæ particule, et totius circuli terminus. Ubi et verissime intellexit, et elegantissime prompsit, non nisi in æquinoctio vernali, quantum ad naturam, caput esse signiferi, et ibi XII signa, quæ ab illo¹ particule nuncupantur, initium ibi habere et terminum, ibi quadrantem, quem bissextum dicimus, ibi saltum lunæ incipere ac finire, ibi annum magnum, hoc est, planetarum cursum, exordium finemque sortiri.

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, illo episcopo.² B, C, juxta quod.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

caput circuli, id est, zodiaci vel anni. Naturaliter enim in primo signo, ubi sol et luna fuit creata, id est in ariete, est initium et finis mensium et annorum; et ibi cursus omnium planetarum deligatur, id est, ad unam concordiam venit, ibique omnes circuli juxta naturam finiuntur. Absolutio Deus finis et terminus laboris, id est, operis.

JOAN. NOV SCHOLIA.—Quo sane in loco primus sæculi dies. Disputant theologo quando mundus sit creatus, in vere ne an autumno? Qui aiunt in autumno mundum creatum, moventur hac ratione, ne si in vere esset factus, inedia periissent primi homines, nullis fructibus adhuc maturis. Probabilior sententia primuni diem fuisse dum sol arietis signum teneret. Disputant de hac quæstione etiam astrologi. Vide Jovinianum Pontanum, lib. 1 de Rebus cœlestibus.

Mazaroth, id est, signa horoscopi legimus. Horoscopus est ea pars signi, quæ aliquo nascente exoritur, veluti nascente Lucio, exoriebatur octava pars Tauri; eam igitur habet horoscopum, quod et sic effertur astrologi: Lucius horoscopum habet in Tauro. Homerus, ut observatum est, in sagittario. Plato in aquario. Urbs Roma in decima quinta libræ, nam et civitates habent horoscopum; hinc verbum ὀροσκοπεῖν pro quo nos utimur horoscopare, ut nascente Paride horoscopabat capricornus.

CAPUT VII.

Nox dicta, quod noceat aspectibus vel negotiis humanis. Nox est obscuritas mundi, latibulum malorum, requies vivorum. Est autem nox solis absentia, terrarum umbra, conditis mortalibus ad requiem facta, ne opere diutino avida deficeret humanitas; et ubi rigidior, ibi ad opera minuenda, et membra fovenda prolixior. Sicut dies nonnunquam prosperitatem et scientiam divinæ legis significat, ita et nox in Scripturis aliquando tribulationem persecutionis, aliquando ignorantiam et cæcitatem morum secundum prophetæ dictum: Nocti assimilavi matrem tuam, factus est populus meus tanquam non habens scientiam; quasi dixisset, Non habens lucem.

Qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. Qui scilicet Christus pascitur inter lilia, scilicet fidei munditia et candore virtutum. Aspiret, id est, illuminet. Aliter. Qui pascuntur in liliis, hoc est, delectantur purissimis et nitidissimis sensibus Scripturarum. Donec aspiret dies, hoc est, dies illa donec veniat æterna, quam desiderabat Psalmista, dicens: Melior est dies una in atris tuis super millia. Et inclinentur umbræ, hoc est, transeant mœrores et perturbationes istius sæculi. Donec aspiret dies, id est, oriatur. Apparebit enim dies, id est, oriatur, quando ille verus sol justitiæ, id est, Christus, apparebit. Et tunc inclinantur umbræ, hoc est, omnia nubila mœroris, et tenebræ præsentis

CAPUT VII.

De nocte.


Nox dicta, quod noceat aspectibus vel negotiis humanis, sive quod in ea fures latronesque nocendi aliis occasionem nanciscantur. Est autem nox absentia solis terrarum umbra conditi, donec ab occasu redeat ad exortum, ² juxta naturam ejus et poeta describens, inquit:

Ruit oceano nox,

Involvens umbra magna terramque polumque.

Et Salomon sacris litteris expressit: Qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, et inclinentur umbræ. Eleganti utique sensu decessionem noctis inclinationem appellans umbrarum. Nam quoniam pro conditionibus planetarum, quibus solis cursus intenditur, et splendorem

sæculi pertransibunt. Sed et si ipsam litteram velimus aspicere, pulchre expressit ortum diei, et occasum noctis. Nam nox nihil aliud est nisi umbra terræ, quæ, sole sub terras descendente consurgit. Sole autem iterum ascendente, inclinatur umbræ, id est, cadit nox. Pascuntur ergo in liliis, donec aspiret dies et inclinentur umbræ, quia sanctorum doctorum in præsentem tantum vita necessaria est prædicatio et doctrina. Nam in alia vita postquam apparuerit æterna dies, et finita fuerit nox præsentis sæculi, non necesse erit doceri aliquem, quia omnes revelata facie gloriam Domini contemplabuntur. Unde et Dominus dicit per prophetam: Non docebit vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Beatus Ambrosius in libro Hexameron: Quæritur qualiter spatium aeris occupet umbram terræ, efficiens nobis noctem. Cum sol recedit, diemque a nobis abducit, tum inferiora axis septentrionalis illuminat. Omne enim corpus facit umbram, et naturaliter umbra corpori adhæret, adeo ut etiam pictores corporum umbras, priusquam pinxerint, nitantur exprimere, idque asserant artis non intermittere vim naturæ. Ergo sicut in die cum a parte solis aliquod corpus hominis vel arboris occurrit, ex ea parte qua lumen repercutitur umbra subsistit, sic cum, recedente die, sol ad eum locum pervenerit ubi occidere dicitur, ibi montium magnitudine a nobis separatur; sic terræ objectum a septentrionali parte obumbratur aer, adeo ut noctem nobis faciat hæc ipsa umbra terrarum. Quam videlicet umbram noctis ad aeris usque et ætheris confinium philosophi dicunt exaltari, et acuminatis instar pyramidum tenebris lunam, quæ infima planetarum currit, aliquando contingi. Et acuminatis tenebris, id est, acutissimis, ab acumino verbo, et fastigiatis. Instar, id est, ad similitudinem pyramidum, id est, sepulcrorum, quæ inferius spatiantur, et superius acuminantur. Sic tenebræ et umbræ noctis inferius supra terram sunt latæ et amplæ, superius vero angustæ et acutæ, a quibus luna dicitur aliquando tangi et obscurari, si fuerit sol sub terra in centro, id est, in eadem parte cœli inferius, in qua luna superius. Pyramis, pyramidis, sepulcrum inferius latum et



Jesus a nobis obiectio terrenæ molis exclu-
bratio illa, quæ noctis natura est, ita erigitur, ut ad
sidera usque videatur extendi, merito contraria vicis-
situdine, id est, lucis exortu umbras inclinari, no-
ctem videlicet deprimi pellique signavit, quam videlicet
umbram noctis ad aeris usque et ætheris confinium
philosophi dicunt exaltari, et acuminatis instar pyra-
midum tenebris lunam, quæ infima planetarum
currit, aliquando contingit, atque obscurari, nullum-
que aliud sidus taliter eclipsim, id est, defectum sui
luminis pati, eo quod circa fines telluris solis splendor
undique diffusus, ea libere quæ tellure procul absunt
aspiciat, ideoque ætheris quæ ultra lunam sunt
spatia diurnæ lucis plena semper efficiat, vel suo,
videlicet, vel siderum radiata fulgore. Et quemad-
modum nocte cæca procul accensas faces intuens,
circumposita quæque loca eodem lumine perfundi
non dubitas, tametsi, tenebris noctis obstantibus, non
amplius quam solas facium flammæ cernere præ-
valeas, ita, inquiunt, purissimum illud et proximum
cælo inane, diffusis ubique siderum flammis, semper
lucidum¹ fit; sed præpeditis aere crassiore nostris
obstitibus sidera quidem ipsa luce radiantia apparent,
verum reddita ex eis illustratio non apparet. Lunam
vero aiunt, cum infimas sui circuli apsidas plena
petierit, nonnunquam umbra memorata fuscari,

A donec paulatim centrum terræ² transgressa, rursus a
sole cernatur; verum ne hoc omni plenilunio patiatur,
latitudinem ei signiferi, quæ XII partium est, diver-
samque apsidum altitudinem succurrere. Nam quia
in umbra faciendâ tria simul concurrere necesse est,
lucem, corpus, et obscuratum locum, et ubi lux cor-
pori par est, ibi æqualis umbra jacitur, ubi lux
corpore exilior, ibi umbra sine termino augescit, ubi
lux corpore major, ibi umbra paulatim rarecendo
deficit, argumentantur solem terra esse majorem,
quamvis ob immensam longinquitatem modicus³ vi-
deatur, atque ideo noctis umbram quia sensim decre-
scat, priusquam ad æthera pertingat deficere. Meminit
hujus umbræ ac noctis et beatus Ambrosius in sexto
Hexameron libro ita dicens: « An non ille, id est,
B Moyses, præavit dicendum, quantum de spatio aeris
occupat umbra terræ, cum sol recedit a nobis, diem-
que⁴ obducit, inferiora axis illuminans, et quemad-
modum in regionem umbræ hujus incidens lunæ glo-
bos eclipsim faciat? » Est autem noctis umbra morta-
libus ad requiem corporis data, ne operis avida
continuato labore deficeret ac periret humanitas, et
ut animantibus quibusdam, quæ lucem solis ferre
nequeunt, ipsis etiam bestiis quæ præsentiam ve-
rentur humanam,⁵ discursandi ubique, ac victum
quæritandi copia suppeteret, juxta quod in Dei laudi-


VARIANTES LECTIONES.

¹ C, sit. ² B, C, egressa. ³ C, esse videatur. ⁴ B, abducit; C, ducit. ⁵ C, discursantur.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

amplum, superius vero angustum et strictum ad
similitudinem pyr, id est, ignis. Antiqui enim talia
faciebant sepulcra, sic enim tenebræ et umbræ, etc.
Omnis structura vel ædificium superius acuminatum,
pyramis vocatur ab igne. Ignis enim inferius spatatur,
et superius acuminatur. Pyramis est, ut Isidorus dicit,
figura quæ in modum ignis ab amplo in acumen con-
surgit. Ignis enim apud Græcos pyr appellatur. *Nul-
lumque aliud sidus taliter eclipsim, hoc est, defectum
sui luminis, pati. Nullumque aliud sidus, id est, neque
sic cætera errantia deficiunt sicut luna deficit. Ita
enim sol eclipsim patitur, ut non deficiat ejus splen-
dor, sed ut interjectu terræ luna non appareat. Stellæ
quoque errantes, non defectum sui luminis
habent; sed cum aliæ ab aliis celantur, deficere dicun-
tur, quos defectus philosophi occultationes siderum
appellant. Luna vero eclipsim patitur, ut penitus
lumine privetur. Pati, scilicet dicunt philosophi.
Undique, id est, ex omni parte diffusus splendor solis.
Sol enim multo major est terra, et ideo sive in nocte,
sive in die, undique circa terram mittit suum splen-
dorem. Nocte autem non potest propter umbram
terræ, ipsa loca quæ prope sunt terræ irradiare,
irradiat tamen superius spatia ætheris, quæ ultra
lunam sunt, et longe a terris. Verum ne hoc omni
plenilunio patiatur, latitudinem ei signiferi, quæ duo-
decim partium est, diversamque apsidarum altitudinem
succurrere. Hujus versiculi glossam in ante capitulo
vigesimo septimo pleniter invenies. Quæ scilicet la-
tudo duodecim partium est duodecim signorum,
diversamque apsidarum. Altitudinem. In altitudine
apsidarum non patitur hoc luna, id est eclipsim, sed
quando prope terræ est. Succurrere, scilicet dicunt
philosophi. Absides Græco vocabulo circuli planeta-
rum vocantur. Sed quia lunæ circulus variatur,
nunc enim propinqua cælo, nunc contigua montibus,
cum in regionem umbræ venit, eclipsim facit; cum
autem in æthera scandit, ultra umbram evadit, et
ideo defectum non patitur, quia illustratur a sole.*

C Nam quia in umbra faciendâ, tria simul concurrere
necesse est, lucem, corpus, et obscuratum locum. Sicut
in umbra faciendâ tria sunt, id est, ut sit lux, corpus
et locus, sic tria umbrarum genera sunt, id est, py-
ramides, chilindrides, turbonides. Nam necesse est
ut lux major sit quam corpus, aut minor, aut æqua-
lis. Si ergo major fuerit lux quam corpus, pyramides
umbra vocatur, sicut umbra terræ, id est, nox. Major
enim sol est, ut Macrobius et plures alii docent, quam
terra, octies. Si autem minor lux fuerit quam corpus,
vocatur turbonides; si vero æqualis fuerit lux et cor-
pus, chilindres vocatur. Chilindres est figura qua-



D drata, habens semicirculum superius, ita necesse est
lucem, scilicet cujus absentia fit umbra. Aliter enim
corpus non potest facere umbram nisi in luce. Sol
cognovit occasum suum, usque bestię silvæ. Remigius:
Sol cognovit occasum suum, id est, Christus mortuus
est, in cujus morte positæ sunt tenebræ in toto
mundo.

Posuisti tenebras, et facta est nox. Spiritualiter
positis tenebris facta est nox, quia in passione Christi
infidelitas in cordibus apostolorum ascendit. In ipsa
nocte pertransibunt omnes bestię silvæ, id est, dæmo-
nes, instigando vel ad crucifigandum Judæos, vel
ad negandum apostolos.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—Nox dicta quod nocet. Sic
et Varro, libro quinto de Origine verborum, quod
nocet noctem dictam esse scribit. Græce dicitur
νόξ, quam phisici definiunt *επιση τῆς γῆς*. Non est

bus Psalmista decantat : *Sol cognovit occasum suum ; A* *posuisti tenebras et facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae sylvarum, etc.* Quam mira provisio Creatoris ita temperavit, ut ubi ob solis longinquitatem rigidior, ibi ad opera brevianda et fovenda sit membra prolixior, quia ¹ et hyeme quam æstate universo orbi longior, et in ipsa hyeme multo Scythis quam Afris est productior, sicut etiam æstate multo longior in Scythia quam in Africa dies flagrat. Nam si non tanto brevior quanto ardentior Lybiam dies ureret, totam nimirum jam dudum ² absumeret. Noctis sane partes sunt VII. Crepusculum, vesperum, conticinium, intempestum, gallicinium, matulinum, diluculum. Crepusculum est dubia lux; nam creperum dubium dicimus : hoc est, inter lucem et tenebras. Vesperum, apparente stella ejusdem nominis, de **B** qua poeta :

Ante diem clauso componet Vesper olympo.

Conticinium, quando omnia conticescunt, id est, silent. Intempestum, media nox, quando omnibus sopore quietis nihil operandi tempus est. Gallicinium,

C, in hyeme.

² C, sumeret.

VARIANTES LECTIONES.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

autem qualiscunquē terræ umbra, sed quæ nascitur ex solis subterraneo meatu. Nam cum terrā sit globus, ut ante demonstratum est, sic et sol globus, et major quidem quam terra, necesse est (quemadmodum ex optice constat) ab altera terræ parte, quam sol non aspicit, umbram exire, quæ metæ aut pyramidi similis est. Cum enim materia lucida rotunda est, et in ejus radiis posita alia materia crassa seu opaca, omnino necesse est priorem partem materiæ opacæ illustrari adverso lumine; alteram vero obscuram longius manante umbra ad figuram pyramidis, ex quo facile intelligitur, hanc umbram e regione semper contra solem esse positam ac incipiente sole se mergere versus occasum, a parte exortiva tantum se in altum tollit umbra, quantum sol sub terras abit; dum autem dimidia noctis parte transacta est in hypogeio (sic enim vocant Græci subterraneum eum locum quem sol occupat medio noctis) umbra terræ versus Austrum proclinat sublimis super terram: unde et profunda et alta nox apud poetas ex ratione physica intelligitur. Isthæc si voles clarius intelligere, respice figuras umbrarum quas apposuimus libro primo.

Lunam quæ infima planetarum currit aliquando contingi. Quomodo lunæ eclipsis fit, satis intelleximus iri existimo ex iis quæ diximus in scholiis primi libri. Quod autem aliis sideribus lumen non auferatur per umbram terræ, causa est quod alia sidera altiora sunt quam umbra terræ potest pervenire; itaque supra lunam umbra definit in conum pyramidis, id est, in verticem seu acutam extremitatem. Est enim solis orbis longe ac multo amplior quam terræ sphaera; propterea; sic exigente ratione luminis, corporis umbra in immensam altitudinem nequit pervenire, et sol radios suos non longe a terra iterum componit; unde dicitur sol omnia videre, quemadmodum et Homeri noto versiculo celebratum est :

Ἡελίοσθ' ὅς πάντ' ἐροῖ καὶ πόντ' ἐπιχοῦσι,

et cælum idem ὀνόμαζον vocat, id est, sine noce; in cælum enim umbra terræ, quæ nox dicitur, pervenire non potest.

Cum in infimas sui circuli absidas plena perierit. Absides quid sint in planetarum orbibus, ex scholis et figuris primo libro appositis facile intelligitur; accepit autem Beda hoc loco absides pro circulorum commissuris, quas recentiores vocant caput

quando galli cantum levant. Matulinum inter abscessum tenebrarum et auroræ adventum. Diluculum, quasi jam incipiens parva lux diei; hæc et aurora, pertingens usque ad solis exortum.

CAPUT VIII.

De hebdomada.

Hebdomada Græce a septenario numero nomen accepit, humana quidem consuetudine septenis solum acta diebus, sed Scripturæ sacræ auctoritate multis speciebus insignis, quæ tamen cunctæ, ni fallor, ad unum finem spectant, nos scilicet, admonentes post operum honorum perfectionem in Spiritus sancti gratia perpetuam sperare quietem. Prima ergo singularis illa hebdomada et a qua cæteræ formam capessunt, divina est operatione sublimis, quia Dominus, sex diebus mundi ornatum complens, septima requievit ab operibus suis. Ubi notandum quod non ideo senarius numerus est perfectus, quia Dominus in eo mundi opera perfecit, sed, sicut Augustinus ait : « Ideo Dominus, qui omnia simul creare valebat, in eo dignatus est operari, quia nu-

et caudam draconis, ἀνοβιθίζοντα καὶ καταβιθίζοντα. Quam mira provisio Creatoris ita temperavit. Somnus frigidis conciliatur; ergo ex re mortalium fuit ut temporibus ac locis frigidis longior quies hominibus daretur.

CAPUT VIII.

BRID. RAM. GLOSSÆ.— *Hebdomada Græce a septenario numero nomen accepit.* Hebdomada Græce, Latine septimana, quod septem habeat mane, id est, per septem dies currat. Inter hebdomadam per *b*, et hebdomadam per *p*, hoc distat, quod hebdo est concipio, unde hebdomadæ dicuntur conceptiones; hepta vero, per *p*, dicuntur septem. Unde hebdomada dicitur septimanæ. Marcus Varro, in libris, id est, de Hebdomadibus, septenarii numeri virtutes varias describit. Marcus Varro, homo omnium acutissimus, et sine ulla dubitatione doctissimus, xlii libros scripsit antiquitatum, inter quos sex de temporibus composuit. De quo Terentianus elegantissimo versiculo breviter ait : « Vir doctissimus undecunque Varro, qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere vacasse miremur; tam multa scripsit, quam multa vix quemquam legere potuisse credamus. » Si vis audire quid de eo beatus Augustinus dicit, lege librum de Civitate Dei sextum. Is numerus, id est septenarius, septentrionem majorem minoremque facit in cælo, et vergilias, quas Græci pleiadas vocant, et stellas errantes. Ipse quoque zodiacus septenario numero non caret. Nam in septimo signo sit solstitium a bruma, in septimo-bruma a solstitio, in septimo æquinoctium ab æquinoctio. Luna quoque pene quater septenis diebus integram suam conficit cursum. Prima ergo singularis illa hebdomada, et a qua cæteræ formam capessunt, septem dies tantum habuit. Ubi notandum, quod non ideo senarius numerus est perfectus, quia Dominus in eo mundi opera perfecit, sed, sicut Augustinus ait, scilicet in lib. de Civitate Dei undecimo, in eo scilicet et numero, id est, senario. Quia numerus ille est perfectus, id est, senarius. Par numerus est, qui dividi æquis partibus potest, ut duo, quatuor, octo. Impar vero numerus est, qui dividi æquis partibus nequit, uno medio vel deficiente, vel superante, ut tria, quinque, septem, novem. Perfectus autem numerus est, qui suis partibus adimpletur, ut senarius, qui non in liget adjunctione alterius ad perfectionem, sed divisus non plus habet, quam perfectus, nec minus. Sic et viginti octo faciunt infra

merus est ille perfectus, ut etiam per hunc opera sua probaret esse perfecta, qui suis partibus primus impletur, id est, ¹ sexta et tertia, dimidia, quæ sunt unum, duo et tria, et simul sex fiunt. Ad hujus exemplum divinæ hebdomadis secunda hominibus observantia mandatur, dicente Domino: *Sex diebus operaberis, facies omnia opera tua, septimo autem die sabbati Domini Dei tui non facies omne opus servile in eo. Sex enim diebus fecit Deus cælum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, et requievit in die septimo.* Quæ populo Dei hebdomada ita computabatur antiquitus: prima Sabbati, vel una Sabbati sive Sabbathorum; secunda Sabbati, tertia Sabbati, quarta Sabbati, quinta Sabbati, sexta Sabbati, septima Sabbati, vel Sabbathum. Non quod omnes Sabbathorum, hoc est, requietionum dies esse potuerint, sed quod a requietionum die, quæ suo nomine et cultu singularis excellebat, prima, vel secunda, vel tertia, vel cæteræ suo quæque censerentur ex ordine. Verum gentiles cum observationem a populo Israel

A hebdomadis ² addiscerent, mox hanc in laudem suorum deflexere deorum. Primam videlicet diem Soli, secundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Jovi, sextam Veneri, septimam Saturno ³ dicentes; eisdem utique monstris suos dies, quibus et errantia sidera consecrantes, tametsi diverso ordine putantes. Existimabant enim se habere a Sole spiritum, a Luna corpus, a Marte fervorem, a Mercurio sapientiam et verbum, a Jove temperantiam, a Venere voluptatem, a Saturno tarditatem: credo quia sol in medio planetarum positus totum mundum spiritus instar calefacere et quasi vivificare videtur, Ecclesiaste attestante, qui, de ipso loquens, ait: *Gyrans gyriendo vadit spiritus, et in circulos suos revertitur.* Luna per humoris ministerium cunctis incrementum corporibus suggerit. Martis stella, utpote soli proxima, calore simul et natura est fervens. Mercurius perpetuo circa solem discurrendo, quasi inexhausta sapientiæ luce radiari putabatur. Jupiter frigore Saturni et ardore Martis, hinc inde

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, C, *sexta, tertia et.*

² B, C, *ediscerent.*

³ B, C, *dicantes.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

centenarium; sic intra millenarium CDXCVI; intra ex, VIII, CXXVIII *Ut etiam per hunc, scilicet, senarium. Qui scilicet senarius, suis, scilicet, in partibus primus impletur.* Ideo primus, quia sunt etiam alii perfecti, qui similiter implentur suis partibus. *Sexti* scilicet parte, id est, *unum*; *tertia* scilicet parte, id est, *duo*; et *dimidia* scilicet parte, id est, *tria*. *Ad hujus exemplum divinæ hebdomadis, secunda scilicet hebdomada, hominibus observanda mandatur.* Secunda hebdomada, quæ a prima formam accepit, septem similiter dies deinceps habuit. *Verum gentiles cum observationem a populo Israel hebdomadis ediscerent, mox hanc in laudem suorum deflexere deorum.* Pagani ex pagis Atheniensium dicti, ubi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus et pagis gentiles lucos idolaque statuerunt, et a tali initio vocabulum pagani sortiti sunt. Gentiles sunt, qui sine lege sunt, et nondum crediderunt. Dicti autem gentiles, quia ita sunt, ut fuerunt geniti, id est, sicut in carne descenderunt, sub peccato scilicet idolis servientes, et necdum regegerati, proinde gentiles primitus nuncupabantur. Ipsi dicuntur Græce ethnici. Ethnici enim ex Græco in Latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim Græce gens dicitur. *Eisdem utique monstris suos dies quibus et errantia sidera consecrantes.*

Inter cælum terramque septem sidera pendent, certis discretis spatiis, quæ vocantur errantia, contrarium mundo agentia cursum, id est, lævum, illo semper in dextra præcipiti. Et quamvis assiduæ conversione immensæ celeritatis ut ostentantur ab eo, rapianturque in occasus, adverso tamen iræ motu per suos quæque, id est, incessus, passus, advertuntur, nunc inferius, nunc superius, propter oblita em signiferi vagantia. Radiis autem solis præpedita, anomala, vel retrograda, vel stationaria, fiunt. Inter cælum, in est, firmamentum. Terramque; id est, in æthere septem sidera. De planetis dicit pendent, scilicet, quia non cohærent. Pendent dicit, quia non sunt fixa in firmamento, sicut cætera sidera. Sol et luna, et quinque planetæ non sunt in firmamento positæ, sed in æthere pendent, quia ergo vicinæ sunt firmamento, in eo in firmamento positæ dicuntur. Discreta, distincta. Distantia inter se, et divisa certis spatiis. Contrarium cursum, id est, lævum, id est, sinistrum agentia, quia contra mundum pergunt. Cælum in dextrum ab Oriente in Occidentem deflectitur, planetæ e regione ab Occidente in

Orientem in lævum volvuntur. Quamvis agilitas cælestis spheræ tanta sit, ut cursum planetarum præpediat, illasque impetu suo rapiat, atque ideo videntur nobis currere ad Occidentem, cum tamen semper ferantur ad Orientem. Nam cursum suum nunquam amittunt, licet ad cursum spheræ cælestis vi eantur ferri. Iste locus varie intelligitur. Primum enim sic: *Cum enim homo convertit faciem ad solis occasum, sinistra pars illius de Australi parte erit, contra quam partem omnes planetæ currunt ab occasu ad ortum. Vel etiam terra, quæ vocatur mundus, scilicet homo supinus, cujus caput ad Orientem est, pedes vero ad occasum, contra cujus sinistram manum omnes planetæ currunt. Vel etiam omne, quod est contrarium lævum dicitur; quia ergo contra mundum currunt, ideo dicuntur currere in lævum. Illo, scilicet, mundo, qui se nuper in dexteram partem volvitur. Præcipiti, id est, volubili. Assidua, id est, continua, quia mundus in unaquaque die circa terras advolvitur cum sua nocte viginti quatuor horis. Item: sol et luna cæteraque planetarum stellæ non sunt fixa in cælo, ut cætera sidera; sed in aere feruntur, quæ Græce planetæ, Latine autem sidera errantia nuncupantur; non quod ipsa errent, quæ cursus suos secundum divini imperii dispensationem peragunt, sed nos errare in sui motus investigatione faciant, cum interdum in Austrum, interdum Septentrionem: plerumque, ut quidam dicunt, contra mundum, nonnunquam cum mundo feruntur. Item: Sidera errantia, quæ sunt septem, non semper in eodem loco, ubi pridie fuerant, tum, faciunt vel occasum; sed modo ad infima zônæ brumalis descendunt, modo ad alta zônæ sostitialis ascendunt, modo mediam zônæ æquinoctialis lineam repetunt. Sic nimirum, sic sunt hæretici, qui lucem veritatis promittentes, nunquam in eodem statu docendi perdurant; sed modo sic, modo sic, doctrinam informant, ipsi utique quam sit contemnenda lucis ostentatio quam pollicentur insinuant. Credo quia sol in medio planetarum positus, totum mundum spiritus instar calefacere, et quasi vivificare videtur, quarto circulo solis cursus est collocatus; qui proinde, quia omnibus lucidior est, medius est constitutus, ut tam supernis quam inferioribus lucem præstet. Luna autem ideo proxima terris est posita, ut nocte nobis lucem facilius exhibeat. *Ecclesiaste**

temperatur. Venus, luminis venustate, quam ex solis vicinitate percipit, suo cernentes allicit aspectu. Saturnus eo tardior cæteris planetis, quo et superior incedit. Nam XXX annis signiferum complet, inde Jupiter XII annis, tertius Mars II annis, quartus sol CCCLXV diebus, et quadrante, infra solem Venus, quæ et Lucifer et Vesper, CCCXLVIII diebus, a sole nunquam absistens partibus XLVI longius. Proximum illi Mercurii sidus IX diebus, ocyore ambitu modo ante solis exortus, modo post occasus splendens, nunquam ab eo XXII partibus remotior. Novissima luna XXVII diebus et VIII horis signiferum conficiens. Hæc igitur erat stultitia gentiliū, falsa rationatione subnixæ, qui quasi jure primam diem soli, quia maximum est luminare, secundam lunæ, quia

secundum luminare est, se consecrere putabant; dein ordinata alternatione tertiæ diei primam a sole stellam, quartæ primam a luna, quintæ secundam a sole, sextæ secundam a luna, septimæ tertiam a sole præponebant. Ferias vero habere clerum primus papa Sylvester edocuit, cui Deo soli vacanti nunquam militiam vel negociationem liceat exercere mundanam, dicente Psalmographo: *Vacate et videte, quoniam ego sum Deus.* Itemque Apostolo: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Et primum quidem diem, qua et lux in principio facta, et Christi est resurrectio celebrata, dominicum nuncupavit; quod illi nomen jam primis Ecclesiæ temporibus fuisse inditum testatur Joannes, qui dicit in Apocalypsi: *Fui in spiritu in die Dominico.* Deinde secun-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

attestante, qui de ipso loquens ait: Ecclesiastes autem appellatur, qui cætum, id est, Ecclesiam congregat. Cohelet Hebraice, Ecclesiastes Græce, concionator Latine. Dictus autem concionator, eo quod concionetur ad populum, id est, loquatur, et sermo ejus non specialiter ad unum, sed ad universos generaliter dirigatur, dicens omnia quæ in mundo cernimus caduca et brevia esse, et ob hoc minime appetenda. *Gyrans gyrando vadit spiritus, et in circulos suos revertitur.* Hujus versiculi glossam in ante capitulo 26, pleniter invenies. *Martis stella*, ut puta soli proxima, calore simul et natura fervens. Mars, ares Græce appellatur; ares autem virtus interpretatur. Mars quasi magna virtus vocatur. *Mercurius*, quasi mercatorum *κύριος*, id est, dominus. Inter mercatores enim sermo abundat, ideo medius dicitur inter deos et homines, sermo enim inter deos et homines fit. Credebant enim eum aliquando esse in cælo, aliquando in terris. *Venus* pulchritudine sui aspectus provocat homines ad intuendum, quæ sola planetarum præter solem et lunam umbram facere dicitur. Venus dicitur vespere et lucifer. *Saturnus* est a *saturando* dictus: quidam homo erat, ut dicunt, in Italia; qui cum divitiis suis homines fame pereuntes saturaret, Saturnus appellatus est, et in divinum raptus honorem. *Jupiter* ergo quasi zetos pater, id est, pater fulminum dicitur. Hæc enim stella a circulo Saturni accipiens aquam, a Martis stella, quæ infra illum est, haurit ignem. Cum autem prægnans igne et aqua, efficitur instar humidi ligni, flamma decocti spargit fulmina in modum vagisideris apparentia. Septem planetæ ita sunt in ordine, Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

Ferias vero habere clerum primus papa Sylvester edocuit. Sic legitur in Levitico, cap. xxiii, dicentem Dominum ad Moysen: *«Hæ sunt feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense septimo, decima quarta die mensis ad vesperem phasæ Domini est; et decima quinta die mensis hujus, solemnitas azymorum Domini est, septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celebrissimus sanctusque, etc.»*

Sabbatum ex veteri Scriptura retinuit, nihil veritus grammaticorum ferulas, qui sicut Kalendas, Nonas et Idus, ita etiam ferias plurali tantum numero proferendus esse decernunt. Ferula gestamen erat grammaticorum, ut ipso etiam gestamine monerent discipulos ferventes et ardentis esse debere ad discendum, quia ferula igneæ naturæ est, percussus enim ea aliquis potius calorem quam dolorem sentit.

Tertia species hebdomadis in celebratione Pentecostes agitur. Hic septem dies pro uno die ponuntur quia septies septem quadraginta novem, addita monade, fiunt L.

Cum complerentur dies Pentecostes. Male quidam Codices habent Pentecoste; nam Pentecoste nominativo casu quinquagesima dicitur; Pentecostes ge-

nitivo, quinquagesimæ; Pentecosten accusativo, quinquagesimam. Nulla autem ratio sinit loquendi ut dicamus: *Cum complerentur dies quinquagesimam, sed, Cum complerentur dies quinquagesimæ; vel certe, sicut in Græco legitur, numeri singularis: Et cum compleretur dies quinquagesimæ.* At vero in precibus ejusdem diei dicendum: *Et diem sacratissimam Pentecosten celebrantes, id est quinquagesimam.* A cujus verbi consuetudine putatur hujus diei solemnitas a quibusdam qui Græcam linguam nesciunt, etiam nominativo casu pentecosten appellari debere. Verum notandum, juxta historiam, quod apud antiquos pentecosten, id est quinquagesimæ, quo lex data erat, ab occisione agni computabatur. Hic autem non a Domini passione, sed, sicut beatus Augustinus exponit, ab ejus resurrectione dies quinquagesimæ, quo Spiritus sanctus est missus, computatur; qui, redeunte signi veteris exemplo, ipse sibi manifestissime die Domini cum suo consecravit adventu, quo etiam temporis articulo verum pascha die Dominico monstravit esse celebrandum. Nam sicut hic, sic et illic in ignis visione Deus apparuit, dicente in Exodo: *«Totus autem mons Sinai fumigabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne.»* Hic ignis et sonus, sic et in monte utrumque erat et ignis et sonitus; sic illic fumus, hic leguntur linguæ divisæ velut ignis. Nam in ipsa datione legis et gratiæ apparet evidentissima Veteris et Novi Testamenti distantia. Ibi plebs longe stabat territa, hic fideles lætabantur Spiritus sancti gratia accepta; illic timor, hic amor; ibi a monte terruit, hic domum intravit; ibi legem digito in lapide scripsit, hic Spiritu sancto suam gratiam in corde signavit. Lege in ante illam glossam, cujus initium est: *Initium sane et causa festivitatis; quæ etiam sic finitur: ob reverentiam resurrectionis dominicæ tradiderunt.* *Quarta septimi mensis hebdomada.* Quarta septimi mensis hebdomada erat, id est, Septemb., qui septimus est a Martio. Hic ponitur mensis pro una die. Septimus mensis pro septenario sui ordinis numero; hebdomada appellatur. Vel certe idem septem menses hebdomada appellantur, pro septenarii numeri ratione, quæ per septem dies primam fecit hebdomadam. Sciendum namque secundum Augustinum, pontificem omni die per annum intrasse sancta sanctorum, sed non obtulisse sacrificium sanguinis, nisi tantum hac una designata die. Qua etiam ex causa memoratur semel in anno introisse, semel videlicet offerendo sacrificium sanguinis, qua sola per annum pontifex, derelicto foris populo, intrabat in sancta sanctorum. Una etenim tantummodo per annum solemnitas erat, in qua, pontifice sancta sanctorum intrante, nullum prorsus hominum intra fores templi remanere liceret, sed omnes tempore oblationis juberentur orare. Hæc autem erat statuta solemnitas paschæ, septimo mense, decimo die men-

dam feriam, tertiam feriam, quartam, quintam, et sextam de suo adnectens, Sabbatum ex vetere Scriptura retinuit, nihil veritus grammaticorum regulas, qui sicut Calendas, Nonas, et Idus, ita etiam ferias plurali tantum numero proferendas esse decernunt. Tertia species hebdomadis in celebratione Pentecostes agitur, VII videlicet septimanis dierum et monade, hoc est, L diebus impletā. Qua die et Moyses ardentem conscendens in montem, legem de cœlo accepit, et Christus in linguis igneis spiritus sancti gratiam de cœlo misit. Quarta septimi mensis erat hebdomada, qui solemnitatibus præclaris pene totus expendebatur. Inter quas ¹ præcipue dies propitiationis eminebat, qua sola per annum pontifex, derelicto foris populo, sancta sanctorum intrabat, annuis antea fructibus, hoc est, frumenti, vini, et olei, ex ordine collectis: significans Jesum Pontifi-

cem magnum, impleta dispensatione carnis, per proprium sanguinem cœlestis regni januas ingressurum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis, qui foris adhuc positi, præstolamur et diligimus aduentum ejus. Ubi notandum quia sicut quidam immundi per legem prima, tertia, et septima die jubebantur lustrari, sic et primus, tertius ac septimus mensis suis quique ceremoniis exstiterē solemnēs. Quinta hebdomada septimi anni, quo toto populus ab agricolandi opere legis imperio vacabat, dicente Domino: *Sex annis seres agrum tuum, septimo cessabis*. Sexta, anni jubilæi, hoc est, remissionis hebdomada est, quæ septem hebdomadibus annorum, hoc est, XLIX annis, textitur; qua expleta, hoc est, quinquagesimo demum anno incipiente, tubæ clarius resonabant, et ad omnes, juxta legem, possessio revertebatur antiqua.

VARIANTES LECTIONES.

¹ Add. *solemnitates C.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

sis, quæ dies propitiationis sive expiationis vocabatur, quia videlicet, oblatis in altare holocausti victimis, sanguis in sancta sanctorum ad expiandum inferebatur. *Quinta hebdomada septimi anni, quo totus populus ab agricolandi opere legis imperio vacabat.* Hic ponitur annus pro una die, quia isti septem anni pro septenario tantum numero hebdomadis nomine censentur. *Sexta anni jubilæi, hoc est, remissionis hebdomada est, quæ septem hebdomadibus annorum, hoc est, quadraginta novem annis textitur.* Hic ponuntur septem anni pro una die. Anni jubilæi, id est, quinquagesimi, hoc est, remissionis. *Quæ septem hebdomadibus annorum textitur, id est, conficitur.* Namque septem anni septies multiplicati quadraginta novem explicant. Istā sexta hebdomada efficitur, ex hebdomada quintæ speciei septies computata, et ideo dicitur ex septem hebdomadibus annorum. In quinta enim hebdomada continentur septem anni; in ista sunt septem septies, id est, quadraginta novem. Superius enim, hoc est in quinta, annus pro una die ponitur, hic septem anni pro una die ponuntur, et in quantum ad septem hebdomades, annus pro una die ponitur; in quantum vero ad unam hebdomadam, septem anni pro una die ponuntur. *Qua, scilicet sexta specie hebdomadis expleta, tubæ clarius, scilicet quam in aliis solemnitatibus resonabant.* Eo enim tempore veniebant omnes in civitatem, et resonant tubæ, et servi emptiti et ancillæ dimittabantur liberi, et agri et vineæ revertebantur ad pristinum possessorem gratis. Lege in Levitico, c. xxv, ubi scriptum est: « Sex annis seres agrum tuum, ibique de quinta et sexta hebdomada, et de tubis ita scriptum invenies: Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septem septies, quæ simul faciant quadraginta novem; et clanges buccina mense septimo decima die mensis, propitiationis tempore in universa terra vestra, sanctificabisque annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim jubilæus. » Has igitur tubas, Domino jubente, personabant sacerdotes, quando coram Josue muri Jericho funditus cori uerunt. Quod mystice in hac Ecclesia completur, in qua per septem dies, hoc est, per omne tempus hujus vitæ prædicatoribus tubam doctrinæ insonantibus, omnis fortitudo infidelium ruit.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — Hactenus Beda tractavit partes temporis quas facit conversio mundi, id est, naturales; deinceps prosequitur tempora quæ sumuntur ex mystico exemplo divinæ operationis, quæ supra dixit esse constitutā ex auctoritate Dei. Est autem hebdoma seu hebdomada Græca vox, significans septimanam, quam accipimus pro septem die-

bus, quæ temporis rationeque ex mundi ambitu, neque ex stellarum cursu deprehenditur, sed divina præceptione introducta est ut videlicet per sex dies homines operarentur profana, septimum autem vacatione rerum externarum Deo facerent sacrum. Veluti cum ipse sex diebus mundum creasset, septimo quiescit. Hujus hebdomadæ prima est Sabbatum, reliqui sex ex ordine ab antegresso Sabbato denominantur, ut prima Sabbati, secunda Sabbati, et sic deinceps; ut nos, dies Lunæ, Martis, Mercurii, etc., quod gentilitium est. Ecclesia feriarum nomine reliquos dies appellat, quam consuetudinem Sylvester Romanus pontifex introduxit primum.

Sed sicut Augustinus ait: *Dominus quæ omnia simul*, etc. De perfectione numeri senarii et septenarii ex professo agunt Arithmetici, ut Boetius, libro primo Arithmetices; Georgius Valla, lib. 2, capp. 16, 17. Vide Macrobinum, super Somnium Scipionis, lib. 1, capp. 5, 6. Porro de septenarii encomio multa scripta sunt a Christianis et gentilibus; a Pythagora tum virgo, tum Minerva, tum Ametor appellatur, quod eorum, qui intra denarium sunt nullum gignat, nec a quoquam gignatur. Nam quatuor a binario gignitur; cum quo octonarium parit; sex autem a dyade pariter gignitur, et gignit tria, ternarius vicissim sex et novem, quaternarius pariter decem; septem vero sola unilate gignitur, neque ullum alium parit, quando bis vii efficiunt plura quam intra denarium continentur: hujus subtilitatis plurimis argumentis præponunt septenarium. Vide etiam A. Gellium, lib. iu, cap. 10.

Primam videlicet diem soli. Gentiles septimanæ diebus imposuerunt nomina planetarum cujus rei etiam vestigium servat lingua Germanica; nam diem Dominicum a sole, Sonntag; sequentem a luna, Montag; tertii et quarti diei nomina Germanica, quid sibi velint, nondum Aveni; quartus a tonitruis, Donnerstag, intelligitur Jovis esse; sequentis nomen a Venere corruptum est, sic tamen ut origo remanserit. Postremus est Samstag. Vulgo creditum est primam diem horam, quæ est ab exortu solis, esse sub dominio ejus planetæ unde dies nomen habet; secundam sub eo, qui sequitur terram, versus a cœlo, et sic deinceps eo ordine quo constituti sunt in cœlo, qua serie exacta, ad Saturnum redem̄it (*), ut, prima hora diem Dominici est solis, secunda Veneris, tertia Mercurii, quarta Lunæ, quinta Saturni, sexta, quæ est in meridie, Jovis. Sed hoc ratione caret, neque a veteribus astrologis traditum invenio. Cur autem planetarum in dierum assignatione non sit servatus ordo, pulchrè Beda reddat rationem physicam, sumptam ex qualitate et visiderum; quia de re

(*) Locus mendosus. Edit.

CAPUT IX.

De hebdomadibus LXX prophetis.

Septima species hebdomadis est, qua propheta Daniel utitur, more quidem legis septenis annis singulas complectens hebdomadas, sed nova ratione ipsos annos abbrevians, duodenis videlicet mensibus lunæ singulos determinans; embolismos vero menses, qui de annuis XI epactarum diebus ad crescere solent, non lege patria tertio vel altero anno singulos adjiciens, sed ubi ad duodecimum numerum augescendo pervenirent, pro integro anno pariter inserens. Hoc autem fecit non veritatis cognitionem quaerentibus invidendo, sed prophetiae more ipsum quaerentium exercendo ingenium, malens utique suas margaritas a filiis clausas fructuoso sudore investigari, quam profusas a porcis fastidiosa despectione calcari. Verum ut haec apertius elucescant, ipsa jam angeli ad prophetam dicta videamus: *Septuaginta*, inquit, *hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevari-*

catio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungetur sanctus sanctorum. Nulli dubium quin haec verba Christi incarnationem designent, qui tulit peccata mundi, legem et prophetas implevit, unctus est oleo laetitiae prae participibus suis, et quod hebdomades LXX per septenos annos distinctae CCC et XC annos insinuent. Sed notandum quod easdem hebdomadas non simpliciter adnotatas sive computatas, sed abbreviatas asserit, occulte videlicet lectorem commoneans ut breviores solito annos noverit indicatos. *Scito ergo, inquit, et animadvertite ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Hierusalem, usque ad Christum ducem hebdomades VII, et hebdomades LXII erunt, et rursus aedificabitur platea et muri in angustia temporis.* Esdra narrante, didicimus quod Neemias cum esset pincerna regis Artaxerxis, XX anno regni ejus, mense Nisam, impetravit ab eo restaurari muros Hierusalem, templo multo ante Cyro permittente constructo; ipsum quoque opus, ut di-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

vide plurā apud Pontanum, in commentariis super cōsententias Ptolemæi, et lib. iv de Rebus cœlestibus.

Quæ Lucifer et vesper. Quando solem matutino ortu præcedit, Lucifer dicitur, colore candenti; quando sequitur, colore quidem resurgenti, vocatur Hesperus; unde Græci Hespera vocant loca ad occidentem posita, ab occasu enim semper apparet Hesperus noctis initio, quam partem istinc Latini vocant vesperam. Desumpsit autem hæc Beda ex ii lib. Plinii, cap. 8.

Nunquam ab eo viginti duabus partibus remotior. Apud Plinium legitur viginti tribus, cum quo consentiunt magis quæ tradunt recentiores; quare negligentia describendi commissum vitium esse arbitrator, aut Bedam memoria lapsam.

CAPUT IX.

BRID. RAM. GLOSSÆ. — *Septima species hebdomadis est, qua propheta Daniel utitur.* De septuaginta hebdomadibus abbreviatis super populum Dei, ut consummetur praevaricatio totius mundi in passione Christi, cum tulerit peccatum mundi, et justitiam adduxerit Evangelii, varia Patrum est expositio. Namque propheta Daniel tales conscripsit hebdomadas. Qua scilicet specie, *more legis* ideo dicit, quia similiter complectuntur in ista singula hebdomada septem annis, sicuti in sexta specie faciunt. Legaliter, id est, per legem. *Annis septenis singulas*, scilicet ex illis septuaginta complectens, id est, colligens. *Terminans*, scilicet illas species. *Sed nova ratione*, scilicet quia antea non fuerat hoc factum, nisi a Daniele. *Abbrevians*, scilicet septuaginta annos hebdomadarum, tollendo embolismos. *Ipsos annos abbrevians.* Notandum est in hoc tenore hebdomadis, quod quamvis a Daniele spiritu prophetiae illuminato computentur, quod communes, id est, lunares anni essent ab exitu sermonis regis Artaxerxis, usque ad Christi passionem, non sic tamen ab hominibus computabantur, sed juxta seriem temporum consueto more, communium et embolismorum annorum computati sunt. Aliter enim a Propheta numerati sunt, aliter secundum seriem temporum exacti sunt. Propheta ergo Daniel nullum ibi posuit embolismum, sed omnes communes, scilicet quamquam Hebræi nostro more computent, interponentes embolismos, sicut et nos. Non ad hoc abbreviavit illos annos, ut tolleret inde embolismos; ubi enim embolismi menses ad duodecimum numerum convenirent, ait, et conveniebat ibi cursus solis et lunæ. *Pro integro anno pariter inserens*, scilicet illos menses

embolismos; sed in hoc illos abbreviavit, quia omnibus illis duodecim menses tantum dedit. Minores enim annos nostris, qui tredecim menses in tertio vel secundo anno habent, intulit et plures. Ergo post triginta tres annos, ubi embolismi menses ad duodecimum numerum conveniunt, designavit de illis duodecim embolismis integrum annum computare, et sic in antea usque ad finem septuaginta hebdomadarum, id est, usque ad quadringentos nonaginta annos. Unde quia non computantur in hac computatione anni tredecim mensium, sed duodecim tantum, fit ut plures anni intelligantur nostris annis et minores. Et si aliquis secundum istam supputationem annos computaret, nulla ætas tanta intelligi potuisset, et non pauciores est computata. *Hoc autem fecit*, scilicet Daniel, *prophetiae more*, scilicet quæ obscure loqui consuevit. *Ipsum ingenium*, id est, ut exerceret suum ingenium, qui hoc quaereret, occulte videlicet lectorem commoneans, ut breviores solito annos noverit indicatos. Non enim Daniel Propheta in hac supputatione, sicut jam supra diximus, annos posuit embolismos, sed communes. Nam si solito more annos computaret, embolismos videlicet communibus inserens, quindecim anni minus a cxxx invenirentur.

Scito ergo, inquit, et animadvertite ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt; et rursus aedificabitur platea et muri in angustia temporis. *Scito ergo et animadvertite*, scilicet hoc quod dico tibi, quia ab exitu sermonis Artaxerxis regis, quando dedit licentiam reaedificandi muros Jerusalem. Sive ab exitu sermonis, id est, ex quo exiit sermo responsionis regis Artaxerxis, *ut aedificetur Jerusalem*, quod fuit anno vigesimo regni ejus petente Nehemia, qui fuit ipsius pincerna. *Usque ad Christum ducem*, id est, Filium Dei, scilicet, erunt hebdomades septem, id est, septem anni, qui habent annos quadraginta novem. *Et rursus aedificabitur platea.* Scilicet et ita fuit, id est, reaedificatio infra illas septuaginta hebdomades. *In angustia temporis*, in spatio quinquaginta duorum dierum. A primo anno Cyri usque ad sextum annum Darii anni sunt quadraginta novem, id est, hebdomades septem, in quibus totum opus templi consummatum est. Non tamen de istis hebdomadibus dicit hic. Denique et Judæi in Evangelio ex hac opinione loquuntur ad Dominum: *Quadraginta et sex annis aedificatum est templum hoc, et tu tribus diebus excitabis illud? Quod*

ctum est, in angustia temporis perfecerit, adeo scilicet a finitimis gentibus impugnatus, ut structores singuli gladio renes accincti una manu pugnasse, altera murum recuperasse narrentur. Ab hoc ergo tempore usque ad Christum ducem hebdomadas LXX computa, hoc est, annos duodenorum mensium lunarium CCCXC, qui sunt anni solares CCCCLXXV. Siquidem Persæ a præfato XX anno regis Artaxerxis, usque ad mortem Darii regnaverunt annis CXVI. Exhinc Macedones usque ad interitum Cleopatæ annis CCC. Inde Romani usque ad XVII Tiberii Cæsaris annum monarchiam tenuerunt annis LIX, qui sunt simul, ut diximus, anni CCCCLXXV. Et continentur circulis decennovenalibus XXV, decies novies enim viceni et quini fiunt CCCCLXXV. Et quia singulis circulis embolismi septem ad crescunt, multiplica XXV per VII, fiunt CLXXV, qui sunt embolismi menses CCCCLXXV annorum. Si ergo vis scire quot annos lunares facere possint, partire CLXXV per XII, duodecies deni et quaterni CLXVIII, XIV ergo annos faciunt, et remanent menses VII; hos junge ad supra scriptos CCCCLXXV, fiunt simul CCCCLXXXIX; adde et menses superfluos VII partemque XVIII anni imperii Tiberii, quo Dominus passus est, et invenies a tempore præfinito ad ejus

usque passionem LXX hebdomadas abbreviatis, hoc est annos lunares CCCXC. Ad ejus vero baptismum, quando unctus est sanctus sanctorum, descendente super eum Spiritu sancto sicut columba, non solum hebdomades VII et LXII fuisse completas, sed et partem jam septuagesimæ hebdomadis inchoatam. *Et post hebdomadas, inquit, LXII occidetur Christus, et non erit ejus populus qui eum negaturus est.* Non statim post sexaginta duas hebdomadas, sed in fine septuagesimæ hebdomadis occisus est Christus, quam ideo, quantum conjicere possumus, segregavit a cæteris, quia de hac erat plura relaturus. Nam et Christus in illa crucifixus, et a populo perfido non modo in passione, verum continuo, ex quo a Joanne prædicari cœpit, negatus est. Quod autem sequitur: *Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio,* non ad septuaginta hebdomadas pertinet; prædictum enim fuerat quod ipsæ hebdomades ad Christi usque ducatum pertingerent, sed Scriptura, prædicto adventu et passionis ipsius, quid etiam post hanc populo qui eum recipere nollet, esset eventurum ostendit. Ducem enim venturum Titum dicit, qui quadragesimo anno dominicæ passionis ita cum populo Romano et civitatem et sanctuarium dis-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

aiunt, templum quadraginta sex annis ædificatum est, non primam, sed secundam illius ædificationem significant, quando filii transmigrationis sub principibus Zorobabel et Jesu filio Nave, opus quod faciebant propter impugnationem gentium vicinarum, ante quadraginta sex annos implere nequiverunt. Tot enim sunt anni a primo anno Cyri regis, qui libertatem dedit volentibus Judæis reverti in patriam, usque ad sextum annum Darii regis, sub quo templi opus omne completum est. Anno autem secundo adventus sui, mense secundo, templi fundamenta jecerunt, anno incensionis ejus juxta Africanum septuagesimo secundo, sed impediti a Samaritanis et aliis in circuitu nationibus, intermissum est opus usque ad annum Darii secundum. Porro Josephus et alios tres annos addit, in quibus peribolus templi et quædam alia, quæ remanserant, perfecta sunt; qui additi quadraginta sex annis, faciunt quadraginta novem annos. Africanus denique Chronicus non a prima indulgentia Cyri, quia amplius quam septuaginta hebdomadæ sunt, et multo plus, sed ex qua die locutus est angelus ad Daniel, has hebdomadas comprehendit, in quo non est sequendus. Debemus ergo credere magis has hebdomadas septuaginta contineri ab exitu sermonis Artaxerxis regis, quam ex quo locutus est angelus ad Daniel. Eusebius vero a sexto anno Darii, qui post Cyrum et Cambysen filium ejus regnavit in Persis, quando templi opera consummata sunt, usque ad Herodem et Cæsarem Augustum, id est, primum annum regni ejus, et Cæsaris Augusti decimum, numerat septem et sexaginta duo hebdomadas, quæ faciunt annos CDLXXXIII, quando Christus, hoc est, Hircanus pontifex novissimus de genere Machabæorum ab Herodæ jugulatus est, et cessavit juxta legem Dei pontificum successio. Non ergo ad istum Christum anni completi creduntur, licet hoc Eusebius dicat, sed ad Christum redemptorem mundi hebdomades septem et sexaginta duo erunt. Hebdomades septem quadraginta novem anni; hebdomades LXII, CDLXXXIII. Junge ergo quadraginta novem, et CDLXXXIII ad novissimam hebdomadam, quæ similiter ut cæteræ septem continet annos, fiunt anni CDXC lunares, Eusebius Pamphilus dicit. Nec nos moveat

quod primum numerantur septem hebdomades, et postea sexaginta duo, et rursus unaquæque in duas partes dividitur. Est enim hoc idioma, id est, proprietas sermonis Hebraici, et antiquorum sermonis Latini, ut ante minorem numerum supputent, et postea majorem. Verbi gratia, nos juxta proprietatem linguæ nostræ nunc dicimus: Abraham vixit annos centum septuaginta quinque, illi e contrario loquuntur: Vixit Abraham annis quinque et septuaginta et centum. Non igitur ut legitur, ita impletur, sed ut totum pariter supputatur, ita finem accipit. Lege expositionem visionis decimæ, et audi quid in ea beatus Hieronymus de isto numero dicit. Adde et menses superfluos septem partemque octavi decimi anni imperii Tiberii, quo Dominus passus est. Notandum in hoc loco, quod si terminus hujus hebdomadis propheticæ a mense Nisan, id est, a luna paschali, in quo sermo regis exivit, ut iterum ædificaretur Jerusalem, usque in illum Nisan, in cujus decima quinta luna passus est Christus, et inter hos duos terminos non inveniuntur amplius quam CDLXXXIV anni, et menses septem; ideoque desunt quinque menses ut impleatur ultimus annus, unde hi quinque menses adjiciuntur. Si ex parte decimi septimi anni, ergo non in numero hebdomadarum continentur, quia post Christi passionem sunt, nisi forte ita putandi sunt anni hujus hebdomadis, ut incipiant numerari a Kalendis Januariis, quæ præcesserant Nisan exitu sermonis, et finem habeant Kalendis Januariis ante Nisan Dominicæ passionis, ut sit illa pars, quam adjici jubet, de decimo septimo anno Tiberii ab ipsis Kalendis Januariis, in quibus finitus est numerus annorum, usque ad ipsam dominicam passionem. Sed si ita est, in ejusdem quæstionis revolvimur difficultatem. Nihil enim interest utrum ante annum post hebdomadas, quinque menses adjiciantur, quia in visceribus eorum non invenitur. Sunt autem quidam qui volunt hanc quæstionem ita solvi, ut suppleantur quinque menses, ex bissextilibus omnium annorum quadrantibus, et embolismis mensibus. Si enim colliges embolismos omnium annorum menses, et si omnes diviseris in æquas partes, ut altera pars eorum triginta habeat dies, altera vero, undetriginta, rema-

sipavit, ut non remaneret lapis super lapidem. Verum iis per anticipationem præhibitis, mox ad exponendum hebdomadæ, quam omiserat, rediit eventum. Confirmavit autem pactum multis hebdomas una. Hoc est in ipsa novissima, in qua vel Joannes Baptista, vel Dominus et apostoli prædicando multos ad fidem converterunt. *Et dimidio hebdomadis deficiet hostia, et sacrificium.* Dimidium hebdomadis hujus, decimus quintus annus Tiberii Cæsaris erat, quando, inchoato Christi baptisate, hostiarum purificatio fidelibus paulatim vilescere coepit. Item quod sequitur: *Et in templo erit abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio,* ad sequentia tempora respicit, cujus prophetiæ veritatem, et historia veterum et nostrorum hodie temporum testatur eventus. Totum ideo prophetæ testimonium ponentes, quantum facultas suppetebat, exposuimus, quia hoc et a plerisque lectoribus ignorari, et speciale genus hebdomadæ flagitare cognovimus. Falluntur enim qui putant Hebræos annis talibus usos, alioquin tota Veteris Instrumenti series vacillat, nec ullius ætas tanta quanta scripta est debet intelligi, sed ad lunæ cursum stringi. Et Græcos quidem veteres legimus CCCLIV diebus, annum ad

A lunæ cursum computantes, octavo semper anno nonaginta dies qui nascantur, si quadrans cum undecim diebus epactarum octies componatur, pariter intercalasse, in tres videlicet menses tricenarum dierum distributos. Judæos autem nunquam, sed altero vel tertio anno mensem lunæ tertiumdecimum, quem embolismum vocitamus, inserere solitos, sicut notissima quartæ decimæ lunæ paschalis aperte ratio probat. Sciendum sane quod Africanus hebdomadarum cursum, quem nos in decimum septimum vel decimum octavum Tiberii Cæsaris annum, quo Dominum passum credimus, juxta Chronicam Eusebii perduximus, ab eodem quo nos incipiens exordio, quinto decimo ejusdem imperatoris anno, quo eum passum credit, putat esse completum, ponens annos B regni Persarum CXV, Macedonum CCC, Romanorum LX. Sed diligens lector quod magis sequendum putaverit, eligat.

CAPUT X.

De hebdomada ætatum sæculi.

Octava species hebdomadis uniformis, et sola sine circuitu revolutionis exstans, ad figuram per omnia primæ hebdomadis labentibus hujus sæculi conficitur ætatibus. Prima enim die facta est lux, et prima

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

nebit tibi multum. Sunt enim embolismi menses omnium annorum centum septuaginta quinque. Dimidium enim eorum LXXXVII semis, ex quibus colligis totidem dierum numerum, id est, ex singulis mensibus singulos dies, qui fiunt octuaginta octo dies. Item vide quadringentos septuaginta quinque annos, quot habeant bissextiles dies. Quadringenti anni centum bissextiles dies habent; septuaginta quinque anni octodecim dies; qui fiunt simul CXVIII. His adde suprascriptos embolismorum dies octuaginta septem, fiunt simul CCV. Hos divide per menses, id est, per triginta dies. Sexies triginta, centum octuaginta fiunt, et remanent viginti quinque, vel etiam viginti octo. Si volueris trahere tres dies ex sex mensibus tricenorum dierum. Sex ergo menses faciunt, et viginti octo dies. Non solum autem quinque menses implere potes, sed etiam quinquaginta octo dies tibi remanent, et in visceribus hebdomadarum totum annorum numerum invenisti. Sed et hoc mihi simpliciter placeat, ut numerus prophetiæ hebdomadis non in integris annis, sed in septem mensibus finiatur. Et hoc maluit divina Providentia, ut septenario mensium numero totius spatii perfectio indicaretur, in cujus sine gratia septiformis Spiritus mundo illuxit.

Confirmavit autem pactum multis hebdomadibus, una, etc. Confirmavit autem pactum, id est, constitutionem et legem Dei. *Una hebdomada,* id est, ipsa novissima, in qua Joannes Baptista, vel Dominus et apostoli prædicando multos ad fidem converterunt. *Multis hebdomadis,* de illis sexaginta novem dicit, unde ultima remansit, sicut dixi. *Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia,* id est, sacrificia Judæorum, quasi dixisset: Antequam septuagesima hebdomada finiatur, deficiet sacrificium Judæorum, quia quando coepit Christus prædicare ac baptizare, coeperunt vilescere Judæorum sacrificia. Tribus igitur annis et sex mensibus juxta evangelistam Joannem Christus Evangelium prædicavit et confirmavit veri Dei cultum multis, haud dubium, quin apostolis et credentibus, quando post passionem Domini in dimidia rursum hebdomada defecit hostia et sacrificium. *Totum ideo prophetæ testimonium ponentes, quantum facultas suppetebat, exposuimus.* Testimonium prophetæ, scilicet quod ab angelo audivit flagitare, scilicet illos exponeremus annis talibus, id est, taliter

abbreviatis. *Alioquin,* scilicet, si Hebræi tales annos habuissent, *tota Veteris Instrumenti series vacillat. Nec ullius ætas tanta,* scilicet, *quanta in Veteri Testamento scripta est, intelligi potuisset,* dum omnis ætas secundum majores et minores annos est computata.

C *Sciendum sane, quod Africanus hebdomadarum cursum.* Africanus scriptor temporum hebdomadarum fuit. Idem quoque Africanus scribit ad Aristiden quemdam de ea quæ videtur Evangeliorum dissonantia, et cur Matthæi et Lucæ in generatione Christi feratur diversa conscriptio; ubi ostendit evidentissimam utriusque consonantiam, sicut in primo Ecclesiasticæ historiæ libro, capitulo sexto, beatus Hieronymus docet. *Chronica* Græce dicitur, quæ Latine temporum series appellatur, qualem apud Græcos Eusebius Cæsariensis episcopus edidit, et Hieronymus presbyter in Latinam linguam convertit. Chronos enim Græce, Latine tempus interpretatur.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Septima septies hebdomadis.* Prophetice Daniel prædixit tempus Dominicæ passionis per annorum hebdomadas, quas Beda luculenter ac docte hoc capite explicat. Sudarunt etiam nostra ætate quidam in ejusdem libelli expositione. Porro apud Daniele locum est motus.

CAPUT X.

BRID. RAM. GLOSSÆ. — *Octava species hebdomadis uniformis, et sola sine circuitu revolutionis exstans.* Uniformis, non varia, quia non variatur tempus in ea. *Et sola,* scilicet quia omne tempus continetur in ea. *Sine circuitu,* quia non revolvuntur tempora in ea. Uniformis dicitur, quia non habet nisi unam formam temporis. Non enim iteratur tempus in ea, sed omne tempus continet in se. *Ad figuram,* id est, ad exemplum primæ hebdomadis, scilicet in qua creatus est mundus, et omnia quæ in eo sunt.

- *Non longe post natis gigantibus, corrupta est omnis terra, donec Creator, pœnitens se hominem fecisse, mundum diluvio perdere disponderet.* Dicitur Deus pœnitens, sicut scriptum est: Pœnitent me fecisse hominem super terram. Et rursum: Pœnitent me, quod constituerim regem Saul in Israel. Quomodo est pœnitens, qui id quod semel fecerit, se fecisse nequam dolet? Pœnitere dicitur, cui id quod fecit displicet, et hæc contra mutando aliquid aliud facit.

ætate homo in paradisi amœnitate locatur. Divisa luce a tenebris factum est vesperum, et, separatis Dei filiis a semine nequam, non longe post natis gigantibus, corrupta est omnis terra, donec Creator, poenitens se hominem fecisse, mundum diluvio perdere disponeret. Secunda die firmamentum in medio libratur aquarum; secunda ætate arca in mediæ fertur aquarum, hinc fonte abyssi supportata, illinc cœli cataractis compluta; quæ habuit vesperam, quando filii Adam pedes ab Oriente moventes, qui in construenda superbix turre convenerant, linguarum divisione mulati, et ab invicem sunt dispersi. Tertia die, aquis in congregationem unam coactis, apparuit arida, sylvis herbisque decora; et tertia ætate firmatis in cultu dæmonum nationibus, Abraham patriarcha cognationem patriamque desiciens, sanctorumque semine fecundatur. Advenit et vespera quando gens Hæbrea, malis coacta prementibus, contra Dei voluntatem regem sibi petit, qui, mox ordinatus, primo Domini sacerdotes prophetasque trucidat, postmodum ipse cum tota gente gladio periit Allophylorum. Quarta die cœlum luminaribus ornatur; quarta ætate gens illa cœlesti fide incluta, regno David et Salomonis gloriosa, templi etiam sanctissimi altitudine totum nobilitatur in orbem. Sed accepit et vesperam, quando, crebrescentibus peccatis, regnum illud a Chaldæis dissipatum, templum dirutum, et tota gens est Babyloniam translata. Quinta die pisces avesque aquis eductæ; hi patris manent undis, illæ aera terramque pervolant; quinta ætate multiplicatus in Chaldæa populus Israël, pars cœlestium desideriorum pennis fulta

A Hierosolymam petunt, pars volatu destituta virtutum inter Babylonix fluentia resident. Successit et vespera, quando, imminente jam Salvatoris adventu, gens Judæa propter scelerum magnitudinem Romanis tributaria facta, insuper et alienigenis est regibus pressa. Sexta die terra suis animantibus impletur, et homo primus ad imaginem Dei creatur, moxque ex ejus latere dormientis sumpta costa femina fabricatur; sexta ætate, præconantibus prophetis, Filius Dei in carne, qui hominem ad imaginem Dei recrearet, apparuit, qui obdormiens in cruce, sanguinem et aquam de latere, unde sibi Ecclesiam consecraret, emanavit. Hujus ætatis vespera cæteris obscurior in Antichristi est persecutione ventura. Septima die, consummatis operibus suis, Deus requievit, eamque significans, B Sabbatum nuncupari præcepit, quæ vesperam habuisse non legitur. Septima ætate justorum animæ post optimos hujus vitæ labores in alia vita perpetuo requiescunt, quæ nulla unquam tristitia maculabitur, sed major insuper resurrectionis gloria cumulabitur. Hæc ætas hominibus tunc cœpit, quando primus martyr Abel, corpore quidem tumulum, spiritu autem Sabbatum perpetuæ quietis intravit. Perficietur autem, quando, receptis sancti corporibus in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis, et ipsa est octava, pro qua VI Psalmus inscribitur, credo quia in sex hujus sæculi ætatibus pro septima vel octava illius sæculi ætate est supplicandum. In qua quia justis gaudia, sed reprobi sunt supplicia percepturi, Psalmus hic ingenti pavore incipit, currit, C finitur: *Domine, ne in ira tua arguas me, etc.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Et quia ipse immutabilis, id quod voluerit mutat, poenitere dicitur, quamvis rem mutet, consilium non mutat. Lege in Moralibus sancti Gregorii librum vigesimum, in quo hæc sacra verba continentur: *Qui in construendam superbix turrim convenerunt, linguarum divisione mutati, et ab invicem sunt dispersi.* Haimo: Babylon civitas fuit Chaldæorum metropolis, et potentissima, tantæque magnitudinis, sicut Herodotus narrat, et multi alii historiographi Græcorum, ut ab angulo in angulum extenderetur per quadrum sedecim millia passuum, id est, simul sexaginta quatuor, qui faciunt leucas quadraginta duas, et quas partes unius; et est ædificata a regina quæ dicta est Semnamis, in cujus medio est arx, sive capitolium, turris quam ædificaverunt filii Adami post diluvium, antequam dividerentur per universum orbem, quæ turris dicitur tenere in altitudinem tria millia passuum, hoc est, leucas duas, paulatim de lato in angustas coarctata, ut pondus imminens facilius a lateribus sustentetur. Et quia ibi confusum est labium universæ terræ, vocatur Hebraice Babel, Græce Babylon Isidorus: Linguarum diversitas exorta est in ædificatione turris post diluvium. Nam priusquam superbia turris illius in diversos signorum sonos humanam divideret societatem, una omnium nationum lingua fuit, quæ Hebræa vocatur, qua patriarchæ et prophætæ usi sunt non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris. Initio enim, quot gentes, tot linguæ fuerunt. Deinde plures gentes quam linguæ, quia ex una lingua multæ sunt gentes exoræ. Linguæ enim dictæ in hoc loco pro verbis quæ per linguam fiunt, genere locutionis illo, quo is qui efficit per id quod efficitur nominator, sicut os dici solet pro verbis, et sicut manus pro litteris. *Septima die consummatis operibus suis Deus requievit, eamque sanctificans Sabbatum nuncupari præcepit.* Augusti-

nus, in libro xi, de Civitate Dei: Cum verò in die septimo requiescit Deus ab omnibus operibus suis, et sanctificat eum, nequaquam est accipiendum pueriliter, tanquam Deus laboraverit operando, qui dixit et facta sunt, verbo intelligibili et sempiterno, non sanabili et temporali; sed requies Dei requiem significat eorum qui requiescunt in Deo, sicut lætitia domus lætitiâ significat eorum qui lætantur in domo, etiamsi non eos domus ipsa, sed alia res aliqua lætos facit. Similiter cum læta epistola dicitur, significans eorum lætitiâ quos legentes efficit lætos. Convenientissime igitur cum Deum requievisse prophetica narrat auctoritas, significat eos qui in illo requiescunt, et quos facit ipse requiescere. Hoc etiam hominibus, quibus loquitur, et propter quos utique conscripta est, promittente prophetia, quod etiam ipsi post bona opera, quæ in eis et per eos operatur Deus, si ad illum prius in ista vita per lidem quodammodo accesserint, in illo habebunt requiem sempiternam. De septenarii porro numeri perfectione jam superius scriptum habemus.

Perficietur autem quando receptis sancti corporibus in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. In terra sua, hoc est, in terra viventium et mansuetorum. *Duplicia possidebunt*, id est, in corpore et anima, cum perceperint immortalitatem et incorruptionem in corpore, et incommutabilitatem in anima, et lætitia sempiterna erit eis.

ITEM UNDE SUPRA.— In ipso quidem principio conditionis facta sunt cœlum et terra, angeli, aer et aqua de nihilo. Die vero prima facta est lux, et ipsa de nihilo. Secundo, firmamentum in medio aquarum. Tertia, species maris et terræ, cum eis quæ terræ radicibus inhærent. Quarta, luminaria cœli de lumine primo die facta. Quinto, natantia et volatilia de aquis. Sexto, reliqua animalia de terra, et homo

CAPUT XI.

De mensibus

Menses dicti a mensura; qua quisque eorum mensuratur. Sed melius a luna, quæ Græco sermone *μήνη* vocatur; nam et apud eos menses vocantur *μήνες*. Sed et apud Hebræos, Hieronymo teste, luna, quam *jare* nominant, mensibus nomen dedit; unde et Jesus filius Syrach, qui utique Hebraice scripsit, de luna loquens, ait: *Mensis secundum nomen est ejus*. Antiqui enim menses suos non a solis, sed a lunæ cursu computare solebant; unde quoties in Scriptura sacra, sive in lege, seu ante legem, quota die mensis quid factum dictumque sit indicatur, non aliud quam lunæ ætas significatur, a qua semper Hebræi, quibus credita sunt eloquia Dei, antiquo patrum more, menses observare non cessant. Primum mensem novorum, qui Paschæ ceremoniis sacratu-
 tus est, Nisan appellantes, qui propter multi-
 gum lunæ discursum, nunc in Martium mensem, nunc incidit in Aprilem, nunc aliquot dies Maii mensis occupat. Sed rectius Aprili deputatur, quia semper in ipso vel incipit vel desinit, vel totus includitur, ea duntaxat regula, cujus et supra meminimus, observata, ut quæ XV post æquinoc-
 tium luna exstiterit, primum sequentis anni mensis faciat; quæ vero antea, novissimum præcedentis, sicque per

A ordinem. Secundus eorum mensis Jar Maio, tertius Sivan Junio, quartus Thamul Julio, quintus Aab Augusto, sextus Elul Septembri, septimus Theseri Octobri, quem propter collectionem frugum et celeberrimas in ipso festivitates, novum annum appellant, octavus Marguan¹ Noyembri, nonus Casseu² Decembri, decimus Tebet Januario, undecimus Sabat Februario, Duodecimus Adar Martio, simili ratione, comparatur. Quos videlicet menses propter lunæ circulum, qui XXIV semis diebus constat, tricenis undetricenisque diebus alternantes, secundo demum vel tertio anno exacto, mensem superfluum, qui ex annis XI Epactarum diebus confici solet, intercalant. Unde nonnullo moveor scrupulo, quomodo majores nostri diem qua lex data est, quæ est tertia mensis tertii, quinquagesimam ab agni occisione computent, ponentes videlicet primi mensis residuos dies numero X et VII, quia tredecim priores fuerant ante Pascha transacti, secundi XXX, tertii III, qui fiunt simul dies L, cum constet duos menses lunares non LX, sed L et VIII diebus terminari, ideoque si paschalis mensis, XXX diebus computatus, XVII sui cursus dies post pascha retinuerit, secundum jam mensem non XXX, sed undetriginta, diebus debere concludi, ac per hoc in summa temporis memorati non plus quam undequinquaginta

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, *Novembrio*.² C, *Decembrio*.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

carne quidem de terra, anima verò de nihilo creatus, qui in paradiso, quem Dominus a principio plantaverat, constituitur. Septimo, Dominus requievit, non a creaturæ gubernatione, cum in ipso vivamus, moveamur et simus, sed a novæ substantiæ creatione.

Heptameron primordia mundi.

Primus in orbe dies lucis primordia sumpsit:

Alter, splendidius cælum firmavit in horis.

Tertius, undivagum mare dat cum germine terræ.

Quartus, habet Phœbum, lunamque et sidera cœli

Quintus, plumigeras volucres piscesque natantes.

Sextus, quadrupedis reptans, hominesque sagaces.

Septimus, est Domino requies his rite peractis.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—*Octava species*: Ultima species hebdomadæ est omnium sæculorum ab initio temporum consummatio, cujus septimus dies requies est perennis, per infinita sæcula durans. Dicuntur autem hujus septimanæ partes, ætates mundi quorum temporum rationem septem primi dies creationis typice expresserunt, quam rem Beda
 D historiarum collatione et accommodatione luculenter agit.

CAPUT XI.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—*Menses dicti a mensura, qua quisque eorum mensuratur; sed melius a luna, quæ Græco sermone μήνη vocatur*. Nec novum, Mene Græce dicitur luna, a quo nomen componitur neomenia, id est, exordium novæ lunæ. Et a Mene, quæ dicitur luna, vocatur mensis apud illos qui initium Kalendarum non juxta solis cursum et diversa mensium spatia, sed juxta circuitum lunæ incipiunt et terminant, ut Hebræi faciunt. Hieronymus Neomenia mensis exordium est, quod nos secundum Latinæ linguæ proprietatem Kalendas possumus dicere. Verum quia apud Hebræos mensis secundum lunæ cursum supputatur, et apud Græcos Mene luna dicitur, neomenia quasi nova luna dicitur. Unde et Jesus filius Syrach, qui utique Hebraice scripsit, de luna loquens, ait: *Mensis secundum nomen est ejus*. In libro Ecclesias-

tico ita scriptum habetur: « Luna ostensio temporis, et signum ævi. Mensis secundum nomen ejus. » Primum nomen lunæ Mene, Secundum nomen lunæ mensis, id est, Jaret, qui et Maius dicitur. Duodecimus Adar, Martio simili ratione comparatur. Ideo dicit simili ratione, quia ipsa luna, quæ comparatur Maio, aliquando incipit in Aprilem, et finitur in Maio; aliquando inchoat in Maium, et exstinguitur in Janio; aliquando infra ipsum Maium incipit et desinit, totaque includitur; sicque de reliquis mensibus intelligendum est.

Unde nonnullo moveor scrupulo. Unde, scilicet quia taliter alternantes menses lunares, id est, unus trigenis, alter undetrigenis. Nonnullo, id est, plurimo, maximo. Moveor, scilicet ego Beda. Scrupulo, id est, ambiguitate. Majores nostri, id est, Hebræi, qui ad lunam computant diem qua lex data est, quæ est tertia mensis tertii. Judæi immolaverunt in Ægypto agnum decima quarta luna primi mensis, in æquinoclio vernali, quod fuit primum paschæ. Et Christus immolatus est decima quinta luna primi mensis, quod fuit secundum pascha. Quintam decimam lunam expectavit, ut primum pascha, id est, decimam quartam lunam cum suis discipulis celebraret. Et Judæi acceperunt legem in tertia luna tertii mensis, id est, quadragesima nona die, a decima quarta luna primi mensis. Et Apostoli acceperunt Spiritum sanctum in quadragesimo nono die Dominicæ resurrectionis. Et ideo apparet quia non in una die, nec in una luna celebramus Pascha et Pentecosten nos et illi, in proximo tamen celebramus. Quæ est tertia, scilicet mensis tertii, id est, Junii, scilicet ab illo, ubi plenilunium est post æquinocium, qui est semper mensis paschalis. Quinquagesimam, scilicet ab agni occisione, id est, a decima quarta Kalend. Maii. Computent, scilicet Hebræi. Primi mensis, scilicet Paschalis, id est, Aprilis. Residuos dies, scilicet ab agni occisione, id est, pascha. Jam superius, id est, in octavo capite de die ab agni occisione scripsimus

dies inveniri; nisi forte putandum est synecdochicōs, quæ est regula sanctæ Scripturæ frequentissima, a parte totum computari. Verum hæc utcumque acta vel computata fuerint, claret tamen Hebræos ad lunæ cursum suos menses observare consuesse. Nec aliter in Genesi recte sentiendum, ubi Noe, cum suis XVII die secundi mensis arcam ingressus, et XXVII ejusdem mensis die post diluvium egressus, asseritur, quam annum solis integrum, hoc est, CCCLXV dierum, esse descriptum, quia videlicet luna, quæ præsentī anno, verbi gratia, per Nonas Maias septima decima existit, anno sequente vicesima septima pridie Nonas Maias occurret. Notandum sane quod nimium falluntur qui mensem definiendum vel ab antiquis definitum autumant, quandiu luna zodiacum circum peragat, quæ nimirum, sicut diligentior inquisitio naturarum edocuit, zodiacum quidem XXVII diebus, et VIII horis, sui vero cursus ordinem XXIX diebus, et XII horis, salva sui saltus ratione, conficit. Ideoque rectius ita definiendum, quod mensis lunæ sit luminis lunaris circuitus, ac redintegratio de nova ad novam. Solaris autem mensis

A digressio sit solis per duodecimam partem zodiaci, id est, signiferi circuli, quæ XXX diebus et decem semis horis impletur, viginti videlicet duabus horis ac dimidia lunari mense productior, e quibus XI epactarum dies et quadrans annuatim subcrescere solent; duodecies enim viceni et bini CCLXIV faciunt, quas esse horas XI dierum hinc facile patet, quia undecies viceni et quaterni eandem summam conficiunt. Porro duodecies semis sex faciunt, quæ annuæ sunt horæ quadrantis: si quidem luna XII suos menses XI diebus, ut dictum est, et quadrante, breviores totidem solis mensibus peragens, in iisdem peragendis tredecies zodiaci ambitum lustrat. Sed in utroque mense computando, consuetudo, vel auctoritas, vel certe compendium calculandi naturæ prævaluit; nam non solum lunæ menses, quod calculandi necessitas cogit, tricenis undetricenisque diebus ordinant, sed et lunam superfluum, quæ juxta naturæ rationem in fine anni debuerat intercalari, plerique ubi libet intercalant, et, quod est gravius, tantum inter se calculatores dissident, ut uno nonnunquam eodemque die hic quartam decimam, ille quin-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

secundum jam mensem non trigesimum, sed undetrigesimum debere concludi. Priscianus, in libro de figuris numerorum: Undeviginti dicimus pro novendecim, id est, unum deest de viginti. Horatius, in secundo Sermonum:

Unde octuaginta annos natus cui Stragula Vestis.

Unde octuaginta dicit, id est, septuaginta novem annos habens ætatis, hoc est, octuaginta unde unum. Duodeviginti dicuntur pro octodecim, undetriginta pro viginti novem, et his similia.

Nisi forte putandum est, synecdochicos, quæ est regula sanctæ Scripturæ frequentissima, a parte totum computari. Synecdochicos, adverbialiter. Quæ scilicet species est regula a parte totum, scilicet ut intelligantur per quadraginta novem, quinquaginta. Synecdochicos enim dicuntur esse quinquaginta. Habent enim hunc morem Scripturæ, ut a parte totum ponant, maxime in temporibus.

Nec aliter in Genesi sentiendum est. Nec aliter, scilicet quamvis computent Hebræi ad lunam suos menses. Ubi Noe cum suis, scilicet filiis et uxoribus. Ita legitur in Genesi, cap. vii: « Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et in articulo diei illius ingressus est Noe cum suis in arca. » Ac deinde: « Mense secundo, septima et vigesima die mensis arefacta est terra et Noe egressus est de arca. » Sed dicit sanctus Hieronymus, in libro Hebraicarum Quæstionum: Ararat, Armenia. Siquidem in montibus Ararat arca post diluvium sedisse perhibetur, et dicuntur ibidem usque hodie ejus manere vestigia. Quia videlicet luna, quæ præsentī anno (verbi gratia) per Nonas Maias decima septima existit, anno sequenti vigesima septima, pridie Non. Mai occurret. Pridie Nonas dicit, et non Nonas, quia feriam quærit, non appellationem. In ipsa enim feria, in qua Nonas Maias appellat hoc anno, appellabit, in sequenti anno, in eadem feria pridie Nonas Maias. Feria enim manet, appellatio tamen de die in diem in unoquoque finitur; unde fit ut ista appellatio, quæ præsentī anno in prima feria est, in futuro anno sit in secunda; si autem bissextus fuerit, fit etiam in tertia. Sic et solemnitates et anniversaria de die in diem cum appellatione in anno mutantur. Hæc est enim causa, quæ facit illam appellationem mutari. Annus solaris habet dies trecentos sexaginta quinque. Divide illos per septem,

remanet unus, et in bissextili anno remanent duo. Quæ una dies, vel duo in bissextili anno, dum septenarium numerum transcendunt, faciunt illam mutationem. Et quamvis illa mutatio appellationis de die in diem sit in anno, non tamen plures appellationes sunt quam feriæ; quia, etsi mutetur appellatio de feria in feriam, non tamen supercrescit super ferias. Quæ nimirum, sicut diligentior inquisitio naturarum edocuit, Zodiacum quidem viginti septem diebus et octo horis, sui vero cursus ordinem viginti novem diebus, et duodecim horis, salva sui saltus ratione conficit. Lege in supra capite 16, quia meliorem glossam super istum versiculum invenire non potui. Sed in utroque mense computando, consuetudo vel auctoritas vel certe compendium calculandi naturæ prævaluit. Natura est, ut mensis solaris habeat triginta dies, et decem horas, et dimidiam; consuetudo tamen vel auctoritas, vel compendium, ut triginta dies habeat. Natura etiam est ut mensis lunaris habeat viginti novem dies, et dimidium; consuetudo tamen vel auctoritas, vel compendium, ut viginti novem dies habeat, vel etiam triginta. Et, quod est gravius, tantum inter se calculatores dissident, id est, discordant, ut nonnunquam eodemque die hic, scilicet Anatholius, decimam quartam, ille, id est, Dionysius, decimam quintam, alius, id est, Victorius, decimam sextam, asseverent lunam esse putandam, id est, computandam, scilicet propter insertionem embolismi, quia ubi iste facit embolismum, ille non facit. Unde fit, ut eorum anni primi a bissexto tertio Kalend. Septemb. Quidam enim bissextum et saltum lunæ diverse ponunt. Alii enim ante, ut Anatholius, Victorius, et alii post, ut nos. Illi autem qui quarto Kalend. Septem. bissextum faciunt, habent in quarto Idus Decemb. decimam quartam lunam; et illi qui saltum, decimam septem; et illi qui neutrum, decimam quintam. Verbi gratia: Est nunc, scilicet apud nos, ultimus decennovenalis cycli annus, qui habet octodecim epactas, quas junges regularibus decimo quarto Augusti, et invenies secundam lunam in Kalend. Augusti, quam facies ascendere tricesimam, quarto Kalend. Septemb., propter bissextum, qui ibi ponitur, tertio Kalend. primam, secundo Kalend. secundam, Kalend. Septemb. tertiam, et sic computando debes pervenire usque quartum Id. Decemb., et invenies ibi in eadem die apud illum qui fecit bissextum, decimam quartam lunam; et apud

tam decimam, alius sextam decimam asseverent lunam esse putandam, nec non et solis annuos menses dissimillima regula diverso quæque gens ordine metitur. Denique Ægyptii, qui primi propter ocyorem lunæ discursum, ne videlicet error calculandi ejus velocitate gigneretur, ad solis cursum, cujus motus tardior facilius poterat comprehendere, suos menses putare cœperunt, sumpto ab autumnii tempore primordio, tricenis hos produntur includere diebus, quorum primus mensis Thoth IV Cal. Septembrium, secundus Phaofi IV Cal. Octob., tertius Athir V Cal. Novemb.; quartus Choeac V Cal. Decembrium, quintus Tybi VI Cal. Januarium, sextus Mechir VII Cal. Februarium, septimus Phamenoth V Cal. Martiarum, octavus Pharmuthi VI Cal. Aprilium, nonus Pacho VI Cal. Maiarum, decimus Pauni VII Cal. Juniarum, undecimus Epiphi VII Cal. Juliarum, duodecimus Mesor VIII Cal. Augustarum die sumit exordium,

A quem decimo Cal. Septembrium die terminantes, residuos quinque dies *ἐπαναγομένας*, vel intercalares, sive additos vocant, quibus etiam quarto anno diem sextum, qui ex quadrantibus confici solet, adnectunt. Unde fit ut eorum anni primi ab bissexto tertio Cal. Septembrium, cæteri vero IV Cal. earundem die sortiantur initium, ipsi autem bissextilibus anni IV cæteri V Cal. memoratarum die terminentur. Porro dissonantia, quam bissextilibus annis a tempore intercalati ab eis quadrantis dicimus oriri, non ante nostræ tempus intercalationis, quæ fit sexto Cal. Martiarum die, in computo lunæ vel earundem festivitate dierum potest cum nostri anni curriculo recipere concordiam; sed idem dies festus, eadem luna, verbi gratia septima, quæ apud nos secunda Sabbati, apud illos tertia Sabbati¹ computantur, et cætera in hunc modum.

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, computatur.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

illum qui fecit saltum decimam sextam; et apud illum qui neutrum fecit, quintam decimam. Bissextus enim unam ætatem minuit, et saltus unam in antea crescit. Bissextus namque crescit lunam, et decrescit ætatem. Saltus autem decrescit lunam, et crescit ætatem, et in sequentibus mensibus videtur illa ætas crescere vel decrescere. Porro dissonantia, quam bissextilibus annis a tempore intercalati ab eis quadrantis dicimus oriri. Causa ejus dissonantiæ est intercalatio apud Græcos quarto Kalendarum Septembrium die. Semper enim absque bissextilibus annis quartus Kalendarum Septembrium primus anni eorum dies est; in bissextilibus autem annis ultimus est ille dies, id est, quarto Kal. Septemb. Nam dies quadrantis in eo intercalatur. Ideoque solemnitas quæ a nobis celebratur quarto Kalend. Septem. apud illos, id est, Ægyptios, tertio Kalend. celebratur. Et a tempore ipso intercalati ab eis quadrantis, eadem diversitas perseverat usque ad tempus nostræ intercalationis. Verbi gratia: Una eademque solemnitas, quæ apud nos hodie celebratur, apud illos in crastinum perveniet. Similiter et una eademque ætas lunæ (verbi gratia) septima, quæ apud nos prima Sabbati, apud illos secunda Sabbati, septima erit. Sed notandum, quod non simul incipiunt diversitas festivitatum et lunæ ætatum. Nam festivitatum diversitas a quarto Kalend. semper incipit, ætatum autem diversitas lunæ a luna Augusti mensis oritur. Omnibus enim bissextilibus annis apud illos triginta dies habet, apud nos autem undetriginta. Unde fit diversitas inter nos et illos usque sextum Kalend. Martiarum, ætatum autem diversitas in luna Februarii mensis finem accipit, quæ apud nos in anno bissextili triginta dies habet, apud illos undetriginta.

ITEM UNDE SUPRA. — Mensis lunaris incremento lunæ senioque conficitur, dum viginti novem semis diebus paulo plus quam zodiacum peragit; sed facilitas computandi tricenis et undetricenis diebus lunæ menses alternat, solaris autem mensis viginti duabus horis est amplior, ex quibus XI epactarum dies accrescunt, quibus sol lunæ cursum singulis annis exuperat; duodecies enim viceni et bini ducentos sexaginta quatuor faciunt; et undecies viceni et quaterni eundem numerum complent. Sed Hebræi menses a luna nascente, Romani a Kalendis incipiunt, Ægyptii a quarto Kalendarum Septembrium usque in nonum Kalendarum earundem in triginta diebus suos menses putantes, residuos quinque dies intercalares appellant. Qui primi ad solis cursum menses terminare cœperunt,

ne lunæ velocior et dubius cursus impedimenti eis faceret calculandi. Plerique autem asserunt Cingium Sabinorum regem prius annum in menses divisisse, Idus Kalendasque et intercalares dies instituisse. In Codicibus autem sanctarum Scripturarum duodecim menses fuisse, anni etiam ante diluvium ostendunt. Sic enim ibi legitur: «Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem. Undecimo autem mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina montium.» Sic enim tunc dinumerabantur menses, sicut et nunc; sed non quos Kalendæ, sed quos luna cœpta et finita concludit; Kalendas autem dicimus a *colendo* dictas, apud antiquos enim semper mensium principia colebantur. Idus quoque dictæ a *diebus*, et nonæ a *nundinis*. Menses autem apud Latinos ex Kalendis sumunt principium, apud Hebræos ex lunæ nascentis recursum; apud Ægyptios autem principia mensium ante Kalendas, quatuor aut sex, aut septem, aut octo dies pronuntiantur. Menses dicti a *mensura*, ut supra.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Menses dicti a mensura.* Hactenus hebdomadam varietates, nunc mensium rationem explicat, ut pote partes majores. Sunt autem menstrua tempora, partim natura instituta, partim arbitrio hominum. Nam Græcorum menses ex intervallo temporis, quod est inter duo lunæ silentia, naturale tantum ex motu collectum, naturalis etiam mensis est spatium, quo sol signum aliquod absolvit, quod est dierum triginta horarum decem et semis; sed hic mensis difficilis est observationis, quod quemadmodum in lunæ conversione, ita homines nulla manifesta nota animadvertere possunt solem e signo uno in aliud transitum fecisse; propterea gentes raro talibus mensibus utuntur. Utuntur autem iis Macedones a signis cœlestibus eos denominantes, ut *γριός* mensis est, seu tempus, quo sol est in signo Arietis. Cujus primus dies est quinto Idus Martii, postremus tertio Idus Apriles. Sic *Ταῦρος διδύμοι*, id est, Taurus gemini menses sunt solares. Latinorum autem menses naturales non sunt; constant enim arbitrario numero dierum, ut Januarius triginta et altero, Februarius duodeviginti, Aprilis triginta diebus; epactæ autem embolismi bissextili, aliæve intercalationes, etsi ex naturali motu siderum proveniunt, iudicio tamen hominum aliis et aliis mensibus sunt interpositi vel appositi.

Sed melius a luna. Menses dicuntur quasi mensa, id est, dimensa tempora, seu a Græco *μήνη*, quod lunam significat lingua Arcadum, et *μην μηνός* men-

CAPUT XII.

De mensibus Romanorum.

Quare autem Romani tam diversæ longitudinis habeant menses, hæc, ut in disputatione Hori et Præ-

sem; ipsum lunæ globum Athenienses vocant *σεληνην*, quod fulgoris recipiat. Priori origini, quod scilicet mensis dicatur a luna, unde naturaliter provenit, Varro assentitur. Sic et Germanice vocamus mensem, *ein monath*, quæ vox modo significat quatuor hebdomadas, quibus lunæ cursu per zodiacum definitur, modo mensem Romanum, ut Augustus, *der Augstmonath*.

- *Qui propter multivagum.* Anni lunares, qui constant duodecim mensibus lunariis, breviores sunt annis solaribus, scilicet viginti duabus horis et dimidia. Hinc fit quod apud Græcos non semper initia mensium nostris respondent, ut tamen eorum annus cum solari anno exeat, quemadmodum hoster facit intercalatio epactarum.

Notandum sane. Confutat Beda crassum errorem de mense lunari, ne existimetur esse spatium quo luna zodiacum percurrit, quod fit diebus xxvii et vii horis, sed tempus est inter duos lunæ coitus, quod amplius est quam integer zodiacus, ut ecce, dum luna totum signiferum transit, sol interea fere duodecimam partem signiferi promovit, ad quam priusquam luna pervenit, lapsi sunt dies duo et quatuor

A textati legimus, causa exstitit. Romulus cum ingenio acri quidem, sed agresti, statum proprii ordinaret imperii, initium mensis ex illo sumebat die quo novam lunam contigisset videri: quia vero non conti-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

horæ; hi additi viginti septem diebus et horis octo, efficiunt viginti novem dies et semis, quod tempus est mensis lunaris. Visum autem est hoc loco describere menses Latinorum, et ordine ac e regione Græcorum, Hebræorumque ac aliarum nationum, quarum menses in bonis auctoribus cognoscere oportet. Ubi primum adnotandum est nullos menses esse stabiles, præterquam Romanorum et Ægyptiorum, hoc est, ut primus cujusque mensis dies, verbi gratia Januarii, semper venit vigesimo die post brumam, primus Martii decimo die ante æquinoctium vernum; aliorum Græcorum, scilicet, Hebræorum et Arabum, menses non similiter. Præterea Romani incipiunt annum a bruma, itaque Januarius primus est Romanorum mensium. Hebræi ab æquinoctio verno; ergo primus mensis is est, cujus medium, id est, decima quarta luna, proxima est post æquinoctium; alii primum faciunt mensem ea decima quarta luna, quæ lucet proxime post solstitium; alii ab ea, quæ in autumnno, ut Ægyptii. Quæ omnia facile depicendentes ex subjecta tabula, quam ex bonis auctoribus sedulo collegimus. Qui e regione ponuntur, eodem tempore eveniunt.

Menses ex Beda.

<i>Romanorum.</i>	<i>Ægyptiorum.</i>	<i>Hebræorum.</i>	<i>Græcorum.</i>	<i>Britannorum.</i>
1. Januarius.	5. Thibi.	10. Adar.	8. Νυχίων.	1. Giuli.
2. Februarius.	6. Mechir.	11. Sabath.	9. Θαρρηλιών.	2. Solmonath.
3. Martius.	7. Phamenoth.	12. Tebeth.	10. Δίστρος.	5. Rhodmonath.
4. Aprilis.	8. Pharmuthi.	1. Nisan.	11. Ξοντικός.	4. Costurnionath.
5. Maius.	9. Baccho.	2. Jar.	12. Ἀρτερίσιος.	5. Trimilchi.
6. Junius.	10. Pancri.	3. Sivan.	1. Δεσιος.	6. Lida.
7. Julius.	11. Epiphi.	4. Thamul.	2. Πάνεμος.	7. Lida.
8. Augustus.	12. Mesor.	5. Aab.	3. Λώος.	8. Weidmonath.
9. September.	1. Thoth.	6. Elul.	4. Γορδιαίος.	9. Algemonath.
10. October.	2. Phaophi.	7. Thuseri.	5. Ὑπερβερεταίος.	10. Winterfyllich.
11. November.	3. Athur.	8. Maresuan.	6. Δῖος.	11. Blotmonath.
12. December.	4. Chocac.	9. Casseu.	7. Ἐλαφηβολίων.	12. Giuli.

Menses variarum nationum, ex Theodoro Gaza, Calonymo, et reliquis non penitentis auctoribus.

<i>Romanorum</i>	<i>Athemensium.</i>	<i>Achivorum.</i>	<i>Macedonum.</i>	<i>Bithyniorum.</i>	<i>Cypriorum.</i>
Januarius.	Γαμηλιών.	Λαδυμναίος.	Αίγοκέρωσ.	Ireos.	Aphodisios.
Februarius.	Ἐλαφηβολίων.	Περιτειος.	Ἵδροχόος.	Ermos.	Apogonicos.
Martius.	Μουνηχιών.	Δίστρος.	Ἰχθύς.	Metroos.	Alvicos.
Aprilis.	Θαρρηλιών.	Ξοντικός.	Κρίος.	Dionysios.	Junios.
Maius.	Σιροφοριών.	Θερμίσσιος.	Ταῦρος.	Herachos.	Cæsarios.
Junius.	Ἐρατομβαιών.	Δεσιος.	Δίδυμοι.	Digs.	Sebastos.
Julius.	Μετσηγεινών.	Πάνεμος.	Κορρινός.	Bendigæos.	Autocratoricos.
Augustus.	Βοηδρομιών.	Λώος.	Λεων.	Stratigios.	Plehytatos.
September.	Μαιμοκταριών.	Γορδιαίος.	Παρθενοσ.	Ario.	Diamarpsosios.
October.	Πυροψιών.	Αίγοκέρωσ.	Συγός.	Periepios.	Archierous.
November.	Ἀνθεστηριών.	Ἵδροχόος.	Ζκορπιος.	Aphrodisios.	Esthios.
December.	Ποσειδεων.	Ἰχθύς.	Τοξότης.	Dimetrios.	Romæos.

Advertendum tamen est Græcorum mensium rationem apud scriptores parum constare; nam Anthesterion Gazæ respondet Novembri, Macrobio April, ab aliis tribuitur Martio, sic et in Gamelione variant, ac aliis quibusdam.

Barbaricorum mensium enumeratio.

<i>Germanorum.</i>	<i>Hebræorum.</i>	<i>Chaldæorum.</i>	<i>Alexandrinorum.</i>
Herbstmonat.	Tisrim p.	Tisri.	Toth.
Weinmonat.	Tisrim se.	Maresvan.	Phaophi.
Wintermonat.	Remitz p.	Chisleu.	Athur.
Christmonat.	Remitz se.	Teveth.	Chiach.
Jennermonat.	Sabath.	Senath.	Tybi.
Hornungmonat.	Adar.	Adar.	Mechir.
Meitz.	Nisan.	Nisan.	Phamenoth.
April.	Idar.	Yiar.	Pharmuti.
Mey.	Haziram.	Sivan.	Pachon.
Brachmonat.	Tamus.	Tamuz.	Pauni.
Heumonath.	Abh.	Ab.	Epiphi.
Augstmonat.	Eyul.	Elul.	Meſori.

CAPUT XIII.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—Romani auctoritate Romuli

decem mensibus annum ordinatum, diebus vero ccciv, agebant. Qui primum mensem genitori suo Mari

nuo evenit ut eo die semper appareat, sed modo tardius, modo celerius, ex certis causis, videri solet, contigit ut cum tardius¹ apparuit, præcedenti mensi plures dies, aut cum celerius pauciores darentur, et singulis quibusque mensibus perpetuam numeri legem primus casus adduxit; sic factum est ut alii XXX et alii XXX unum sortirentur dies. Primum mensem Marti, cujus se filium credi voluit, dicavit, eo quod hoc mense constet Junonem Martem peperisse in Phrygia, quem mensem anni primum aliquem fuisse, vel ex hoc maxime probatur, quod ex eo septimus, octavus, nonus et decimus inditum antiquitus a numero, nomen usque hodie servant. Secundum mensem nominavit Aprilem, quasi aperilem, eo quod in illo, remotis nubibus, pruinis ac tempestatibus hibernis, cælum, terra et mare, nautis, agricolis et horoscopis, aperiatur, arbores quoque et herbæ in

A germen, sed et animantia quæque in prolem se aperire incipiant. Maium tertium, quartum Junium posuit, in honorem videlicet majorum ac juniorum, in quos divisit populum, ut altera pars armis, altera consilio rempublicam tueretur. Contendunt alii Maiam Mercurii matrem Maio nomen dedisse, hinc maxime probantes, quia hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter Mercurioque sacrificabant. Junius mensis aut ex parte populi, ut diximus, nominatur, aut, ut Cincius arbitrabatur, Junonius apud Latinos ante vocatus est: et hæc appellatio mensis apud majores diu permansit, sed post, detritis quibusdam litteris, ex Junonio Junius dictus est; nam etædes Junoni Monetæ Calendis Juniiis dedicatæ sunt. Julius mensis nomen Quintilis, quod a numero sumpserat, etiam post præpositos Martio duos menses servavit, sed postea in honorem Julii Cæsaris dictatoris legem ferente

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, apparuerit.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

dicavit; secundum ab apertione frugum nominavit Aprilem; tertium Maiæ matri Mercurii; quartum Junoni sacravit. Quintili et Sextili, qui nunc a natiuitate Julii Cæsaris et Augusti triumpho nuncupatur, et cæteris sequentibus a numero nomen imposuit. Quorum initia Kalend. appellavit, quia nunc Kalata, id est, vocata in Capitolium plebe, dictio quinquies vel septies verbo *Kalo*, id est, voco, quot dies superessent, ad Nonas pronuntiabatur. Nonas autem, quod nono ante Idus die confluerent in urbem, scituri quid esset eo mense faciendum. Porro Idus diem qui medium dividit mensem. *Iduare* enim Etrusca lingua dividere est. His Numa duos menses adjiciens, Januarium a Jano, Februarium a Februo deo illustrationum nominando, cccliv diebus annum ad cursum lunæ disposuit. Quem Julius Cæsar undecim diebus adjectis, sicut hodie servatur, instituit.

Sed postea in honorem Julii Cæsaris dictatoris legem ferente Marco Antonio. Omnes enim imperatores Romanorum Cæsares appellabantur, a primo Caio Cæsare, qui ob duas causas Cæsar est appellatus; vel quia cæso ventre matris exiit, vel quia cum cæsariæ capitis, id est, cum capillis, est natus. Dictatores quinquenni temporis imperio utebantur. Plus enim erant in honore quam consules, qui annuas potestates tenebant. Et dicti dictatores, quasi principes et præceptores; unde et magistri populi nominabantur, unde et edicta dicuntur. Paulo post Numa in honorem imparis numeri unum diem adjecit, quem Januario dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis præter unum Februarium impar numerus servaretur. Retraxit enim superius a sex mensibus, qui triginta dies habuerunt unum diem; omnes illi sex, id est, Aprilis, Junius, Augustus, September, November, December, et insuper Januarius, habent viginti novem dies, propter impari numerum. Quatuor autem, id est, Martius, Maius, Quintilis et October, triginta unum diem apud Romulum habebant; et ideo impar numerus erat in omnibus præter Februarium. Sive aliter. Nam cum in quatuor mensibus triginta unum diem poneret, et in septem, viginti novem, simul congregavit trecentos quinquaginta quinque. Quippe fugit eos diem unum, sicut supra admonuimus, additum a se ad Græcum numerum in honorem imparis numeri. Fugit eos, id est, Romanos diem unum, id est, oblitum sunt diem unum. Vel diem unum dicit pro dies unus. Græci autem ad lunæ cursum computabant annum, et cccliv dies tantum habebant in suo anno, quibus addebant undecim dies epactarum, et quadrantem, ut ad solis cursum possent convenire, et statuerunt, ut in octavo anno nonaginta dies intercalarent, ex quibus tres

menses fecerunt. Quos Romani volentes imitari, potuerunt. Nam cum ipsi juxta distributionem Pompilii in quatuor mensibus xxxi diem ponerent, et in septem viginti et novem, et in una, id est, Februario, xviii, congregaverunt simul ccclv dies. Et ideo si undecim dies more Græcorum adderent fugeret, id est, supercresceret eos una dies de concordia Græcorum. Quapropter invenerunt ut ad solis cursum more Ægyptiorum annum computarent, ad dentes ad prædictum numerum decem dies tantum et quadrantem, non undecim. Et etiam Græci nunc more nostro juxta solis cursum computant annum. Sed qui exinde sit error genitus, qualiter eidem sit succursum, in præfata chori et prætexati disputatione, unde et ista decerpsimus, qui scire vult inveniet. Hæc igitur disputatio jam superius est scripta, cujus initium est: Romani vero auctore Romulo decem mensium habuisse annum comprobantur. Qui annus, sicut Macrobius ostendit, incipiebat a mense Martio, et conficiebatur diebus cccliv.

JOAN. NOV. SCHOLIA.— Quod ex eo septimus, octavus, nonus et decimus. Hi menses habent ex ordine nomen, ut September, October, November, December. Ber autem ad vocabuli formam et supplementum pertinet, non ad significationem, veluti atrius in quinquatrius, et tullium in meditullio; sic quintus et sextus mensis etiam nominabantur temporibus Ciceronis adhuc quintilis, sextilis, quibus non tam commode subjungitur syllaba ber propter aliam terminationem, ob id numerorum vocabula sunt ibi aliter inflexa.

Secundum nominant Aprilem quasi aperilem. Hoc mensem aperitur annus spirante Favonio, qui asperitatem hiemis discutit sole existente in Tauro, quæ domus est Veneris. Quod propterea a doctis hominibus excogitatum est seu inventum potius (ne astrologos lædam), quia hoc mense primum copiosius omnia ex terra proveniunt, non solum stirpium genera sed et vermium scaturigines, quæque alia sunt sub hiemem intermoriantia; quin et omnia fere animalia tunc magis tentantur gignendi cupiditate. Quæ naturæ vis (quam Aristot. ait esse maxime secundum naturam, id est, ad naturæ conservationem) apud veteres physicos Venus nominata est, quod, ut Cicero inquit, ad cunctas res veniat. Quare et hic mensis a quibusdam Aprilis, quasi aphrilis dictus; ἀπρὸς enim Veneri apud Græcos nomen dedit: mira brevitate hæc omnia complexus est doctissime doctissimus poeta unico versu:

Candidus auratus aperit cum coribus annum
laurus,

Marco Antonio Marci filio consule, Julius vocatus A est, quod hoc mense ad III Idus Quintiles Julius procreatus sit. Augustus mensis Sextilis antea vocabatur, donec honor Augusto daretur ex senatusconsulto, eo quod ipse die primo hujus mensis Antonium et Cleopatram superaverit, et imperium populi Romani firmaverit. September mensis, October, November et December, principalem sui retinent appellationem, significantes nomine quoti sint a verno mense, id est, Martio, vel quod imbres in eis immineant. Hæc Romuli fuit annua ordinata dimensio, qui annum X mensium, dierum vero CCC et III habendum esse constituit. Mensesque ita disposuit, ut III ex iis, Martius, Maius, Quintilis, October, tricenos singuli, sex vero reliqui tricenos haberent dies, qui hodie quintanas habent nonas, cæteri septimanas. Septimanas autem habentibus, ab Idibus revertebantur Calendæ ad diem septimum decimum; verum habentibus quintanas ad octavum decimum remeabat initium Calendarum: sed cum hic numerus neque solis cursui, neque rationibus lunæ conveniret, nonnunquam usu veniebat ut frigus anni æstivis mensibus, et contra calor hiemalibus proveniret. Quod ubi contigisset, tantum dierum sine ullo mensis nomine patiebantur absumi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus instanti mensi aptus inveniretur. Sed secutus Numa quinquaginta dies addit, ut in CCCL et III dies, quibus XII lunæ cursus confici credidit, annus extenderetur, atque iis L diebus a se additis, adjecit alios VI retractos illis VI mensibus, qui XXX habebant dies, id est, de singulis singulos, factosque L et VI dies in duos novos menses pari ratione divisit, ac de duobus priorem Januarium nuncupavit, primumque anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem, respicientem ac prospicientem transacti anni finem, futurique principia. Quidam autem Januarium nuncupatum ex eo quod limes et janua sit anni. Secundum dicitur Februo, id est, Plutoni, qui lustrationum potens credebatur, lustrarique eo mense civitatem necesse erat, quo statuit ut jura diis manibus solverentur. Sed hanc lustrandi consuetudinem bene mutavit Christiana religio, cum in mense eodem die sanctæ Mariæ plebs universa, cum sacerdotibus ac ministris, hymnis modulatæ vocis per ecclesias, perque congrua urbis loca, procedit, datosque a pontifice cuncti cereos in manibus gestant ardentes, et augescente bona consuetudine, id ipsum in cæteris quoque ejusdem beatæ matris et perpetuæ virginis festivitibus agere didicit, non utique in lustrationem terrestris imperii quinquennem, sed in perennem regni cœlestis memoriam, quando, juxta parabolam virginum prudent-

tium, omnes electi, lucentibus honorum actuum lampadibus, obviam sponso ac regi suo venientes, mox cum eo ad nuptias supernæ civitatis intrabunt. Paulo post Numa in honorem imparis numeri unum adjecit diem, quem Januario dedit, ut tam in anno quam in mensibus singulis, præter unum Februarium, impar numerus servaretur, quasi inferis et diminutio et par numerus conveniret. Cum ergo Romani ex hac distributione Pompilii ad lunæ cursum, sicut Græci, annum proprium computarent, necessario et intercalarem mensem instituerunt more Græcorum. Nam et Græci cum animadverterent temere se CCCLIII diebus ordinavisse annum; quoniam appareret de solis cursu, qui CCCLXV diebus et quadrante zodiacum conficit, deesse anno suo XI dies et quadrantem, intercalares statuta ratione commutati sunt, ita ut octavo quoque anno XC dies, ex quibus tres menses tricenorū dierum computaverunt, intercalarent. Hunc ergo ordinem Romanis quoque imitari placuit, sed frustra, quippe fugit eos diem unum, sicut supra admonuimus, additum a se ad Græcum numerum in honorem imparis numeri; ea re per octennium convenire numerus atque ordo non poterat, sed qui exinde sit error genitus, qualiterque eidem sit succursum, in præfata Hori et Prætextati disputatione, unde et ista decerpimus, qui scire vult inveniet. Tandem Caius Julius Cæsar, imitatus Ægyptios, ad numerum solis annum, sicut hodie servatur, instituit, X videlicet dies observationi veteri superadjiciens, ut annum CCCLXV dies, quibus ipse zodiacum lustrat, efficerent. Et ne quadrans deesset, statuit ut quarto quoque anno sacerdotes, qui curabant, mensibus ac diebus unum intercalarent diem, eo scilicet mense ac loco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur, id est, ante quinque ultimos mensis Februarii dies, idque bissextum censuit nominandum. Omni enim intercalationi mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat, quod etiam ipsum ex Græcorum imitatione faciebant, nam illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies. Verum una re a Græcis differebant, nam illi, confecto ultimo mense, Romani non confecto Febuario, sed post vicesimum et tertium diem ejus intercalabant, Terminalibus scilicet jam peractis; deinde reliquos Februarii mensis dies qui erant quinque, post intercalationem subjungebant, credo veteri religionis suæ more, ut Februarium omnimodo Martius sequeretur.

CAPUT XIII.

De Calendis, Nonis et Idibus.

Priscis temporibus pontifici minori hæc providen-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

quod utramque etymologiam continet.

Horoscopis aperiatur. Quid hoc loco Beda vocet horoscopus, fateor me nescire. Nam ὠροσκοπος et horoscopium significat, id est, eam signiferi partem quæ nascente quopiam super horizontem emergit, et cœlestium rerum temporumque observatorem; quem si hoc loco accipere voles, non video cur his annum aperiat Aprilis. Nam hybernæ noctes tam

sunt idoneæ, et quidem amplius quam vernæ aut æstivæ.

CAPUT XIII.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—*Priscis temporibus pontifici minori hæc providentia delegabatur.* Id est, tendebatur, committebatur, vel credebatur. *Visumque,* scilicet ejus lunæ sidus, vel visum, id est, visionem et apparitionem. *Regi sacrificulo,* id est, pontifici

tia-delegabatur, ut novæ lunæ primum observaret aspectum, visumque regi sacrificulo nunciaret. Itaque sacrificio a rege et minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe, juxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies a Calendis ad Nonas superessent, pronunciabat, et quintanas quidem dicto quinquies verbo καλῶ septimanas repetito seties prædicabat. Verbum autem καλῶ Græcum est, id est, voco; et hunc diem qui ex his diebus qui calarentur primus esset, placuit Calendas vocari; hinc et ipsi curiæ ad quam vocabantur Calabræ nomen datum est, et classi, quod omnis in eam vocaretur populus. Ideo autem minor pontifex numerum dierum qui ad Nonas superessent calando prodebat, quod post novam lunam oportebat Nonarum die populares, qui in agris essent, confluere in urbem, accepturos causas feriarum a rege sacrorum, sciturosque quid esset eo mense faciendum. Unde quidam hinc Nonas existimant dictas, quasi novæ initium observationis, vel quod ab eo die semper ad Idus novem dies putarentur. Porro Idus vocari placuit

A diem, qui dividit mensem. Iduare enim Etrusca lingua dividere est; unde vidua, quasi valde idua, id est, valde divisa; aut vidua, id est, a viro divisa. Nonnullis placet Idus dictas vocabulo Græco, a specie; quæ apud illos εἰδέα vocatur, quod ea die plenam speciem luna demonstret. Notandum autem quod in Scriptura sacra Calendas cum legimus, nihil aliud quam novæ ortum lunæ intelligere debemus, juxta illud Numerorum: *In Calendis autem, id est, in mensium exordiis, offeretis holocausta Domino.* Quia nimirum Hebræi, ut supra dictum est, non alia mensium exordia quam Neomenias, id est, novilunia, norunt.

CAPUT XIV.

De mensibus Græcorum.

B Sed et Græci et Ægyptii, de quibus supra diximus, nullam in suis mensibus Calendarum, Nonarum, Iduum distinctionem observant. Verum ab incipiente cujusque mensis exordio usque ad terminum ejus, crescente simpliciter et inenarrabiliter dierum concurrentium ordine, computando perveniunt. Si quidem Græci (nam de Ægyptiorum anno et mensi-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

majori, qui causa adulationis ita vocabatur a rege, id est, a seniore et majore pontifice. Idem pontifex, id est, minor. Calabram, id est, vocatricem, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies a Kalendis ad Nonas superessent, pronuntiabat, scilicet utrum quinque dies an septem. Curia Calabræ nomen loci. Quintanas, scilicet Nonas. Et hinc, id est, ex ista re. Ipsi curiæ et classi, scilicet Calabræ, quia classis Græce, Latine vocatio. Vocaretur, id est, kalaretur. Feriarum, solemnitatum. Scituros, id est, interrogaturos. Quasi novæ initium observationis, id est, a nova observatione; ab eo die, id est, a Nonis. Putarentur, scilicet com. Dividit, id est, separat. Dividerē est, scilicet Latina lingua. Valde divisas, scilicet a viro. Idea Græce, species vel forma Latine. Ea die, id est, in Idibus. Kalendas cum legimus, scilicet quamvis Hebræi non habeant Kalend., tamen Romani per suum proprium verbum nominant initia mensium eorum. Numerorum, libri Moysi, qui liber Numeri dicitur.

JOAN. NOV. SCHOLIA.— Notandum quod in Scriptura sacra Kalendas cum legimus. Græcia non habet Kalendas, sed initia mensium sunt apud eos νομήνια; unde proverbio cum volumus rem significare nunquam futuram, dicimus: ad Kalendas Græcas.

CAPUT XIV.

JOAN. NOV. SCHOLIA.— Sed et Græci et Ægyptii. De Græcorum mensibus scripsit Theodorus Gaza, quem vide, si vis plura de his cognoscere. Quæ ratio sit notandi dies tum apud Græcos, tum apud Latinos, disce ex subjecta tabula, ubi nota quemadmodum Latini dividunt dies mensium in Kalendas, Nonas et Idus, sic Græci (ut est apud Pollucem, primo ἰσομαστικῶν) xlv dies, et m. denarios, quorum primus dicitur ἰσταμένον, secundus a naturali ordine, tertius λήγων seu φθίνων; sumpsimus autem Januarium et eum qui huic apud Græcos respondet Gamelionem; verior enim est hæc sententia quam eorum qui dicunt esse Octobrem. Nam Aristoteles auctor est, lib. 1 Μετεωρῶν, mense Gamelione solem esse in hibernis versionibus, quod est partim in Decembri, partim in Januario.

Γομηλιῶνος	Januarii.
α' νεομηνία	1 Kalendæ.
β' δευτέρα	2 IV.
γ' τρίτη	
δ' τετάρτη	3 III.
ε' πέμπτη	4 Prid.

	ἰσταμένου		
5	ἕκτη	5	Nonas Januar.
ζ'	ἑβδόμη	6	VIII.
η'	ὀγδόη	7	VII.
θ'	ἐνάτη	8	VI.
ι'	δεκάτη	9	V.
ια'	πρώτη	10	IV.
ιβ'	δευτέρα	11	III.
ιγ'	τρίτη	12	Pridie.
ιδ'	τετάρτη	13	Idus Januar.
	αὐ' δεκάτη		
ιε'	πέμπτη	14	XIX.
ισ'	ἕκτη	15	XVIII.
ιζ'	ἑβδόμη	16	XVII.
ιζ'	ὀγδόη	17	XVI.
ιθ'	ἐνάτη	18	XV.
κ'	εἰκάς	19	XIV.
κα'	δεκάτη	20	XIII.
κβ'	ἐνάτη	21	XII.
κγ'	ὀγδόη	22	XI.
κδ'	ἑβδόμη	23	X.
	φθίνοντος		
κε'	ἕκτη	24	IX.
κε'	πέμπτη	25	VIII.
κς'	τετάρτη	26	VII.
κη'	τρίτη	27	VI.
κθ'	δευτέρα	28	V.
λ'	ἕνη καὶ νέα	29	IV.
		30	III.
		31	Pridie Kalendas Februar.

Dierum, Calendarum, Nonarum, Iduum, in omnibus mensibus non est par ratio, quam varietatem complectuntur versus hi, quos pueri discere solemus:

- Julius, Aprilis, septemque novemque tricenos.
- Maius sex nonas, October, Julius et Mars.
- Unum plus reliqui Februs tenet octo videnos.
- Quatuor at reliqui tenet Idus quilibet octo.

BRID. RAM. GLOSSÆ.— Sed et Græci et Ægyptii, de quibus supra diximus, nullam in suis mensibus Calendarum, Nonarum, Iduumque distinctionem observant. Scilicet quia non habent nec Kalendas, nec Nonas, nec Idus. Inenarrabiliter, id est, siue errore. Ordine, computando perveniunt. Dicunt enim: Prima dies Martis, secunda dies Martis, etc. Quibus etiam liber sancti Patris Anatolii, quem de Pascha composuit, astipulatur, ubi scriptum est: Est ergo in primo anno, etc. Ipse etiam liber

bus supra disseruimus), mutatis ex tempore et correctis prædictarum intercalationum ambagibus cunctis, fixum in duodecim mensibus anni vertentis ordinare circulum, quorum plerique a Calendis Decembribus suum inchoantes annum, eodem quo Romani menses suos dierum numero perstringunt: nil quidem de Romanorum, ut præfati sumus, Calendis, Nonis, vel Idibus curantes, sed a primo usque ad extremum diem, augescente paulatim numero, singulum quemque mensem computantes. Vocatur autem apud eos ipse December ελαφηβολιών, Ianuarius νυχίων, Februarius θαργιλίων, Martius δίστρος, Aprilis ξαντιός, Maius ὀρτεμίσιος, Junius διέσιος, Julius πάνεμος, Augustus ὠδός, September γορδιαῖος, October ὑπερβερεταῖος, November διός. Quo illos ordine annum observare, vel menses, et nuper transmissus ad nos de Roma computus eorum annalis ostendit, et canones qui dicuntur Apostolorum idem antiquioribus litteris edocuere, ubi duodecimus dies mensis ὑπερβερεταῖον IV Iduum Octobr. esse memoratur, quo utique colligitur utrumque mensem pariter incipere, qui uterque diem duodecimum habere probatur eundem. Quibus etiam liber sancti Patris Anatolii, quem de Pascha composuit, astipulatur, ubi scriptum est: « Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est decem et novem annorum circuli principium, secundum Ægyptios quidem mensis Phamenoth vigesimo sexto die, secundum Mæcedones Distri mensis vigesimo secundo, secundum Romanos vero undecimo Calend. April. » Hic enim vigesimam secundam diem Distri mensis æque vicesimam secundam Martii fore commendans, indicat manifeste quia simul uterque mensis initium sumit. Et ne quis dicat quod Anatolius in hac sententia non scripserit undecimo Calendas, sed octavo Calendas Apriles, convincet hoc non ita esse mensis Ægyptiorum Phamenoth, cujus vigesima sexta dies, non

octava Calendarum, sed undecima Calendarum Aprilium dies est; utriusque autem, id est, et qui octava Cal. et qui undecima Cal. Apriles, in Anatolio legunt, vigesimam sextam diem Ægyptii mensis in eadem sententia habent annotatam, quæ absque ulla dubietate in undecimo Calend. April. devenire probatur, juxta quod superius eorum annalem describentes signavimus.

CAPUT XV.

De mensibus Anglorum.

Antiqui autem Anglorum populi (neque enim mihi congruum videtur, aliarum gentium annalem observantiam dicere, et mæx reticere) juxta cursum lunæ suos menses computavere; unde et a luna Hebræorum et Græcorum more nomen accipiunt. Si quidem apud eos luna mona, mensis monath appellatur. Primusque eorum mensis, quem Latini Januarium vocant, dicitur Giuli. Deinde Februarius Sol-monath, Martius Rhed-monath, Aprilis Eostur-monath, Maius Thrimylchi, Junius Lida, Julius similiter Lida, Augustus Væod-monath, September Haleg-monath, October Vinter-fylleth, November Blod-monath, December Giuli, eodem quo Januarius nomine, vocatur. Incipiebant autem annum ab octavo Calendarum Januariarum die, ubi nunc natale Domini celebramus. Et ipsam noctem nunc nobis sacrosanctam, tunc gentili vocabulo Modranicht, id est, matrum noctem, appellabant, ob causam, ut suspicamur, ceremoniarum quas in ea pervigiles agebant. Et quotiescunque communis esset annus, ternos menses lunares singulis anni temporibus dabant. Cum vero embolismus, hoc est, XIII mensium lunarium annus occurreret, superfluum mensem æstati apponebant, ita ut tunc tres menses simul Lida nomine vocarentur, et ob id annus ille Thri-lidi cognominabatur, habens IV menses æstatis, ternos ut semper temporum cæterorum. Item principaliter annum totum in duo tem-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

affirmat quia eodem numero et ordine dierum perstringunt Græci suos menses, quo et nos. Ægyptii incipiunt Martium in quinto Kalend. Mart., nos et Græci in Kalendis. Astipulatur, a stipulor, inter-ερο. Stipulari, interrogare. Isidorus: Stipulatio est sponsio, unde et promissores stipulatores dicuntur. Dicta autem stipulatio a stipula. Veteres enim quando aliquid sibi promittebant, stipulam frangebant, quam iterum jungentes, sponsiones suas agnoscebant, sive quod juxta ludicrum firmum sacramentum appellaverunt. Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est novendecim annorum circuli principium. Principium decennovenalis cycli est in undecimo Kalen. April., quia quando trigesima est luna in undecimo Kalen. April., tunc fit primus annus decennovenalis, et a prima luna primi mensis. In ipso anno fit ibi, in crastino tamen, id est, decimo Kalen. April. Cujus vigesimus sextus, non octavo Kalend. April., sed undecimus Kalend. April. dies est. Cujus scilicet mensis vigesima sexta dies, scilicet quæ est initium decennovenalis cycli. Sicut vigesimus secundus dies apud Græcos et apud Latinos vigesimus sextus dies, scilicet et ideo melius undecimo Kalend. April., quia octavo Kalend. non invenitur in vigesimo sexto die, sed undecimo Kalen. Quæ scilicet vigesima sexta dies in undecimo Kalend. April., scilicet non in octavo Kalen. devenire probatur. Vigesima sexta dies Phamenoth, et vigesima secunda Distri, Martique

et undecimo Kalen. April. una dies est, et ibi semper est initium decennovenalis cycli. Ideo enim dixit omnia hæc prædicta, ut ostendat quia Græci et Romani uno ordine perstringunt suum annum, et suos menses; non tamen Ægyptii, qui in vigesimo sexto die habent illud initium; eorum annalem, scilicet Ægyptiorum, describentes signavimus. Quinto enim Kalen. Martii incipit Phamenoth apud illos, sicut diximus superius, et ideo vigesimus sextus dies fit in undecimo Kalen. April. Juxta quod superius, scilicet in undecimo capitulo, eorum annalem describentes signavimus. Inter historiam autem et annales hoc interest, quod historia est eorum temporum quæ vidimus, annales vero sunt eorum temporum et annorum quos ætas nostra non vidit.

CAPUT XV.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—Antiqui autem Anglorum populi. Angli nomen est regionis, in qua primum cœperunt populi Angli esse. Lege historiam Ecclesiasticam gentis Anglorum; ibi enim, in libro I, cap. 45, qualiter prædicta gens, anno ab Incarnatione Domini 449, in Britanniam primo advēnit, per ordinem invenies.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—Antiqui autem Anglorum populi. Britanni ex proximis littoribus, id est, Gallicis et Germanicis, eam insulam occuparunt, quæ antea Albion a Romanis dicta fuit ab albis montibus, qui adnavigantibus primum occurrunt; unde ex utro-

pora, hyemis, videlicet, et æstatis dispartiebant, sex A illos menses quibus longiores noctibus dies sunt æstati tribuendo, sex reliquos hyemi. Unde et mensem quo hyemalia tempora incipiebant Vinterfylleth appellabant, composito nomine ab hyeme et plenilunio, quia videlicet a plenilunio ejusdem mensis hyems sortiretur initium. Nec ab re est si et cætera mensium eorum quid significant nomina interpretari curemus. Menses Juli a conversione solis in auctum diei, quia unus eorum præcedit, alius subsequitur, nomina accipiunt. Sol-monath dici potest mensis placentarum, quas in eo diis suis offerebant; Rhed-monath a dea illorum Rheda, cui in illo sacrificabant, nominatur; Eostur-monath, qui nunc paschalis mensis interpretatur, quondam a dea illorum quæ Eostre vocabatur, et cui in illo festa celebrabant, B nomen habuit, a cujus nomine nunc paschale tempus cognominant, consueto antiquæ observationis vocabulo gaudia novæ solemnitatis vocantes. Tri-milehi dicebatur, quod tribus vicibus in eo per diem pecora mulgebantur. Talis enim erat quondam ubertas Britannicæ, vel Germanicæ, de qua in Britanniam natio intravit Anglorum. Lida dicitur blandus, sive navigabilis, quod in utroque mense et blanda sit serenitas aurarum, et navigari soleant æquora. Vueod-monath mensis zizaniorum, quod ea tempestate maxime abundent. Haleg-monath mensis sacrorum. Vinterfylleth potest dici composito novo nomine hyemeplenilunium. Blot-monath mensis immolationum, quia in ea pecora quæ occisuri erant diis suis voverent. Gratias tibi, bone Jesu, qui nos, ab his vanis C avertens, tibi sacrificia laudis offerre donasti.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

quæ idiomate lingua quidem nata est simillima Germanicæ seu Batavicæ linguæ, quam gentem priori loco isthuc fuisse constat; de lingua cujus etiamnum fere sic utuntur, satis constat ex Beda.

CAPUT XVI.

BRID. RAM. GLOSSÆ.—*Singuli autem menses sua signa, in quibus solem recipiant, habent. Aprilis scilicet habet signum Arietis, etc.* Quia videlicet singula quæque signorum medio suo mense terminentur, a medio priore sumant exordium.

Quibus diebus Sol quodque signum ingrediatur.

xv Kalend. April.,	in Arietem.
xv Kalend. Maii,	in Taurum.
xv Kalend. Junii,	in Geminos.
xv Kalend. Julii,	in Cancrum.
xv Kalend. Augusti,	in Leonem.
xv Kalend. Septemb.,	in Virginem.
xv Kalend. Octobr.,	in Libram.
xv Kalend. Novembr.,	in Scorpionem.
xv Kalend. Decembr.,	in Sagittarium.
xv Kalend. Januar.,	in Capricornum.
xvi Kalend. Febr.,	in Aquarium.
xiv Kalend. Mart.,	in Pisces.

Has igitur terminationes secundum consuetudinem et auctoritatem accipere potes; at vero juxta naturam, ita exordia signorum, et qualiter bissextus accrescat, intelligere debes.

De bissexti præparatione.

Primo igitur anno præparationis bissexti, prima hora noctis, quæ diem xv Kal. April. præcedit, intrat sol in Arietem; et exit de Ariete secundo puncto undecimæ horæ noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Maii.

Et intrat in Taurum tertio puncto horæ undecimæ

CAPUT XVI.

De signis duodecim mensium.

Singuli autem menses sua signa in quibus solem recipiant habent: Aprilis Arietis, Maius Tauri, Junius Geminorum, Julius Cancrum, Augustus Leonis, September Virginis, October Libræ, November Scorpionis, December Sagittarii, Januarius Capricorni, Februarius Aquarii, Martius Piscium, sicut quidam veterum etiam versibus explicavit heroicis:

Respicis Aprilis Apries Phrixæ Calendæ.
 Maius Agenorei miratur cornua Tauri,
 Junius æquatōs cælo videt ire Laconas.
 Solstitio ardentis Cancrum fert Julus astrum.
 Augustum mensem Leo fervidus igne perurit.
 Sidere, Virgo, tuo Bacchum September opimat.
 Æquat et October sementis tempore Libram.
 Scorpium hybernum præcepit jubet ire Novembrem.
 Terminat Arcitenens medio sua signa Decembri.
 Principum Jani sancit tropicus Capricornus.
 Mense Numæ in medio solidi stat sidus Aquarii.
 Procedunt duplices in Martia tempora Pisces.

Qui quod de uno Decembri specialiter dixit, de cæteris utique generaliter intelligendum signavit, quia videlicet singula quæque signorum medio suo mense terminentur, a medio priore sumant exortum. De quorum positione strictim nescientes cum instruemus, obsecro scientibus oneri non sit. Undique gyrum cæli rotundissimum per lineam zodiaci circuli quasi per zonam quamdam amplissimam spheræ circumdatam, distincti ordines geminarum XII sese invicem contingentium obsident: tantæ sunt magnitudinis, ut non minore quam duarum spatio horarum, vel oriri, vel occidere, vel de loco possint moveri; C singulis tricentæ partes, ob tricenos dies quibus a sole lustrantur, adscribuntur, decem semis horæ

noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Maii; et exit de Tauro hora nona diei plena, quod est xvi Kal. Junii.

Et intrat in Geminos decima hora diei inchoante, quod est xvi Kal. Junii; et exit de Geminis secundo puncto horæ octavæ noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Julii.

Et intrat in Cancrum tertio puncto horæ octavæ noctis, quæ præcedit diem decimum quintum Kal. Julii; et exit de Cancro hora sexta diei plena, quod est xvi Kal. Augusti.

Et intrat in Leonem horâ diei septima inchoante, quod est xvi Kal. Augusti; et exit de Leone secundo puncto quintæ horæ noctis, quæ præcedit diem xvi Kal. Septemb.

Et intrat in Virginem tertio puncto quintæ horæ noctis, quæ præcedit diem xvi Kal. Septemb.; et exit de Virgine hora tertia diei plena, quæ est xvi Kal. Octob.

Et intrat in Libram hora diei quarta inchoante, quod est xvi Kal. Octob.; et exit de Libra secundo puncto horæ secundæ, quæ præcedit diem xvi Kal. Novemb.

Et intrat in Scorpionem tertio puncto horæ secundæ noctis, quæ præcedit diem xvi Kal. Novemb.; et exit de Scorpione hora 12 plena noctis, quæ præcedit diem xvi Kal. Decemb.

Et intrat in Sagittarium hora diei prima inchoante, quod est xvi Kal. Decemb. et exit de Sagittario secundo puncto undecimæ horæ diei, quæ est xvii Kal. Jan.

Et intrat in Capricornum tertio puncto undecimæ horæ diei, quod est xvii Kal. Jan.; et exit de Capricorno hora nona plena noctis, quæ præcedit diem xvii Kal. Febr.

quæ plus sunt, quia plenam partem XXIV horarum non reddunt, simul computari negliguntur. Attamen et ipse duodecies circumactæ, ubi dies quinque et

quadrantem consummaverint, jam quantum ad tricenenas partes addiderint patebit, completusque solis annus non CCC solum et LX diebus, sed additis V

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Et intrat in Aquarium hora decima noctis inchoante, quæ præcedit diem xvii Kal. Febr.; et exit de Aquario secundo diei puncto horæ octavæ, quod est xv Kal. Mart.

Et intrat in Pisces tertio puncto horæ diei octavæ; quod est xv Kal. Mart.; et exit de Piscibus hora sexta plena noctis, quæ præcedit diem xv Kalendas Aprilis.

De secundo anno præparationis bissexti.

Anno secundo præparationis bissexti intrat sol in Arietem hora septima inchoante noctis, quæ præcedit diem xv Kal. April.; et exit de Ariete secundo puncto quintæ horæ diei, quod est xv Kal. Maii.

Et intrat in Taurum tertio puncto quintæ horæ, quæ est xv Kal. Maii; et exit de Tauro hora tertia plena noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Junii.

Et intrat in Geminos hora quarta inchoante noctis supradictæ; et exit de Geminis secundo puncto horæ diei secundæ, quod est xv Kal. Julii.

Et intrat in Cancrum tertio puncto horæ diei secundæ, quod est xv Kal. Jul.; et exit de Cancro hora diei duodecima plena, quod est xv Kal. Augusti.

Et intrat in Leonem hora prima noctis inchoante, quæ præcedit xv Kal. August.; et exit de Leone secundo puncto horæ undecimæ noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Septemb.

Et intrat in Virginem tertio puncto horæ undecimæ noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Septemb.; et exit de Virgine nona hora diei plena, quod est xvi Kal. Octob.

Et intrat in Libram decima hora diei inchoante, quod est xvi Kal. Octob.; et exit de Libra secundo puncto horæ octavæ noctis, quæ præcedit diem xvi Kal. Novemb.

Et intrat in Scorpionem tertio puncto octavæ horæ noctis supradictæ; et exit de Scorpione hora diei sexta completa, quod est xvi Kal. Decemb.

Et intrat in Sagittarium hora septima diei inchoante, quod est xvi Kal. Decemb.; et exit de Sagittario secundo puncto quintæ horæ noctis, quæ præcedit diem xvi Kal. Januarii.

Et intrat in Capricornum tertio puncto quintæ horæ noctis supradictæ; et exit de Capricorno tertia hora diei plena, quod est xvii Kal. Febr.

Et intrat in Aquarium quarta hora diei inchoante, quod est xvii Kal. Febr.; et exit de Aquario secundo puncto secundæ horæ noctis, quæ præcedit diem xvii Kal. Febr.

Et intrat in Pisces tertio puncto secundæ horæ noctis prædictæ; et exit de Piscibus duodecima hora noctis plena, quæ præcedit diem xv Kal. Aprilis.

De tertio anno præparationis bissexti.

Anno tertio præparationis bissexti, in initio primæ horæ diei, quod est xv Kal. April. intrat sol in Arietem; et exit de Ariete secundo puncto horæ diei undecimæ, quod est xv Kal. Maias.

Et intrat in Taurum tertio puncto horæ diei undecimæ, quod est xv Kal. Maias; et exit de Tauro hora nona plena, quæ præcedit diem xv Kal. Junii.

Et intrat in Geminos inchoante hora decima noctis supradictæ; et exit de Geminis secundo puncto horæ diei octavæ, quod est xv Kal. Julii.

Et intrat in Cancrum tertio puncto horæ octavæ, quod est xv Kal. Julii; et exit de Cancro sexta hora noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Augusti.

Et intrat in Leonem hora septima supradictæ noctis inchoante; et exit de Leone secundo puncto horæ diei quintæ, quod est xv Kal. Septemb.

Et intrat in Virginem tertio puncto horæ diei quintæ, quod est xvi Kal. Septemb.; et exit de Virgine hora tertia noctis plena, quæ præcedit diem xv Kal. Octobr.

Et intrat in Libram quarta hora prædictæ noctis

inchoante; et exit de Libra secundo puncto horæ diei secundæ, quod est xvi Kal. Novemb.

Et intrat in Scorpionem tertio puncto horæ diei secundæ, quod est xvi Kal. Novemb.; et exit de Scorpione hora duodecima diei plena, quod est xvi Kal. Decemb.

Et intrat in Sagittarium prima horæ noctis inchoante, quæ præcedit diem xv Kal. Decembr.; et exit de Sagittario secundo puncto undecimæ horæ noctis prædictæ, quæ præcedit diem xvi Kal. Jan.

Et intrat in Capricornum tertio puncto undecimæ horæ noctis prædictæ; et exit de Capricorno nona hora diei plena, quod est xvii Kal. Febr.

Et intrat in Aquarium decima hora diei inchoante, quod est xvii Kal. Febr.; et exit de Aquario secundo puncto octavæ horæ noctis, quæ præcedit diem xiv Kal. Mart.

Et intrat in Pisces tertio puncto horæ octavæ noctis supradictæ; et exit de Piscibus hora sexta diei plena, quod est decimo quinto Kal. April.

De quarto anno præparationis bissexti.

Anno quarto præparationis bissexti, intrat sol in Arietem hora diei septima inchoante, quod est xv Kal. April.; et exit de Ariete secundo puncto horæ noctis quintæ, quæ præcedit diem xiv Kal. Maii.

Et intrat in Taurum tertio puncto horæ quintæ noctis prædictæ; et exit de Tauro hora diei tertia plena, quod est xv Kal. Junii.

Et intrat in Geminos hora diei quarta inchoante, quod est xv Kal. Junii; et exit de Geminis secundo puncto horæ noctis secundæ, quæ præcedit diem xiv Kal. Julii.

Et intrat in Cancrum tertio puncto horæ secundæ noctis supradictæ; et exit de Cancro hora duodecima plena noctis, quæ præcedit diem xv Kal. Augusti.

Et intrat in Leonem hora diei plena, quod est xv Kal. Augusti; et exit de Leone secundo puncto horæ diei undecimæ, quod est xvi Kal. Septemb.

Et intrat in Virginem tertio puncto horæ diei undecimæ, quod est xvi Kal. Septemb.; et exit de Virgine nona hora noctis plena, quæ præcedit diem xv Kal. Octob.

Et intrat in Libram decima hora noctis inchoante, quæ præcedit diem xv Kal. Octobr.; et exit de Libra secundo puncto octavæ horæ diei, quod est xvi Kal. Novemb.

Et intrat in Scorpionem tertio puncto octavæ horæ diei, quod est xv Kal. Novemb.; et exit de Scorpione sexta hora noctis plena, quæ præcedit diem xvi Kal. Decemb.

Et intrat in Sagittarium hora septima supradictæ noctis inchoante; et exit de Sagittario secundo puncto quintæ horæ diei, quod est decimo sexto Kal. Jan.

Et intrat in Capricornum tertio puncto horæ diei quintæ, quod est xvi Kal. Jan.; et exit de Capricorno hora noctis tertia plena, quæ præcedit diem xvi Kal. Febr.

Et intrat in Aquarium inchoante hora noctis quarta supradictæ; et exit de Aquario secundo puncto horæ diei secundæ, quod est decimo quarto Kal. Mart.

Et intrat in Pisces tertio puncto horæ diei secundæ, quod est xiv Kal. Mart.; et exit de Piscibus duodecima hora die plena, quod est xv Kal. April.

Sicque sol primo anno post bissextum sexta hora noctis, qua Arietem intraverat, exit de Piscibus; secundo vero anno duodecima hora ejusdem noctis; tertio anno sexta hora diei sequentis; quarto autem anno duodecima hora ipsius diei, quod est xv Kal. April. Hæque viginti quatuor, id est, nox cum die

diebus et quadrantis, perficietur. Primum igitur Arietis signum in illa cœli parte quam in medio Martii mensis sol tenet oriri incipit, consummatur in illa, qua in medio Aprilis ipse circumfertur, ideoque in

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

sexto Kalend. Mart. in'ercalari jubentur, ut iterum sol hissexto completo prima hora noctis, quæ præcedit decimo quinto Kalend. April. Arietem possit ingredi. Signa duodecim vel a causis annalibus, vel a gentilium fabulis nomina sumpserunt. Nam Arietem Martio mensi propter Hammonem Jovem tribuunt. Unde et in ejus simulacro arietis cornu fingunt. Taurum April, propter eundem Jovem, quod in bovem sit fabulose conversus. Castorem et Pollucem Maio, propter in-igne virtutis. Porro Cancrum Junio, quando sol ad inferiora redit, quod Cancer impulsus retro cursus dirigere soleat. Leonem, quem occidit Hercules, Julio, propter vim fervoris assignant. Virginem Augusto, quia tunc exhausta caloribus tellus nihil pariat. Libram Septembri, ob æqualitatem diei et noctis. Scorpionum et Sagittarium equinis cruribus deformatum, propter fulmina mensium ipsorum, October et November accipiunt. Capricornum December, propter capram Jovis nutricem, cujus extrema pisci similia pinguntur, quod hujus mensis ultima sint pluvialia. Aquarium Januario, Februario pisces, ob menses imbriferos tradunt. Singulis autem signis triginta partes, ternæ vero decades putantur, eo quod sol triginta diebus et decem semis horis illa percurrat, a medio mensis semper incipiens, id est decimo quinto Kalend. die. Signa duodecim, scilicet signiferi, vel a causis annalibus, id est, historicis, quæ per singulos annos eveniunt, vel a gentilium fabulis, id est figmentis, nomina sumpserunt, a quibus signa vocantur; vel ex annalibus, id est, ex rebus quæ singulis annis naturaliter fiunt, sunt illis imposita; vel ex fabulis quas gentiles monumentis Scripturæ tradiderunt, aut etiam ex utrisque. Aries, Abraham, pro eo quod arietem Domino obtulit pro Isaac filio suo. Taurus, Jacob, qui quasi taurus cum angelo luctatus est in monte Bethel. Gemini, Adam et Eva, quod uno corpore facti sunt in paradiso. Cancer, Job propheta, quia cancriosus fuit. Leo, Daniel, qui in lacu leonum fuit. Virgo, Maria, quia filium genuit, et virgo permansit. Libra, Judas Scarioth, qui ad stateram pretium Salvatoris pensavit. Scorpio, Pharaon, quia per concupiscentiam mersus est in mari. Sagittarius, David, qui belligerator fuit contra Goliath. Capricornus, Esau, qui per cupiditatem venationis, et per capram perdidit benedictionem. Aquarius, Joannis Baptistæ, quia in alveo Jordanis Salvatorem baptizavit. Pisces, Jonas propheta, quia in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus commoravit. Singulis autem signis triginta partes, ternæ vero decades. Quod autem dicit triginta, non est hoc verum, sed verisimile, nam sol in singulis signis variis et diversis spatiis moratur. Nam in geminis triginta duabus spatiatur diebus, et e contrario xxix diebus Sagittarium transit. Similiter et in cæteris signis varie cursum suum peragit. Hinc est quod in nullo signo tali spatio, id est, triginta dierum et decem semis horarum moras facit. Propterea vero verisimile est, quoniam si quis totius anni circulum vel cumulum, id est, cccclxv dies, et sex horas, in duodecim æquas partes secundum numerum signorum partitus fuerit, duodecimam partem inveniet in triginta diebus, et decem horis, et dimidia parte unius horæ. Tantæ sunt magnitudinis, ut non minore quam duarum spatio horarum vel oriri vel occidere, vel de loco possint movere. *Singulis tricenæ partes ob tricenos dies, quibus a sole lustrantur, ascribuntur.* Nullum enim signum potest moveri, nisi per duas horas. Et ideo quia in duabus horis movetur unum signum, in viginti quatuor horis moventur duodecim signa, id est, totum firmamentum. A principio ortus uniuscujusque signi usque ad extremum, duæ horæ peraguntur, viginti quatuor horæ inter diem et noctem;


ideo ad unumquodque ex duodecim signis duæ horæ pertinent, sive in oriendo, sive in occidendo. Zodiacus, vel signifer, est circulus obliquus, duodecim signis constans, per quem errantes stellæ feruntur. Nec aliud habitatur in terris, quam quod illi subjacet, et liqua a polis squalent. Veneris tantum stellæ excedit eum binis partibus; luna quoque per totam latitudinem ejus vagatur, sed omnino non excedens eum. Ab his Mercurii stellæ laxissime, ut tamen e duodecim partibus (tot sunt enim latitudinis) non amplius octonas pererret. Neque has æqualiter, sed duas medio ejus; et supra quatuor, infra duas. Sol inde medio fertur inter duas partes, flexuoso draconum meatu inæqualis. Martis stellæ quatuor mediis, Jovis media, et super eam duabus; Saturni duabus, ut sol. Zodiacus Græce, Latine signifer. Zodia enim animalia dicuntur, quod vitalem habeant animam, quæ ζωὴ Græco nomine vocantur; vel zodiacus dictus a signis, eo quod signa animalium in eo esse videantur, quæ zodia dicuntur. Dicitur vero ita secundum Macrobius. Circulus obliquus, id est, tortuosus. Cujus partes latitudinis sunt duodecim, per quas diversis modis sidera spatiantur. Per quem, scilicet zodiacum. Per cujus partes, quæ dicuntur errantes: feruntur autem multifarie, nam alia per tres partes, alia per quatuor, alia per quinque, alia per octo, quædam per duodecim. Nec aliud, scilicet spatium habitatur in terris, scilicet ubi nos habitamus. Habitatio hominum sub zodiaco tantum est, quia non habitatur aliquid in mundo, nisi subtus illo. Macrobius ita commemorat: Luna fere nunquam in uno signo bis continuo nascitur, nisi in Geminis; ubi hoc nunquam evenit, quia dies in eo sol duos supra triginta altitudine signi morante consumit. Rarissime in aliis si circa primam signi partem a sole procedit. Hoc autem juxta naturam aliquatenus intelligi potest, tamen juxta rectam et consuetam calculandi consuetudinem nequaquam accipiendum est. *Multa hinc dici poterant, sed a me de signifero et de duodecim signis planetarum, id est solis et lunæ, etc. Meatus transitus, scilicet con ramundum. Tantum nunc dicamus, quia sol cccclxv diebus et sex horis, id est, quadrantis; luna vero viginti septem diebus et octo horis. Zodiaci ambitum lustrant, id est circueant. Singula vero signa sol trigenis diebus, et denis horis ac semisse, id est, dimidia hora perlabitur, id est, percurrit. Accipe ergo triginta dies duodecies, et fiunt cccclx dies; et accipe decem horas duodecies, et fiunt cxx horæ. Duodecim ergo semisses faciunt sex horas: iste est quadrans. Fiuntque simul cccclxv dies et sex horæ, in circuitione solis per zodiacum. Luna autem binis, id est, duobus diebus, et senis, id est sex horis ac bisse. Accipe autem duos dies duodecies, et fiunt viginti quatuor dies. Et accipe sex horas duodecies, et fiunt septuaginta duæ horæ, id est tres dies. Accipe bisse duodecies, et fiunt octo horæ. Fiunt simul in circuitione lunæ per zodiacum viginti septem dies, et octo horæ. De duodecim bissebus fiunt octo horæ ita. Tolle enim de duodecim bissebus quatuor bisse, et fac inde octo trientes et da unicuique bisse ex octo bissebus unum trientem, et erunt octo horæ integræ. Duo enim trientes habent bisse in se. Ac bisse unius horæ, id est duabus partibus unius horæ. Si divideris aliquam rem in tres partes, tertia pars triens dicitur, duæ vero partes bisse dicuntur. Ipsa tertia, scilicet pars quæ remanet, triens nuncupatur. *Tantum spatii cœlestis.* Majus enim spatium percurrit luna in triginta diebus quam sol in diebus cccclxv. *Quantum cccclx, etc. Et tertia diei parte, id est, octo horis, quantum, scilicet cursum cccclxv diebus, id est xii mensibus; et quartæ diei parte, id est, sex horis, quod est quadrans. Et scilicet cum probet manifesta**

octava sua parte juxta quosdam, sed verius juxta **A** in quarta sua parte, locum æquinocitii vernalis ostendit. Secundum Tauri ab illa cœlestis circuli parte qua

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

veritas. *Quantum spatii*, id est, in xxix diebus, et xii horis; *tantum*, scilicet spatii in xiii suis scilicet mensibus. Illum cursum quem facit luna in circuitu suo, id est, in xxvii diebus et octo horis, facit sol in xii suis mensibus. Et illum cursum quem facit luna in suo mense, id est, in xxix diebus et xii horis, facit sol in xiii mensibus. In duobus enim diebus et quatuor horis, est mensis lunæ major suo circuitu, in quibus ad consequendum solem peragit xxviii partes, et

sextam partem partis in signifero. Tredecim enim partes peragit luna quotidie in zodiaco. Et ideo in illis duobus diebus xxvi partes circuit, et in quatuor horis, quæ est sexta pars diei, duas partes et sextam partem partis perlabitur. Fiant simul xxviii partes, et sexta pars partis. Unde xiii mensis synecdochicôs mensis appellatur. Non enim habet nisi xxviii partes, et sextam partem partis. Deest de triginta diebus solis unus dies et decem horæ, id est, quinque partes diei.



Notandum sane, quod nunquam de duodecim signis amplius quam sex simul cerni queant, ita ut ex his uno oriente alter occidat, sicque sit ut novem per totam noctem succedentia videantur, reliquis tribus non apparentibus, illud ubi sol est, et quod solem vel sequitur, vel præcedit. Macrobius: Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflexionis occursu ambiendo complectitur, ut eum quo duo tropica signa Capricornus et Cancer feruntur, intersecet. Has solis portas physici vocaverunt, quia in utraque obviante solstitio, ulterius solis inhibetur accessio et fit ei regressus ad zonæ viam, cujus terminos nunquam relinquit. Item Macrobius, in prima libri sui parte: Solem, et lunam et stellas quinque quibus ab errore nomen est, præter quod secum trahit ab ortu in occasum diurna cœli conversio, ipsa suo motu in Orientem ab Occidente, non solis litterarum profanis, sed multis quoque doctrina innotatis abhorrere a fide ac monstro simile judicatum est. Sed apud pressius intuentes ita verum esse constabit, ut non solum mente concipi, sed oculis quoque ipsis possit probari. Tamen ut nobis de hoc sit cum pertinaciter negante tractatus, age quisque tibi hoc liquere dissimulas simul omnia, quæ vel contentio sibi fingit detractans fidem, vel quæ ipsa veritas suggerit in divisionibus membra mittamus. Has erraticas cum luminibus duobus, aut infixas cœlo, aut alia sidera nullum sui motum nostris oculis indicare, sed ferri mundanæ conversionis impetu, aut moveri sua quoque accessione dicemus. Rursus si moventur, aut cœli viam sequuntur ab ortu in occasum, et communi et suo motu meantes, aut contrario recessu in Orientem ab Occidentis parte versantur. Præter hæc, ut opinor, nihil potest vel esse vel fingi. Nunc videamus quid ex vis verum poterit probari. Si infixæ essent, nunquam ab eadem statione discederent, sed in iisdem locis semper ut alix viderentur. Ecce enim de infixis vergiliæ nec a sui unquam se copulatione dispergunt, nec hyadas quæ vicinæ sunt, deserunt, aut Orionis proximam regionem relinquunt, Septentrionum compago non solvitur. Anguis qui inter eos labitur, semel circumfusum non mutat amplexum. Hæ vero modo in hac, modo in illa cœli regione visuntur, et sæpe cum in unum locum duæ pluresve convenerint et a loco tamen in quo simul visæ sunt, et a se postea separantur; ex hoc eas non esse cœlo infixas, oculis quoque approbantibus constat. Igitur

B moventur, nec negare hoc quisque poterit quod visus affirmat. Quærendum est ergo utrum ab ortu ad occasum an in contrarium motu proprio revolvantur. Sed et hoc quærentibus nobis, non solum manifestissima ratio, sed visus quoque ipse monstrabit. Consideremus enim signorum ordinem, quibus zodiacum divisum vel distinctum videmus, et ab uno signo quolibet ejus ordinis sumamus exordiam. Cum Arietis exoritur, post ipsum Taurus emergit: hunc Gemini sequuntur, hos Cancer, et per ordinem reliqua. Si ista ergo in Occidentem ab Oriente procederent, non ab Ariete in Taurum, qui retro locatus, nec a Tauro in Geminos signum posterius volverentur, sed a Geminis in Taurum, et a Tauro in Arietem recta et mundanæ volubilitatis consona accessione prodirent. Cum vero a primo in signum secundum, a secundo ad tertium, et inde ad reliqua quæ posteriora sunt revolvantur, signa autem infixæ cœlo feruntur, sine dubio constat has stellas non cum cœlo sed contra cœlum moveri. Hoc ut plene liqueat, astruamus de lunæ cursu qui et claritate sui et velocitate notabilior est. Luna postquam a sole discedens cœli marginem tenet, antecedenti super occidens, tertia die tardius occidit, quam secundo, et ita quotidie longius ab occasu recedit, ut septimo die circa solis occasum in medio cœlo ipsa videatur. Post alios vero septem, cum ille mergit, hæc oritur, adeo media parte mensis dimidium cœlum, id est, unum hemisphærium, ab occasu in Orientem recedendo melitur. Rursus post alios septem circa solis occasum latentis hemisphærii verticem tenet; et hujus rei indicium est quod medio noctis exoritur. Postremo totidem diebus exemptis, solem denuo comprehendit; et vicinus videtur ortus amborum quam diu soli succedens; rursus movetur et rursus recedens paulatim semper in Orientem regrediendo relinquit occasum. Sol quoque ipse non aliter quam ab occasu in Orientem movetur; et licet tardius recessum suum quam luna conficiat, quippe qui tanto tempore signum unum emetiatur, quanto totum zodiacum luna discurret, manifesta tamen et subjecta oculis motus sui præstat indicia. Hunc enim in Ariete esse ponamus. Quod quia æquinocitiale signum est, pares horas somni et diei facit. In hoc signo cum occidit, Libram, id est, Scorpii chelas mox oriri videmus, et apparet Taurus vicinus occasui. Nam vergiliæ et hyadas partes Tauri clariores non multo post sole mer-


in medio Aprilis sol circumfertur ortus initium fa-
ciens, complet in ea quam ipse in Maii medio servat.

A Tertium Geminorum a parte signiferi quam sol in me-
dio Maii; quartum Cancrī ab ea quam in medio

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

gente videmus. Sequenti mense, sol in signum pos-
terius, id est in Taurum recedit; et ita fit ut neque
vergilæ, neque alia pars Tauri illo mense videatur.
Signum enim quod cum sole oritur, et cum sole oc-
cidit, semper, occultitur adeo ut et vicina astra sole
propinquante celentur. Item Macrobius: Quæren-
dum est, cum zodiacus unus sit, et his constet cælo
sideribus infixis, quemadmodum inferiorum sphæra-
rum stellæ in signis zodiaci meare dicantur. Nec
longum est invenire rationem, quæ in ipso vestibulo
excubat quæ-tionis. Verum est enim neque solem
lunamve, neque de vagis ullam ita insignis zodiaci

feri, ut eorum sideribus misceantur; sed in illo signo
unaquæque perhibetur quod habuerit super verticem
in ea quæ illi subjecta est circuli sui regione discúr-
rens. Quia singularum sphærarum circulos, in XII
partes æque ut zodiacum ratio divisit, et quæ in eam
partem circuli sui venerit, quæ sub parte zodiaci est
Arietī deputata, in ipsum Arietem venisse conceditur.
Similisque observatio in singulis partes migrantibus
stellis tenetur. Et quia facilior ad intellectum per oca-
los via est, id quod sermo descripsit, visus assignet.
Esto zodiacus enim circulus, cui ascriptum est A, inter
B hunc septem alii orbes locentur, et zodiacus ab A



per ordinem affixis notis, quibus ascribentur litteræ
sequentes, in partes XII dividatur, sitque spatium
quod inter A et B clauditur Arieti deputatum, quod
inter B et C Tauro, quod inter C et D Geminis,
Cancro quod sequitur, et reliquis per ordinem cætera.
His constitutis, jam de singulis zodiaci notis et litteris
singulæ deorsum lineæ per omnes circulos ad ulti-
mum usque deducantur. Procul dubio per orbes
singulos duodenas partes dividet transitus linearum.
In quocunque igitur circulo, seu sol in illo, seu luna,
vel de vagis quæcunque discurret, cum ad spatium
venerit quod inter lineas clauditur ab A et B, notis
et litteris defluentes, in Ariete esse dicetur, quia illi
constituta spatium Arietis in zodiaco designatum
supra verticem, sicut descripsimus, habebit. Similiter
in quacunque migraverit partem, in signo sub quo
fuerit, esse dicetur. Atque hæc ipsa descriptio eodem
compendio nos docebit cur eundem zodiacum ea-
demque signa, aliæ tempore longiore, aliæ brevior
percurrant. Quoties enim plures orbes intra se locan-
tur, sicut maximus est ille qui primus est, et minimus
qui locum ulimum tenet: ita de mediis, qui summo

C propior est, inferioribus major; qui vicinior ultimo,
brevior superioribus habetur. Et inter has igitur
septem sphæras gradum celeritatis suæ singulis ordo
positionis ascribit. Ideo stellæ quæ per spatia lon-
giora discurrent, ambitum suum tempore prolixiore
conficiunt; quæ per angusta, brevior. Constat enim
nullam inter eas celerius cæteris tardiusve procedere;
sed cum sit omnibus idem modus meandi, tantam eis
diversitatem temporis sola spatiorum diversitas fa-
cit. Nam ut de mediis nunc prætermittamus, ne ea-
dem sæpe repetantur, quod eadem signa Saturnus
annis triginta, luna diebus viginti octo, ambit et per-
meat, sola causa in quantitate est circulorum, quo-
rum alter est maximus, alter est minimus. Ergo et
cæterarum singulæ pro spatii sui modo tempus
meandi aut extendit aut contrahit. Hoc loco diligens
rerum discussor inveniet quod requirat. Inspectis
enim zodiaci notis, quas monstrat in præsidium fidei
advocata descriptio: Quis vero, inquiet, circi cælestis
duodecim partes aut invenit aut fecit, maxime cum
D nulla oculis subjiciantur exordia singularum? Huic
igitur tam necessarie interrogationi historia ipsa re-

lustrat Junii facit principium ortus, et ideo juxta A vero sollicitiorem indaginem aliquot partibus, prius quosdam in octava sua parte recipit solstitium, juxta inde deflexo ad inferiora situ zodiaci, id est, signiferi

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

spondeat, factum referens quo a veteribus et tentata est tam difficilis et effecta divisio. Ægyptiorum enim retro majores, quos constat primos omnium cœlum scrutari et metiri ausos, postquam perpetuæ apud se serenitatis obsequio, cœlum semper suspectu libero intuentes deprehenderunt, universis vel stellis vel sideribus infixis cœlo solas cum sole et luna quinque stellas vagari, nec has tamen per omnes cœli partes passim ac sine certa erroris sui lege discurrere; nunquam enim ad septentrionalem verticem deviare, nunquam ad australis poli ima demergi, sed intra unius obliqui circi limitem omnes habere discursus; nec omnes tamen ire pariter ac redire, sed alias aliis ad eundem locum pervenire temporibus; rursus ex his accedere, retro agi alias, viderique stare nonnunquam; postquam hæc, inquam, inter eas agi viderunt, certas sibi partes decreverunt in ipso circo constituere, et divisionibus annotare, ut certa essent locorum nomina, in quibus eas morari, vel de quibus exisse, ad quæve rursus esse venturas, et sibi invicem nuntiarent, et ad posteros noscenda transmitterent. Duobus igitur vasis æneis præparatis, quorum alteri fundus erat in modum clepsydræ foratus, illud quod erat integrum, vacuum subjecerunt pleno aquæ, altero superposito, sed meatu ante munito, et quamlibet de infixis unam clarissimam lucideque notabilem observaverunt orientem: quæ ubi primum cœpit emergere, mox munitione subducta, permiserunt subjecto vasi aquam superioris influere. Fluxitque in noctis ipsius et secuti diei finem, atque in id noctis secundæ, quandiu eadem stella ad ortum rursus revertitur. Quæ ubi apparere vix cœpit, mox aqua quæ influebat amota est. Cum igitur observatæ stellæ itus ac reditus integram significaret cœli conversionem, mensuram sibi C cœli in aquæ quæ de illo fluxit suscepta quantitate posuerunt. Hac ergo in partes æquas XII sub fida dimensione divisa, alia duo hujus capacitatis procurata sunt vasa, ut singula tantum singulas de illis XII partibus ferrent; totaque rursus aqua in vas suum pristinum, foramine prius clauso, refusa est, et de duobus illis capacitatis minoris alterum subjecerunt pleno, alterum juxta expeditum paratumque posuerunt. His præparatis, nocte alia in illam jam cœli partem per quam solem lunamque et quinque vagas, meare diuturna observatione didicerant, quamque postea zodiacum vocaverunt, ascensurum observaverunt sidus, cui postea nomen Arietis addiderunt. Hujus incipiente ortu, statim subjecto vasi superpositæ aquæ fluxum deierunt. Quod ubi completum est, mox eo sublato effusoque, alterum simile subjecerunt, certum signis observantes, ac memoriter annotatis inter ejus loci stellas qui oriebantur cum primum vas esset impletum: intelligentes quod eo D tempore quo totius aquæ duodecima pars fluxit, pars cœli duodecima conscendit. Ab illo ergo loco quo oriri incipiente aquæ, aqua in primum vas cœpit influere, usque ad locum qui oriebatur cum primum vas impleretur, duodecimam partem cœli, id est, unum signum esse dixerunt. Item secundo vase impleto, ac mox retracto, illud simile quod olim effusum paraverant iterum subdiderunt, notato similiter loco qui emergebat cum secundum vas esset impletum, et a lineæ primi signi usque ad locum qui ad secundæ aquæ finem oriebatur, secundum signum annotatum est; atque ita vicissim vasa mutando, et per singulas influentis aquæ partes, singulos sibi ascendentium cœlum partium limites annotando, ubi consonata jam omni per duodecim partes aqua ad primi signi exordia perventum est, sine dubio jam divisas, certisque sibi observationibus et indiciis annotatas duodecim cœli partes tantæ compotes machinationis habuerunt. Quod non nocte una, sed

duabus effectum est, quia omne cœlum una nocte non volvitur, sed per diem venit ejus pars media, et medietas reliqua per noctem. Nec tamen cœlum omne duarum sibi proximarum noctium divisit inspectio, sed diversorum temporum nocturna dimensio, utrumque hemisphærium paribus æque vicibus annotavit. Et has ipsas duodecim partes signa appellari maluerunt, certaque singulis vocabula gratia significationis adjecta sunt. Et quia signa Græco nomine zodia nuncupantur, circum ipsum signorum zodiacum, quasi signiferum, vocaverunt. Hucusque Macrobius. Fabulas poetarum de duodecim signis ideo omisi, quia fructum in eis invenire minime putavi. Respuenda est enim lectio quæ plus nocitura est insipientibus, quam profutura sapientibus. Fabulas poetæ a *fando* nominaverunt, quæ non sunt res factæ, sed tantum loquendo fictæ.

Descriptio poli.

Duo sunt extremi vertices mundi, quos appellant polos Septentrionis et Austri: quorum alter a nobis semper videtur, alter nunquam. In eo qui a nobis cernitur, tria sunt signa constituta: duo scilicet arcturi, et serpens circum atque inter illos in morem fluminis means. Helicen arcturus major, cynosura minor appellatur, quæ diversum quidem aspiciunt. Nam dorsa eorum sibimet mutuo avertuntur, aversis huc atque illuc pedibus. Serpens ergo cauda cingit helicen, cætero circuitu cynosuram, ita tamen ut easdem medius interlabens separet: cujus caput ad dextrum pedem ejus qui in geniculo stat, videtur extensum. Ille vero qui in geniculo stat, quem Herculem dicunt, dextro pede caput præmit serpentis, capite ad Austrum converso, humeris suis coronæ tangit conlinia. Ipsa vero corona post tergum Herculis sita, capiti serpentis quem serpentarius tenet appropinquat. Serpentarius autem, qui a Græcis ophiuchus vocatur, sub Hercule positus ad Austrum, versis pedibus Scorpionem calcet, serpente præcinctus, quem utraque manu tenet; qui plurima longitudine protentus, usque ad coronam extenditur. Juxta hujus serpentis flexuosa volumina, nullo alio interveniente signo, bootes post tergum acturi majoris videtur, pedibus ad Virginem versis; nam Virgo sub pedibus bootis est constituta. Contra guttur vero et pedes anteriores ursæ majoris in commissura zodiaci atque lactei circulorum, Gemini sunt locati, habentes a lævo latere agitorem cum hædulis duobus, qui contra caput helicis, capite verso, pede dextro sinistrum Tauri cornu tangere videtur. Juxta Geminos, quo zodiacus altissime erigitur, contra ventrem ursæ majoris, Cancer situs est, habens in dorso asellos, albicante inter eos nubecula, quæ præsepium appellatur. At contra pedes ejusdem ursæ posteriores, inter Cancrum et Virginem, Leo dicitur constitutus, bootem habens juxta se; sub pedibus vero agitatori Taurus jacet, uno pede protento ad Orionem, qui sub illo est constitutus. Cepheus inter lyriam et Casiephiam medius, expansis brachiis, pedibus ad terga minoris ursæ porrectis: Casiephia contra volumen maximum Septentrionalis serpentis, inter agitorem, Perseum, Andromedam, Cepheumque consistit. In lacteo circulo, inter Pisces, Casiephiam atque Arietem, Andromeda est locata, cum triangulo quem post tergum habere dicitur, caput versum habens ad alvum equi, qui equus supra est positus. Aries in commissura zodiaci atque æquinocialis circuli sub triangulo situs est, habens sub se cetum ad Australem partem. Ad proximum hujus signi pisces duo, quarum alter in Aquilonem erectus, alter in Austro pronus, caudis tamen vinculo quodam connexis colligati sunt. Aquilonius ad Andromedam extenditur, Austrinus ad Aquarium; juxta pedes vero Andromede-

circuli; quintum Leonis signum a parte qua sol in A Augusti; septimum Libræ ab ea qua in medio Septembri circumagitur inchoat oriri, quapropter et in

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

dæ, a latere Casiephiæ, Perseus ostenditur, Gorgonis caput manu sinistra tenens, cujus sub femore sinistro, juxta caudam Tauri pleiades videntur constitutæ. Lyra vero inter lævum crus Herculis, et inter cygnum posita est; sed cygnus, expansis alis, volanti similis, ad dexteram Cephei manum, dextram alam, sinistram ad pedes equi porrigit. Inter Pisces et Equum, caudamque Capricorni, Aquarius est collocatus, aquam urna fundens, quæ effusio ad magnum Piscem usque decurrit. In parte autem humillima zodiaci, juxta Sagittarium atque Aquilam, Capricornus in commissura hiemalis circuli ac signiferi situs est, habens post se Sagittarium, in commissura circulum zodiaci atque lactei sub delphino constitutum. Est et sagitta quædam sola sub cygno juxta aquilam jacentis. Supra Capricorni vero caput delphinus est positus post caudam serpentis, qui a serpentario tenetur; sub ipso autem serpentario Scorpionem dicunt esse locatum, ita ut pedibus serpentarii tangatur; et habere sub se ad Australem plagam centaurum bestiam, manu quasi ad aram ferentem. Hæc ara a quibusdam sacrarium vocatur, et est contra summitatem caudæ Scorpionis ad Austrum posita. Brachia vero Scorpionis locum obtinent quem Libram dicunt, eo quod in eo sol æquinoctium faciat autumnale. Hydra quoque jacet in circulo æquinoctiali nimia longitudine protenta, capite Cancro, medietate Leonis, cauda Virgini subjecta, corvum atque urnam in dorso gestans. At sub pectore Tauri, Orion gladio accinctus conspicitur, lepori qui sub pedibus ejus est superpositus. Habet enim post vestigia sua canem, quem Syrium, quemque aniculum appellant collocatum, Cancri signo subjectum; ante quem sub Geminis anticannem cognoscere potes. Post caudam vero Syrii ad Austrum navis, quam Argo dicunt, videtur effulgere; at sub pede sinistro Orionis, fluvius quem Eridanum vocant, flexuoso cursu super labitur usque ad cetum. Cetus autem subjacet Arieti, a piscibus lonissimum tractu porrectus. Post cujus caudam, longo quidem intervallo sub aquario et capricorno in Austrum porrectus, piscis magnus conspicitur; ultimus eorum quæ videri possint signorum, effusionem urnæ Aquarii, qui ad ipsum usque decurrit, accipiens.

Item de eodem.

Ad boreæ partes arctoi vertuntur, et anguis.
Post has arctophilax, pariterque corona genuque.
Prolapsus, lyra, avis, Cepheus, et Casiephia.
Auriga et Perseus, deltoton, et Andromedæ astrum.
Pegasus et Delphin, telumque, aquila, anguitenensque;
Signifer inde subest, his sex hinc sidera complect.
Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo:
Libra, Scorpius, Arcitenens, Capricornusque ad urnam.
Qui tenet ad Pisces, post sunt in partibus Austri.
Orion procyon, lepus, ardens Syrius, Argo,
Hydrus, Chiron, thuribulum quoque, piscis et ingens
Hinc sequitur pistrinx, simul Eridanique fluenta.
Hi his sex versus signant cæli regiones,
Fistula quos fluxit Prisciani docta magistris.

De mansionibus Planetarum.

Ordo planetarum, non ordine fit feriarum:
Cynthia, Mercurius, Venus et Sol, Mars, Jovis et Thez.
Pisces et Chiron Jovis est nepa Martis et Ammon.
Taurus item chelæ, regionis erunt Ericinæ.
Cancer erit lunæ, Leo solis pro regione;
Mansio Mercurio modo sunt Gemini, modo Virgo,
Sessio Saturno stat in urna vel Capricorno.

De ortu et occasu XII signorum.

Exoriens chelas Aries demergit in ima.
Scorpion aurati submergunt cornua Tauri.
Hinc subit Arcitenens Geminis surgeatibus æquer.
Cum Cancer surgit, Capricornus mergitur undis.
Portitor urceoli formidat signa Leonis.
Virgo fugat Pisces, redit et victoria victis.

Item :

Mergitur Ammonis Libra, Tauri Scorpius ortu.
At genuos fugit Arcitenens, Cancrum Capricornus:
Hinc Leo pelit aquas fundentem, Virgoque Pisces.

Item :

Libra quod est Ammon, Nepa, Bos, Geminos fuge
[Chiron]
Egan Cancer agis, urna Leo, Virgoque Pisces.

Luna zodiacum tredecies in duodecim suis conficit mensibus, duobus scilicet diebus, et sex horis, et bisse, id est, octo uncis unius horæ, per singula signa decurrens. Si ergo vis scire in quo signo luna versetur, sume lunam quam volueris computare, ut puta duodecim multiplica per quatuor, fiunt quadraginta octo; partire per novem, novies quini, quadra quinquis. Quinque ergo signis, ex quo luna nata est exactis, quæ haud dubie in eodem quo sol est sidere, semper accenditur. In sexto jam signo luna duodecima commoratur. Quod si unum remanserit, sex horas signi sequentis noveris esse completas; si duo, duodecim; si tria, octodecim; si quatuor, diem integrum; si octo, octies senas horas, id est, duos adjectos esse dies. Ex quibus tamen horis, per terna semper signa binas subtrahere memento. Operosum est enim in singulis signis horas minutatim dividere per uncias. Unde in præsentem quamvis ad nonas portiones tria remanserint, non horas tamen octodecim, sed sexdecim, sexti signi luna duodecima complebit. Et hæc quidem luna in prima vel media parte signi, cujuslibet nata, prompta est computatio. Sin autem alias quot primo signo luna accensa vel demperit vel retinuerit partes, tot sequentibus etiam retrahere vel adjicere recorderis, novem horis in luna pro quinque diebus in sole computatis. Luna zodiacum, id est, circulum. Luna in unoquoque mense suo, id est, in viginti et novem diebus, et duodecim horis, circuit duodecim signa, et unum pene insuper. Hoc argumento inusitato deprehenditur luna decima tertia circuire zodiacum melius quam in illo alio usitatissimo, quod potest probari, si trigesimam lunam hoc argumentum consideraveris. Istud namque argumentum est verius, quia ad liquidum hæc ratio comprehenditur. Illud ergo aliud argumentum per triginta dies computat signum, quod non ita esse manifesta ratio docet, quia scilicet ætas lunæ in viginti novem diebus et duodecim horis completur. Nos tamen illo argumento triginta dies damus, propter facilitatem computandi. Et ideo istud argumentum quia subtilius est, ideo verius, quod probatur ita: quia trigesimam lunam secundum hoc argumentum invenies tredecim signa habere per acta; illo vero alio non amplius quam duodecim. Tredecies in duodecim suis conficit mensibus. Quomodo tredecies? Quia postquam luna accensa fuerit in prima parte signi per viginti septem dies et octo horas, currit duodecim signa, usque dum venerit ad eam primam partem signi, ubi accensa fuit, et per illud signum, a quo cœpit recurrat iterum duos dies et quatuor horas, duobus scilicet diebus et sex horis et bisse, id est, octo uncis unius horæ per singula signa decurrens. Multiplica illos duos dies x i, et invenies viginti quatuor dies; multiplica sex prælatas horas duodecies similiter, et fiunt septuaginta duæ horæ. Divide per viginti quatuor, fiunt ter viginti quatuor, et reddunt tres dies. Supersunt adhuc in singulis signis bisse unus horæ. Duodecim ergo bisse octo faciunt horas. Collige in unum, et fiunt viginti septem dies, et octo horæ, in quibus viginti septem diebus et octo horis conficit luna totum zodiacum: sed tamen adhuc desunt ei de suo cursu duo dies, et quatuor horæ, antequam peracta sint, et in illis duobus diebus et quatuor horis recurrit per illud signum quo cœpit et quo desunt, antequam in-

octava sua parte juxta vulgarem opinionem, sed juxta A tumnali præbet æquinocio. Hinc vergente ad bru-
enucleatiorem sententiam aliquanto prius, locum au- malem zonam signifero octavum Scorpionis signum

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

choaverit suum cursum secundum. Hoc modo per-
lustrat quasi tredecim signa, per unumquemque cur-
sum suum, et sic potest intelligi quod tredecies in
anno suo, id est, in CCCLIV diebus peragit duodecim
signa. Fiunt quadraginta octo, scilicet quadrantes,
quia quatuor quadrantes faciunt diem. Partire per
novem. Quinquies novem, quadrans quinquis, id est,
quadraginta quinque, et restant adhuc de quadra-
ginta octo quadrantibus tres indivisi, post quadra-
ginta quinque, qui faciunt horas octodecim, quia
unusquisque de istis quadrantibus sex horas habet
in se. Et si diligenter per hanc computationem, ad
unumquemque numerum, id est, ad unumquemque
quadrantem, sex horas multiplicaveris, invenies in
unoquoque numero novenali, id est, in novem qua-
drantibus LIV horas, quæ reddunt duos dies, et sex
horas. Ideo per tot dies et horas, et bisse unius horæ
currit luna unum signum. Quinque ergo signis, id est,
dum luna perlustraverit quinque signa, secundum
eundem numerum novenalem, tres remanserunt
post quadraginta quinque, et ad unumquemque sex
horæ multiplicantur, sicut supra dictum est. Signi
sequentis, id est, sexti. Noveris, scilicet, o calculator.
In eodem sidere, id est, signo.

Quod si unum, vel quadrans, vel punctus. Quod-
dam genus est punctorum, in quo continet unusquis-
que punctus sex horas, id est, quarta pars diei. Vel
quadrans dicitur illud genus, quia partem quartam
diei recipit in se. Nisi enim in ipso loco ubi dicit,
Partire per novem, scilicet quadrantes, unumquemque
quadrantem pro sex horis computaveris, non poteris
intelligere quomodo luna quinque signa percurrit
per eundem, id est, novenalem numerum per terna
semper signa. Bene usque ad terna signa dicit, quia
bisse quæ supersunt in luna non complent duas ho-
ras nisi in tribus signis; quia ter si ponas octo un-
cias, faciunt duas horas, quia unaquæque hora habet
duodecim uncias.

Subtrahere memento. Ideo auferre præcipit per
terna signa binas horas, quia ubi signa per novenos
quadrantes comprehendit, non computavit bisse eo-
rumdem signorum, qui faciunt horas duas in tribus
signis; et licet non computaverimus bisse, tamen
ipsa luna suos bisse perfecit.

Propterea, secundum computationem nostram, tot
signa habet percursa. Computatio, id est, in quo si-
gno sit luna elongata a sole, ex quo fuit accensa;
sin autem alias, scilicet in secunda vel in tertia, vel
in qualibet signi parte nata fuerit.

Quot primo signo. Verbi gratia, si fuerit luna ac-
censa in tertia vel quarta parte Arietis, et est elon-
gata a sole tribus signis, ex quarto signo accipies
tres partes vel quatuor, et supplebis totum Arietem.
Unde et dicitur: Quot partes dempseris, tot adjicere
recorderis. Si vero in vigesima parte vel in alia quali-
bet post medietatem signi fuerit accensa, non com-
putabis illud signum in quo fuit accensa, sed secun-
dum ab illo. Et cum perveneris ad illud signum ubi
luna est, tot partes retrahere ab eo signo quot retinuit
luna ex eo signo ubi fuit accensa, si tamen post me-
dietetatem fuit accensa. Et propterea illud signum non
computabis totum ubi est luna, quia eadem luna in
eo signo ubi fuit accensa decem partes sibi retinuit.
Et hoc est quod dicit, quot retinuerit, scilicet exprimo
signo, tot retrahere, scilicet sequentibus signis, re-
corderis. Demere est quot lineæ recessæ sint a signo,
antequam accensa sit luna, si tamen ante medietate-
m signi fuerit accensa: si vero post medietatem
signi fuerit accensa, hoc intelligitur retinere. Item:
Quot partes dempserit luna accensa in primo signo,
tot adjicere recorderis de sequenti signo. Hoc autem
fit si in anteriori parte signi fuerit luna accensa, id
est, ante medietatem; si vero post medietatem fuerit

accensa, quot retinuerit partes de novissima parte
signi ubi fuit accensa, tot retrahere recorderis de se-
quenti signo. Verbi gratia, si duodecim lineas retinuit
de signo in quo fuit accensa, totidem retrahere de se-
quentis signi extremitate.

RECAPITULATIO. — Luna zodiacum tredecies. Nam
tredecim menses lunares, qui habent solummodo
viginti et septem dies, et octo horas, absque dubi-
tatione in zodiaco reperiuntur, computatis semper
viginti novem diebus in una luna, et triginta in alia.
Et ex his duobus diebus et quatuor horis qui post
viginti septem dies, et octo horas per singulos men-
ses tibi remanserint, decimum tertium perficies, li-
cet unus desit dies.

Partire per novem. In his enim novem quadrantibus
decurrit unumquodque signum luna; et si solum-
modo novem in luna inveneris, integrum signum
peractum habebis; et si bis novem, duo; si ter,
tria, et reliqua, dempto semper bisse. Novies enim
sex LIV fiunt. Et per tot horas discurrit unumquodque
signum et bisse. Nam et hoc quod unaquæque pars
ex quatuor multiplicatis sex horas habet, ipse in
subsequentibus demonstrat dicens: Si unus reman-
serit sex horas, etc.

Quinque ergo signis ex quo luna nata est exactis.
Cave hic quod in alio loco in argumento dixit, lunam
a sole quatuor punctis elongari; hic vero non inter
solem et lunam metitur, sed a loco incensionis lunæ,
usque ad punctum cujuslibet signi in quo currit, id
est, de signo quando accensa est, usque ad signum
in quo est, semper retrahere binas horas de residuis
horis, quæ remanserint post novenos quadrantes,
scilicet per terna semper signa.

Quot primo signo luna accensa vel dempserit vel re-
tinuerit partes. Verbi gratia. Præsens luna nata fuit
in quinta parte Arietis, et viginti quinque partes po-
stea retinuit, per quas cucurrit. Quinque dempsit, quas
non tetigit. Ac deinde si probare volueris hodie
nona luna in quo signo est, multiplica novem per
quatuor, fiunt triginta sex, scilicet quadrantes. Mul-
tiplica septem ex his, scilicet quadrantibus, per sex,
propter sex horas, quæ in unoquoque quadrante sunt,
et tres horas sume de vigesimo nono quadrante et ha-
bebis quadraginta quinque horas; et da Arieti, quia
tot horas per eum cucurrit, computatis semper no-
vem horis in cursu lunæ, pro quinque partibus, id
est, diebus solis. Quod hic etiam bene convenit;
nam quinquies novem XLV, et quinquies quinque XXV.
Tot enim partes solis semper, per tot horas luna
discurrit. Accipe de quinque viginti septem quadran-
tes, et da novem Tauro, novem iterum Geminis, et
similiter novem Cancro. Et adhuc habes quadrantem
et dimidium, qui reddunt novem horas, ex quibus
duæ tribus signis peractis dabuntur, et sic restant
septem horæ. Ergo nona luna VII horas in Leone erit.
Luna accensa vel dempserit, scilicet de primo signo
in capite. Tot retrahere, scilicet de fine sequentis
signi, et adjicere ad primum signum recorderis. Vel
retinuerit, scilicet de primo signo in fine, tot retra-
here similiter de fine subsequentis signi, et adjicere
ad primum signum recorderis. Novem horis in luna,
pro quinque diebus in sole computatis, quia quod sol
agit quinque diebus, hoc facit luna in novem horis.
Quod ita probatur. Sexies quini, XXX, sexta ejus pars
sunt V. Hoc ad solem pertinet. Triginta diebus unum-
quodque signum perlustrat. Et contra luna duobus die-
bus et sex horis perficit unumquodque signum, quæ
faciunt horas LIV.

RECAPITULATIO. — Luna zodiacum tredecies, etc.
Zodiacus signifer. Zoa Græce, animal Latine. Inde
zodiacus dicitur a zois, id est, animalibus, quorum
imagines ibi depictæ sunt.

Duobus diebus et sex horis, ac bisse, etc. Si diligen-

à parte quam in medio Octobri, nonum Sagittarii ab ea quam in medio Novembri, decimum Capricorni

ab ea quam in medio Decembri sol inhabitat caput attollit, et propterea, ut vulgo creditur, in octava sua

GLOSSÆ ET SCHOLIA.


ter quæsieris, invenies lunam in unoquoque signo duobus diebus et sex horis, ac bisse unius horæ, insuper etiam duodecimam partem unius horæ immorari. Et si cogitas cur ipsam particulam prætermisit, dico quia perito calculatori hanc minime latuisse præscivit, et ideo fastidium locutionis amisit. Quæ quidem ratio ita probari potest. Quemadmodum novem horæ in luna, et quinque dies in sole, et sicut novem quadrantes in luna, et dies in sole, ita quoque viginti septem dies in luna, et cclclx in sole, omnino concordant. Et restant adhuc de cursu solis dies quinque, et de cursu lunæ octo horæ et duodecim particulæ, ex quibus nona hora conficitur. Sicque cursus solis et lunæ per zodiacum concordare probatur. In hoc loco novem quadrantes, et duo dies et sex horæ, æqualem habent numerum.

Operosum est enim, in singulis signis, etc. Laboriosum est enim unicuique signo statim post novem quadrantes, octo tribuere uncias. Et ideo brevitatis causa prætermittuntur, usque dum, tribus signis peractis, duæ horæ, id est, tres bissæ, restituantur. Et

hæc quidem luna in prima vel media parte signi cujuslibet nata, prompta est computatio, quia quanto minus restaurare oportet. tanto facilius est computatio.

Sin autem alias quod primo signo, etc. Id est, si alio loco accensa fuerit quam in prima vel media signi parte. Dempserit, scilicet in capite signi, vel retinuerit, scilicet de fine signi, tot sequentibus scilicet signis retrahere vel adjicere, scilicet ad illud signum, in quo primo fuit luna, recorderis. Hanc igitur restaurationem taliter agere debes. Si vis unum diem restaurare, tribue illi novem punctos; si duos, octodecim; si tres, viginti septem; si quatuor, triginta sex; si quinque, quadraginta quinque, qui faciunt novem horas. Et hoc est quod dicitur, Novem horis in luna pro quinque diebus in sole computatis. Potest etiam id ipsum ita facere. si unum diem restaurare gestis, da illi duas horas, ex quibus semper decimam recide patrem. Si quinque, tribue illis decem horas; abjecta decima parte, novem horæ itidem restant.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — Singuli autem menses sua signa. Distributio signorum est per singulos me-



ses, quod tamen haud commode fieri potest; non enim initia mensium Romanorum (de his enim agitur) respondent mensium principiis; in mediis enim mensibus sol fere novum aliquod signum ingreditur, veluti 11 Januarii Aquarium, quæ tamen ratio firma non est. Nam olim, ut apparet, ipsis mensium Kalendis in aliud signum transitus fuit; nec desunt qui opinantur Christum natum esse nocte brumali; quæ totius anni longissima est: ea tum fuit viii Kalendas Januarii. Nostra ætate vero bruma fit pridie Idus Decembris, id est, xiii diebus citius: quod propterea accidit, quia annus solaris brevior est aliquanto quam computatur. Constat enim diebus cclclxv et quadrante non integro; qui quoniam propter intercalandi commoditatem sumitur integer, necesse est tardius annum exire quam sol signiferum per mensus est, quæ temporis redundantia remedium nondum invenit intercalationis, seu potius ademptionis. Tolleretur autem (si id liberet Ecclesiæ, seu Romano pontifici, cui primum potestas intercalandi data est) ad hunc modum: Primum, dies qui sunt a duodecima die Decembris, quo bruma est, usque ad Kalen-

das Januarias, Decembri detraherentur, scilicet undeviginti, constaretque eo tantum anno December duodecim diebus; præterea centesimo decimo quoque anno non intercalaretur, intercalatio enim plus temporis addit, quam solis circuitus requirit, quod nisi detractatione tolli non potest. Hoc pacto contingeret ut constanter toto ævo sol Capricorni sidus ingredietur Kalendis Januarii, quod annis quingentis ante Christum natum fuit, si modo tandiu intercalatum est. Apposui hic, non quidem quod ego tempora in ordinem alium redigi cupiam, sed ut lectori constaret, quæ ratio sit, quod bruma jam propius eveniat Kalendis Decembris, quam dum Servator noster nasceretur quodque aliquando futurum sit durante longo sæculorum ordine, ut eodem tempore December eveniret quæ nunc habemus Novembrem.

Sicut quidam veterum etiam versibus explicavit Apud quem ex veteribus poetis hi versus habeantur, non memini me legisse, apparet cujusdam recentioris quam est Manilius, apud quem similes leguntur, sed non iidem. Solent autem olim in Kalendis (ut vocant) hi versiculi singulis mensibus distribui,

parte, ut vero Ægyptus, mater artium, docet, aliquot partibus antea, brumali solstitio dedicat mansionem; dein, reverso ad altiora signiferi cursu circuli, undecimum Aquarii sidus a parte solari mediantis Januarii; duodecimum Piscium ab eadem parte Februarii verticem erigens, finitur in medio Martii, ubi Aries subsequens ortus sui pandit initium, si quidem omnia signa, etsi non formæ figura, regionum tamen

A suarum conjunctione et computandi sibi ratione coherent, de quibus poeta:

Idcirco certis dimensum partibus orbem,
Per duodena regit mundi sol aureus astra.

Signifer autem lacteum circulum in Sagittario recipit et Geminis. Multa hinc dici poterant, sed hæc melius a colloquente quam a scribente fiunt. Sane quia de planetarum quarum per signiferum circulum

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

veluti jam prænotantur versibus parum sobriis et nihil cruditis. Prioris generis vidi vetustissimum quemdam codicem sacrarum cantionum et lectionum, passim aureis litteris scriptum cum eisdem versibus in titulis mensium, quem Colonia nobis ostendit in æde divi Gereonis D. Andreas Barduicensis ejusdem loci canonicus.

Aries Phrixæ Kalendas. Phrixæus Arietis cælestis epitheton ab eventu, quod Phrixum et Hellen per mare (quod ab ea postea Hellespontus dictum est) transtulerit. Vide poeticon astronomicon Julii Higini.

Maius Ageronei. Agenoreum Taurum vocat a Venere, cujus domus est in hoc signo. Agenoream enim veteres acceperunt deam quæ ad agendum excitaret: hæc non alia est quam Venus, quæ cuncta viventia ad gignendum excitat.

Junius æquatos cælo videt ire Laconas. Æquatos Lacones, Geminos intellige, Castorem videlicet et Pollucem, quos Jupiter, propter imperii moderationem qua simul usi sunt in Lacedæmonios, inter nobilia astra collocavit.

Solstitia ardentis. Sol in prima parte Cancræ solstitium efficit, quo tempore umbra prope absumuntur, et æstus, propter astri sublimitatem, supra modum augentur; propterea ardentem appellavit.

Leo fervidus. Sol in hoc signo dies caniculares mortalium corporibus fervore intolerabiles reddit.

Æquat et October. Respicit æquinoctium, quod sit autumno in prima parte Libræ.

Scorpius hibernum præcepit. Præcipitem scorpium intelligimus, propter subita dierum decrementa, quæ sub hoc sidere celerrima sunt.

Principium Jani sancit Tropicus Capricornus. Capricornus signum est tropicum, quemadmodum et Cancer. Nam ut in illo solstitium fit, ita in hoc bruma, qui dies sunt in auctum lucis et tenebrarum postremi. Quod autem dicatur habere Januarii principium, ad nostram ætatem non quadrat, sed sic fuit, quemadmodum supra ostendimus duobus ab hinc annorum millibus.

Solidi stat sidus aquari. Cur solidi, cum a Lucano levis dicatur, ab aliis citus, ab aliis præcepit? Respicit hic diei tardum incrementum, quod tum vix dum advertitur; et astrologi fixa vocant signa quæ sequuntur statim tropica, qualis est aquarius; qui secus eum vocant, respiciunt temporis moram, quo totus exoritur, quod fit intra horam, dum alia quædam plus quam duas horas conficiant, priusquam integra orientur, propter flexum signiferi. Per Numæ mensem Februariam intellige. Hunc enim anno adiecit ante a Romulo instituto, veluti et Januariam.

Duarum horarum spatium. Intellige horas inæquales, seu temporales, non æquinoctiales, alioqui falsum esse facile constat ex his quæ traduntur de exortu et occasu siderum inæquali.

Decem semis horæ. Intellige quibus sol longius in unoquoque signo commoratur quam triginta diebus.

Primum igitur Arietis signum. Obscurius paulo Beda indicat in quibus cæli partibus seu signis quolibet mense sit sol, vel, quod idem est, quod signum quovis mense cum sole orientur, quod ut quolibet mense et cujusque mensis die exacte sciatur nostra ætate, ascripti ad finem tabulam dierum, et partium

signorum, ad annum salutis 1540 exacte computatam.

Et ideo juxta quosdam in octava sui parte. Ad hunc modum Plinius tradit libro II naturalis Historiæ, cap. XIX. Sol autem ipse quatuor, inquit, differentias habet, bis æquata nocte diei, vere et autumno, in centrum incidens terræ, in octavis partibus Arietis et Libræ, bis permutatis spatiis in auctum diei, bruma octava in parte Capricorni, noctis vero solstitio totidem in partibus Cancræ. Sed dubitet quispiam, cum obliqui circuli ratio sit immutabilis, nec alio loco possint fieri æquinoctia quam ubi signiferi et æquinoctialis sunt sectiones, et harum sectionum una prima sit pars Arietis, altera vero Libræ pars seu gradus primus sine ulla mutatione, quomodo igitur intelligemus æquinoctia fieri in octavis partibus, cum ipsa sectio circulorum signiferi et æquatoris efficiat primas partes Libræ et Arietis. Respondeo ad hunc modum: Ægyptii, seu, ut est apud Plinium, Anaximander Milesius, cum primum deprehenderent et signiferi obliquitatem, atque in eo solis æquinoctia vel solstitia, respexerunt juxta ea loca vicina astra, quibus tum Arietis et Tauri nomina indebantur, notaruntque horum asterismorum in cælo tractus et longitudines, ut unumquemque locum manifesta nota deprehenderent. Deinde totum illud astrum dividentes in partes xxx, certa parte imaginis locum æquinoctii aut solstitii signabant; ut, verbi gratia, quo loco tunc æquinoctium fuit, ibidem pars octava ejus asterismi qui Aries in cælo dicitur reperiebatur. Verum cum stellæ fixæ ad motum nonæ spheræ paulatim contra cælum moverentur in exortum, non poterat hæc ratio stabilis esse. Quapropter universum circulum solis sequentes diviserunt in XII spatia æqualia, quæ dicuntur Græce dodecamoria, quorum unumquodque dividebatur in xxx partes, quæ nunc gradus dicuntur, omissa computatione quæ per partes asterismi fiebat. Asterismorum enim omnium magnitudo non est æqualis. Hoc modo existimo intelligendum esse locum Plinii, et quemlibet alium ubi est æquinoctia aliter evenire quam in primis partibus Arietis et Libræ. Hoc si quis volet clarius accipere, sumat Astrolabium quod superioribus annis edidimus, notet in eo primam partem Cancræ, non quidem ejus astri, sed dodecamorii illius, quod quartum est a sectione æquinoctialis: ad eam partem postquam sol pervenit, dicitur esse in prima parte dodecamorii quidem, non tamen in prima parte Cancræ, id est, ejus astri, sed circa secundam partem Geminorum, quæ est in altera stellarum, quæ priorem pedem Geminorum deformant; unde ipsa Cancræ imago plurium partium intervallo digressa est. Propterea (ut linem faciam) quando solem dicimus esse in Leone seu alio quolibet signo, non astrum, sed dodecamorion intelligere debemus ab Ariete quartum. Horum unumquodque sol spatio tricenorum dierum et decem horarum percurrit, de quibus poetæ locus intelligendus est, quem hic Beda citat ex Georgicon.

Ut vero Ægyptus mater artium docet. Aristoteles quoque auctor est, abstrusarum artium primam inventionem esse Ægyptiorum sacerdotum, quibus interdictum fuit profanis rebus operam dare. Vide principium Metaphysices apud Aristotelem.

meatus est ordine et tempore supra memoravimus, A senis horis ac besse unius horæ perlabitur. Si autem tantum nunc dicamus q̄ ia sol CCCLXV diebus et VI horis, luna XXVII diebus et VIII horis, zodiaci ambitum lustrant; singula vero signa sol tricenis diebus, denis horis ac semisse, luna autem binis diēbus et quæris bessis quid significet, et in principiis hujus opusculi de calculis diximus, et hunc breviter repetimus. Tanto minus est bessis ab integra hora, quantum VIII a XII, XX a XXX, X a XV; tertia enim parte

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Hæc tabula integrum annalem complectitur, in quo menses ac mensium singulorum dies ordine ponuntur; e regione numerus partium seu graduum in signifero, qui singulis diebus respondent. Tertius numerus est minutorum, quæ λέτρα πρώτα alibi declaravimus.

JANUARIUS.				MARTIUS.				MAIUS.					
	Di.	Gra.	Mi. p.		Di.	Gra.	Mi. p.		Di.	Gra.	Mi. p.		
Circum.	1	29	34	Capricor.	1	21	8	Pisces.	Philip.	1	20	52	Taurus.
	2	21	36	—	2	22	7	—	—	2	21	30	—
	3	22	37	—	3	23	—	—	Cru.	3	22	27	—
	4	25	38	—	4	24	6	—	—	4	23	24	—
	5	24	39	—	5	25	6	—	—	5	24	22	—
	6	25	41	—	6	26	5	—	—	6	25	10	—
	7	26	42	—	7	27	5	—	—	7	26	17	—
	8	27	43	—	8	28	4	—	—	8	27	14	—
	9	28	44	—	9	29	3	—	—	9	28	12	—
	10	29	45	—	10	0	2	Ariēs.	—	10	29	9	—
	11	0	47	Aquarius.	11	1	1	—	—	11	0	6	Gemini.
	12	1	48	—	12	2	1	—	—	12	1	4	—
	13	2	49	—	13	3	0	—	Serva.	13	2	1	—
	14	3	50	—	14	3	59	—	—	14	2	58	—
	15	4	51	—	15	4	58	—	—	15	3	55	—
	16	5	52	—	16	5	57	—	—	16	4	52	—
	17	6	53	—	17	6	55	—	Ger.	17	5	50	—
	18	7	54	—	18	7	54	—	—	18	6	47	—
	19	8	55	—	19	8	53	—	—	19	7	44	—
	20	9	56	—	20	9	52	—	—	20	8	41	—
Agne.	21	10	57	—	21	10	51	—	Bene.	21	9	38	—
	22	11	58	—	22	11	49	—	—	22	10	35	—
	23	12	59	—	23	12	48	—	—	23	11	32	—
	24	14	0	—	24	13	47	—	—	24	12	29	—
Paul.	25	15	1	—	25	14	45	—	Mari.	25	13	27	—
	26	16	2	—	26	15	44	—	—	26	14	24	—
	27	17	2	—	27	16	43	—	Urban.	27	15	21	—
	28	18	3	—	28	17	41	—	—	28	16	18	—
	29	19	4	—	29	18	40	—	—	29	17	15	—
	30	20	5	—	30	19	38	—	—	30	18	12	—
	31	21	5	—	31	20	37	—	—	31	19	9	—
FEBRUARIUS.				APRILIS.				JUNIUS.					
	Di.	Gra.	Mi. p.		Di.	Gra.	Mi. p.		Di.	Gra.	Mi. p.		
Purif.	1	22	6	Aquarius.	1	21	35	Aries.	1	20	6	Gemini.	
Blasi.	2	23	6	—	2	22	34	—	—	2	21	3	—
	3	24	7	—	3	23	32	—	Eras.	3	22	0	—
Agat	4	25	7	—	4	24	30	—	—	4	22	57	—
	5	26	8	—	5	25	29	—	Bonif.	5	23	54	—
	6	27	8	—	6	26	27	—	—	6	24	51	—
	7	28	9	—	7	27	25	—	—	7	25	48	—
	8	29	9	—	8	28	23	—	—	8	26	45	—
	9	0	9	Pisces.	9	29	21	—	—	9	27	42	—
	10	1	10	—	10	0	20	Taurus.	—	10	28	39	—
	11	2	10	—	11	1	18	—	—	11	29	36	—
	12	3	10	—	12	2	16	—	—	12	0	33	Cancer.
	13	4	11	—	13	3	14	—	—	13	1	30	—
Valent.	14	5	11	—	14	4	12	—	—	14	2	27	—
	15	6	11	—	15	5	9	—	Viti.	15	3	24	—
	16	7	11	—	16	6	7	—	—	16	4	21	—
	17	8	11	—	17	7	5	—	—	17	5	18	—
	18	9	11	—	18	8	5	—	—	18	6	15	—
	19	10	11	—	19	9	1	—	—	19	7	12	—
	20	11	11	—	20	9	58	—	—	20	8	9	—
Pet.	21	12	11	—	21	10	56	—	—	21	9	6	—
	22	13	11	—	22	11	54	—	—	22	10	3	—
Matt.	23	14	11	—	23	12	52	—	—	23	11	0	—
	24	15	10	—	24	13	49	—	Joan. Ba.	24	11	57	—
	25	16	10	—	25	14	47	—	—	25	12	54	—
	26	17	10	—	26	15	44	—	—	26	13	51	—
	27	18	9	—	27	16	42	—	—	27	14	49	—
	28	19	9	—	28	15	40	—	—	28	15	46	—
	29	20	8	—	29	18	37	—	Pe. Pau.	29	16	45	—
				—	30	19	35	—	—	30	17	40	—

subtracta, quoties duæ solum remanent, ipsæ duæ A mus, lunam XXVII diebus et tertia diei parte tantom partes bessis, ipsa tertia triens nuncupatur. Errant conficere cursum, quantum CCCLXV diebus et ergo qui lunam tricenis diebus tantum spatii coelestis, quarta diei parte constat cōficere solem, et quantum quantum CCCLX et V solem percurrere dicunt, cum spatii in uno suo mense lunam, tantum in tredecim manifesta veritas prodat quod et supra perstrinx- suis¹ solis explere circuitum.

VARIANTES LECTIONES.

¹ Add. mensibus C.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

JULIUS.				SEPTEMBER.				NOVEMBER.						
Vit. Ma.	Di.	Gra.	Mi. p.	Egid.	Di.	Gra.	Mi. p.	Virgo.	Ont. SS.	Di.	Gra.	Mi. p.	Scorpio	
	1	18	57	Cancer.		1	18	15			1	19	2	
	2	19	54	—		2	19	14	—		2	20	2	—
	3	20	51	—		3	20	13	—		3	21	3	—
	4	21	28	—		4	21	11	—		4	22	4	—
	5	22	25	—		5	22	10	—		5	25	5	—
	6	23	22	—		6	23	9	—		6	24	6	—
	7	24	19	—		7	24	8	—		7	25	7	—
	8	25	16	—	Na. Ma.	8	25	7	—		8	26	8	—
	9	26	13	—		9	26	5	—		9	27	9	—
	10	27	11	—		10	27	4	—		10	28	10	—
	11	28	8	—		11	28	3	—	Mart.	11	29	11	—
	12	29	5	—		12	29	2	—	Cunib.	12	0	12	Sagittar.
Marg	13	0	2	Leo.	Matern.	13	0	1	Libra.		13	1	13	—
	14	1	0	—	Exalt. †	14	1	0	—		14	2	14	—
	15	1	57	—		15	1	59	—		15	3	15	—
	16	2	54	—		16	2	59	—		16	4	16	—
	17	3	52	—	Lamb.	17	3	58	—		17	5	17	—
	18	4	49	—		18	4	57	—		18	6	18	—
	19	5	46	—		19	5	56	—		19	7	19	—
	20	6	44	—		20	6	56	—		20	8	20	—
	21	7	41	—	Mat.	21	7	55	—	Præf. Ma.	21	9	21	—
Magd.	22	8	38	—		22	8	55	—	Cæcil.	22	10	22	—
	23	9	36	—		23	9	54	—		23	11	23	—
	24	10	33	—		24	10	54	—		24	12	24	—
Jacob.	25	11	31	—		25	11	53	—	Catha.	25	13	25	—
Annæ.	26	12	28	—		26	12	53	—		26	14	26	—
	27	13	26	—		27	13	52	—		27	15	27	—
	28	14	23	—		28	14	52	—		28	16	28	—
Paul.	29	15	21	—	Mich.	29	15	51	—		29	17	29	—
	30	16	18	—		30	16	51	—	Andr.	30	18	30	—
	31	17	16	—										
AUGUSTUS.				OCTOBER.				DECEMBER.						
Pet.	Di.	Gra.	Mi. p.	Leo.	Remi.	Di.	Gra.	Mi. p.	Libra.	Di.	Gra.	Mi. p.	Sagit.	
	1	18	14	—		1	17	51	—		1	19	56	—
	2	19	11	—		2	18	51	—		2	20	58	—
	3	20	9	—		3	19	50	—		3	21	59	—
	4	21	7	—		4	20	50	—	Barb.	4	22	41	—
	5	22	4	—		5	21	50	—		5	25	42	—
	6	23	2	—			22	50	—	Nicol.	6	24	44	—
	7	24	0	—		7	22	50	—		7	25	45	—
	8	24	58	—		8	24	50	—	Conc. Ma.	8	26	47	—
	9	25	55	—	Diony.	9	25	50	—		9	27	48	—
Laur.	10	26	53	—	Geron.	10	26	50	—		0	28	50	—
	11	27	51	—		11	27	51	—		11	29	51	—
	12	28	40	—		12	28	51	—		12	0	53	Aquarius.
	13	29	47	—		13	29	51	—	Luciæ.	13	1	54	—
	14	0	45	Virgo.		14	0	51	Scorpio.		14	2	56	—
As. Mar.	15	1	45	—	Maur.	15	1	51	—		15	3	57	—
	16	2	41	—		16	2	52	—		16	4	59	—
	17	3	39	—		17	3	52	—		17	6	0	—
	18	4	37	—		18	4	52	—		18	7	2	—
	19	5	35	—		19	5	53	—		19	8	3	—
Bern.	20	6	34	—		20	6	53	—		20	9	4	—
	21	7	32	—	Ursul.	21	7	54	—	Thom.	21	10	6	—
	22	8	30	—		22	8	55	—		22	11	7	—
	23	9	29	—	Sever.	23	9	55	—		23	12	9	—
Bart.	24	10	27	—		24	10	56	—		24	13	10	—
	25	11	26	—		25	11	56	—	Nat. Do.	25	14	12	—
	26	12	24	—		26	12	57	—	Steph.	26	15	13	—
	27	13	22	—		27	13	58	—	Joan.	27	16	14	—
	28	14	21	—	Simo.	28	14	59	—	luno	28	17	16	—
	29	15	20	—		29	15	59	—		29	18	17	—
	30	16	18	—		30	17	0	—		30	19	18	—
	31	17	17	—		31	18	1	—		31	20	19	—

CAPUT XVII.

De lunæ cursu per signa.

Luna quotidie quatuor punctis, sive crescens a sole longius abit, seu decrescens soli vicinior quam pridie fuerat redditur; singula autem signa decem punctos habent, id est, duas horas, sicut et superius

GLOSSÆ ET SCHOLIA.


CAPUT XVII.

BRIDEF. RAMES. GLOSSÆ. — Luna quotidie quatuor punctis sive crescens a sole longius abit, seu decrescens soli vicinior, quam pridie fuerat redditur. Singula autem signa decem punctos habent, id est, duas horas, sicut et superius admonuimus.

una quotidie quatuor punctis a sole elongatur,

A admonuimus; quinque puncti horam faciunt. Et ideo si vis scire in quo signo luna est, sume lunam quam volueris, utputa quintam, multiplica per quatuor, fiunt viginti; partire per decem, bis deni vies; duobus ergo signis quinta luna semper a sole distat. Item sume octavam lunam, multiplica per quatuor, fiunt triginta duo, partire per decem, ter deni tries,

usque ad plenum orbem; et iterum eodem spatio ad solem quotidie redeundo appropinquat. Quos quatuor punctos dodrantem et semunciam Plinius Secundus, in naturali Historia, solet appellare. Sed quia hoc spatium temporis, quo luna crescere aut decrescere perhibetur, quantæ et qualis mensuræ sit non facile patet, apertis numerorum exemplis ape-



rere debemus. Horam igitur quartam notissimas portiones habere omnis calculator dubitare non debet. Dividitur aliquando in quatuor punctos, aliquando in quinque, aliquando in decem minuta, frequentissime in quadraginta momenta; dum autem minutissime, in sexaginta ostenta. Hæ tamen omnes partitiones inventæ sunt ab auctoribus ad inveniendos umbrarum transitus in horologio. Partitonamque horologio in viginti quatuor spatia, juxta numerum viginti quatuor horarum, quibus sol universum lustrat mundum, addiderunt singularum horarum divisiones, ut facillime invenirent horarum transitum per motum ipsius umbræ in spatiis horologii. Dum ergo transiret umbra per quartam partem unius spatii, quod horam significat in horologio, punctum vocabant; ipse vero punctus continet decem momenta. Addiderunt etiam alterum punctum, dum umbra per quintam partem

C noræ transcurrit, propter lunæ discursum, qui punctus octo momenta colligit, ex quibus punctis luna quotidie quatuor peragit, quinto in ipso remanente. Octo namque momenta, quinquies multiplicata; horam unam perficiunt. Momentum vero est quadragesima pars unius horæ. Ita namque voluerunt astrologi minutissimum siderum motum per umbras intelligere, ut quadragesimam partem unius horæ sentirent, dum umbram per quadragesimam partem in horologio ipsius spatii, quod unam horam significat, signifer transiret. Nec hoc suffecerat eis, sed et minora addidere spatia, quæ vocantur ostenta. Unum enim momentum, ostentum semis comprehendit. Maxima ergo spatia divisionum unius horæ puncta dicuntur; minima vero, ostenta, vel atomi. Sed, ut prædiximus, punctorum duæ sunt mensuræ: una quidem quartam partem unius horæ, id est decem momenta; altera

et remanent duo ; tribus ergo signis et duobus punctis, octava luna semper a sole dirimitur. Duos autem punctos sex partes intellige, id est, quantum sol in zodiaco sex diebus conficit itineris, punctus siquidem habet tres partes, quia signum quoque decem punctos, triginta autem habet partes. Item sume nonam decimam lunam, multiplica per quatuor, fiunt se-

A ptuaginta sex; partire per decem, septies deni septais, et remanent sex; septem ergo signis et hora una, quod est dimidium signi, ac puncto, id est, tribus partibus, nona decima semper in itinere quo coeperat a sole digressa est. Et ne suspicio tibi forte argumenti fallentis incidat, quære ad diametrum cœli, quod quintam decimam lunam tenere nemo est

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

vero quintam continet, habens in se octo momenta. Minutum vero est maxima pars unius horæ; ostentum vero 60 pars horæ est, habens in se CCCLXXVI atomos. Una vero hora habet in se XXII atomos, et DLX. Ex his tamen partitionibus prædictis dua stantim ad hanc præsentem quæstionem, id est, ad lunæ discursum pertinere non dubium est, quinariam scilicet et quadragesimam. Quinaria namque ad solius lunæ cursum pertinet, cæteris partitionibus et solis et lunæ discursibus attributis. Quod ergo Plinius Secundus refert, lunam dodrantes et semuncias horarum aut oriri aut occidere tardius quotidie quam pridie fuerat in ortu aut in occasu, tanti spatium temporis tenet, hoc est xxx et unum momenta, et bisse unius momenti. Dodrans quippe in omni mensura tres quartas partes continet. Si ergo hora una quadraginta habet momenta, sequitur ut dodrans unius horæ triginta momenta contineat. Dum autem una hora in duodecim uncias ad similitudinem assis dividitur, duodecima ejus pars, quæ uncia vocari potest, in tribus momentis ac tertia unius momenti parte invenitur. Cujus uncie dimidium est momentum, unum et dimidium momenti, et sexta pars unius momenti. Igitur prædictum spatium, id est, dodrans et semuncia, xxxi momenta, et duas tertias partes, id est, bessem sive bissem intra se colligit. Bes namque, ut Priscianus docet, pro des ponitur. Des vero nomen compositum est, dempto, scilicet vero triens a nomine, quod est triens una littera quidem assumpta. Hinc est des compositum, dempto triente, pro quo nomine ponimus bes. Sed prædictum spatium, quod a Plinio Secundo juxta naturalem lunæ cursum expressum est pro facilitate calculandi, Beda quatuor punctorum nomen et mensuram appellare curavit. Si quis vero vult dignoscere quanta differentia sit inter dodrantis et semuncie spatium, et quatuor punctorum, sciat talem esse differentiam qualem inter triginta duo momenta, et triginta unum, et bisse unius momenti. Hæc autem differentia invenitur in tertia parte unius momenti. Quatuor igitur puncti superant dodrantem et semunciam, in tertia parte unius momenti; dodrantis vero et semuncie ratio atque mensura ex duodenario numero facile comprehenditur. Sit enim, exempli causa, duodenarius numerus quasi uncia una : dividitur illa uncia in tres partes, tertia pars quaternarius est. Quaternarius enim ter ductus, in duodenarium crescit. Cujus tertiæ partis, id est quaternarii dimidium, binarius est; qui binarius, duodenarii sexta. Hinc ostenditur quod in omni mensura dimidium tertiæ sexta totius pars invenitur. Item ejusdem duodenarii numeri dodrans, novem sunt. Tantum enim in una hora dodrans tenet, quantum in duodenario novem. Alio modo : Hora quadraginta momenta habet, et unumquodque momentum quatuor habet trientes. Duodecima pars ipsorum quadraginta momentorum uncia vocatur. De triginta sex momentis accipe tria momenta, quia duodecima pars illorum est, et de quatuor momentis accipe unum trientem, id est, duodecimam partem illorum, et junge ipsum trientem cum tribus prædictis momentis, et erit tibi uncia. Et medietas unius uncie, id est, momentum et dimidium, et medietas trientis, quæ vocatur sextans, id est, sexta pars momenti, semuncia vocantur. Ergo hora quadragesima, ut diximus, habet momenta; et unumquodque momentum tres trientes. Quadraginta

enim ter, sive ter quadraginta, cxx sunt. Et ideo unum est, triens unius momenti, et centesima vicesima pars unius horæ. Prima igitur luna post solis occasum lucens, moratur super terram, spatio dodrantis et semuncie unius horæ. Luna secunda post solis occasum moratur super terram, lucendo hora et dimidia, et una uncia. Tertia lucens post solis occasum, moratur spatio duarum horarum, et tertiæ partis unius horæ, et semuncie; quarta, tribus horis et duabus unciis; quinta, quatuor horis, excepta semuncia; sexta, quatuor horis et dodrante; septima, quinque horis et dimidia, et semuncia; octava, sex horis, et tertia parte unius horæ; nona, lucet septem horis, et una uncia et dimidia; decima, lucet octo horis, excepta una uncia; undecima, lucet octo horis, et bisse unius horæ, et semuncia; duodecima, lucet novem horis, et dimidia; tertiadecima, lucet decem horis, et quadrante et semuncia; quartadecima lucet undecim horis, et uncia; quintadecima lucet undecim horis, et decuncem et semunciam, id est, duodecim horis præter unam unciam et semunciam. Si vero hæc computatio secundum Bedam quatuor punctis quotidie succrescat, decimaquinta luna duodecim super terram horis lucere invenitur; ac per hoc apparet quantum distat inter Plinii Secundi supputationem, quæ per dodrantes et semuncias cumulatur, et Bedæ, quæ per quatuor punctos. Invenitur enim una uncia et semisse unius uncie differentia. Plinium tamen secundum naturalem cursum esse secutum, dubitare non debemus; Bedam vero facilitatem computandi elegerit. Si igitur agnoscere cupis quantam unaquæque luna secundum Plinii Secundi computationem, a prima usque ad decimam quantam in nocte lucet, multiplica ejus ætatem quater. Et cum perspexeris quot punctos ipse quaternarius reddiderit numerus, tunc ex ipsis punctis tot tertias partes momenti subtrahe quot dies ætas lunæ habuerit. Verbi gratia; si fuerit v, quinque tertias partes momenti, id est momentum unum, et bisse unius momenti subtrahe; et si fuerit x, decem tertias partes momenti, id est, tria momenta, et tertiam partem unius momenti, subtrahe. Si fuerit xv, quindecim tertias partes momenti, id est, quinque momenta, subtrahe. Ipsa vero quinque momenta, unam unciam et dimidiam reddunt hoc modo : Tria momenta et tertia pars unius momenti unciam faciunt. Unum igitur momentum et dimidium, et sexta pars unius momenti, dimidiam unciam complent.

Hæc igitur ratio quam superius de cursu lunæ ostendimus, per omnia accessibus atque recessibus maris convenire manifestum est. Maris enim recessus atque accessus, malinæ etiam et lædon naturali sequentia lunarem cursum observant. Hinc est ut sicut luna per signa cursum suum peragit; et circa terram quotidiano ambitu revolvitur, ita maris accessus quotidianus et recessus ejusdem spatii tardius temporis aut ad terram accedit, aut a terra recedit. Et sicut luna, ut prædiximus, dodrante et semuncia, vel quatuor punctis tardius (verbi gratia) hodie quam heri orta est, aut post solis occasum supra terras moratur, similiter accessus maris aut recessus eodem spatio tardius hodie quam heri fuerat comprehenditur. Sicut enim animal ad se trahit spiritum, sic luna mare. Qui, scilicet æstus Oceani quotidie bis affluere, et scilicet bis remeare, id est,


qui dubitet, multiplica quindecim per quatuor, sunt sexaginta; partire per decem, sexies deni sexais, sex enim signis duodecim luna semper, id est, dimidio sphaerae coelestis a sole discernitur, sive ante, seu retro respexeris. Denique orbem lunae, quoties plenissimus est, contra solem cernis oppositum, humilem videlicet sole sublimi, et sublimem humili, quia

nimirum cum sole aetivum tenente circulum plena est, ipsa tenet brumalem; cum sole devexo in brumalem plena est, ipsam solstitiali scandere circulo nox longissima prodit; at cum iste aequinoctium in plenilunio, tum illa alterum servat, et quot partibus sol aequinoctium, vel solstitium, quod nuperrime lustraverat transiit, totidem partibus luna plena, ve

GLOSSAE ET SCHOLIA.

bis accedere. Inter diem et noctem unius semper horae dodrante, scilicet transmissio et semuncia, id est, momenta triginta, unumque momentum, et dimidium, et sexta pars momenti. Transmissa, id

est, transacta, ad similitudinem lunae videtur. Eiusque, scilicet Oceani. Omnes cursus, id est, contractus. In laedones. Latinus sermo, id est, laesa unda. Restringitur enim et repercutitur unda, quia non di-



mittitur tantum ire per terras, quantum malina. Malina, quasi major luna dicta, quod in ea et ipsa luna et aetius maris plus ferveat quam in laedone. Laedon enim dicta quasi laesa unda, quod in ea minus et luna et aetius Oceani fervescat. Malina et laedon lunarem mensem inter se dividunt in quatuor partes aequales. Illa namque malina, in qua prima luna invenitur, septem diebus et novem horis perseverat, et a vigesima octava inchoat, et usque ad quintam lunam extenditur. Sequitur laedon a quinta usque duodecimam permanens, septem similiter diebus et novem horis perdurat. Hinc, id est, decima tertia luna, malina secunda inchoat, in qua plenilunium ostenditur, in decima nona luna terminatur: eodem

diebus numero, et horarum permanere perhibetur, id est, in septem diebus et novem horis. Iterum laedon a vigesima luna incipiens, vigesima septima finitur praedicto numero septem dierum et horarum novem cursum suum peragit. Habes, ut puto, lunarem mensem, inter malinas et laedones in aequas partes divisum. Aetius, id est, occusiones. Sed laedon, id est, minor aetius inchoans, id est, dum inchoat a quinta et vigesima luna, duae enim sunt laedones. Quot horis, id est, septem accurrit, tot et recurrit, scilicet retrorsum. Laedon incipit a quinta luna, et permanet usque in xi et xii horis, ex duodecima luna, quia in unaquaque laedone et malina septem dies et duodecim horae continentur.

æquinoctium, vel solstitium, quod contra est, paret esse transgressa.

CAPUT XVIII.

De lunæ discursu si quis signa ignorat.

Quod si quis, signorum nescius, lunares tamen

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Luna quotidie quatuor punctis sive crescens longius a sole abit, seu decrescens, soli vicinior quam pridie fuerat, redditur, etc. Cum enim luna quatuor punctis tantum, id est, duodecim partibus quotidie a sole elongetur, et cum singula signa decem punctos, id est, triginta partes habeant, necesse est ut unumquodque eorum signorum non minus quam in duobus diebus et dimidio percurrat. Quatuor enim punctos tantum, id est, duodecim partes in elongatione sua a sole quotidie facit, et ideo, in quantum pertinet ad illam elongationem, in duobus diebus et dimidia, decem punctos, id est, unum signum percurrit; in quantum vera ad suum inter pertinet, quo quotidie tredecim partes in signifero peragit, unumquodque signum in binis diebus et senis horis, et bisse unius horæ perlabitur. Et ideo illud iter quod facit in suo integro itinere per viginti septem dies et octo horas, non potest facere in elongatione sua a sole, nisi per triginta dies. Decem punctos habent, id est, duas horas. Nunc de æquinoctialibus horis dicit. In duabus enim horis movetur unum signum, cum totum signiferum in viginti quatuor moveatur, sicut superius admonuimus, scilicet in 14 capitulo, ubi dixit: Non possunt oriri, occidere, vel de loco in locum moveri, nisi in spatio duarum horarum. Horam faciunt; scilicet secundum lunæ computum. Denique orbem lunæ quoties plenissimus est, contra solem cernis oppositum, humilem videlicet soli sublimi, et sublimem humili.

Denique orbem lunæ, id est, pleniunium. Si fuerit plenilunium in solstitio æstivo, ubi sol in quarta parte Cancræ sit, erit ipsa nocte luna plena in quarta parte Capricorni, ubi solstitium brumale sit. Et quando sol tenuerit æstivum circulum, ubi longiores dies fiunt, erit sol sublimis, et luna humilis. Cum autem sol ad brumalem partem deflectitur, fit luna plena sublimis, et sol humilis, tunc enim longiores noctes fiunt. Et si fuerit plenilunium in æquinoctio vernali, ubi sol in quarta parte Arietis sit, erit ipsa nocte plenilunium in quarta parte Libræ, ubi æquinoctium autumnale sit.

Et quot partibus transierit sol æquinoctium vel solstitium, quod nuperrime lustraverat, tot partibus transit ipsa nocte plenilunium in æquinoctio vel solstitio. Verbi gratia, si fuerit sol in decima parte Arietis, id est, in sexta parte post æquinoctium vernali, quando sublimis est sol, humilis est luna; sol et quando sublimis est luna, humilis; quantum sol elongaverit ab æstivo solstitio, tantum luna quinta decima ab alio circulo cominus.

Luna prima quot punctis lucet.

Luna prima quod partibus uti tat a sole.

Luna I.	4.	Luna α	12.	Aries.
II.	8.	β	24.	Aries.
III.	12.	γ	36.	Taurus.
IV.	16.	δ	48.	Taurus.
V.	20.	ε	60.	Taurus.
VI.	24.	ς	72.	Gemini.
VII.	28.	ζ	84.	Gemini.
VIII.	32.	η	96.	Cancer.
IX.	36.	θ	108.	Cancer.
X.	40.	ι	120.	Cancer.
XI.	44.	κ	132.	Leo.
XII.	48.	λ	144.	Leo.
XIII.	52.	μ	156.	Virgo.
XIV.	56.	ν	168.	Virgo.
XV.	60.	ξ	180.	Virgo.
XVI.	64.	ο	192.	Libra.
XVII.	68.	π	204.	Libra.

A cursus agnoscendi cupidus est, noverit et ipse solem quotidie partem unam zodiaci sui complere; neque enim aliud partes zodiaci, quam quotidianos solis in cælo debemus sentire progressus; lunam vero quotidie XIII partes ejusdem zodiaci conficere, id est,

XVIII.	48.	ρ	216.	Scorpius.
XIX.	44.	σ	228.	Scorpius.
XX.	40.	τ	240.	Scorpius.
XXI.	36.	υ	252.	Sagittarius.
XXII.	32.	φ	264.	Sagittarius.
XXIII.	28.	χ	276.	Capricorn.
XXIV.	24.	ψ	288.	Capricorn.
XXV.	20.	ω	300.	Capricorn.
XXVI.	16.	ς	312.	Aquarius.
XXVII.	12.	ζ	324.	Aquarius.
XXVIII.	8.	η	336.	Pisces.
XXIX.	4.	θ	348.	Pisces.
XXX.			360.	Pisces.

B Sume trigesimam lunam, quæ tunc fit tertio Kalend. Febr. multiplica per quatuor, fiunt cxx. Partire per decem. Duodecim deni, cenvies, id est, centum viginti. Illa cæli parte, scilicet in illa parte ubi in coitu sunt sol et luna. Illam enim partem coitus, semper trigesima luna tenet. Quam partem, id est, illum punctum cæli, ubi nunc est simul cum trigesima luna, non potest sol obtinere, nisi transactis duodecim mensibus, id est, toto anni circulo. Lunam trigesimam, scilicet Januarii vel cujuscunque mensis currit. Quam duodecim mensibus exactis, id est, toto anni circulo transmissis, id est, cccclx diebus expletis. Quinque autem dies et quadrantem non comprehendit, dum dixit unumquodque signum habere decem punctos tantum, id est, triginta partes. Et quamvis hic non computentur, complet tamen sol etiam in ipsis annum suum, et habet unumquodque signum triginta partes, et præter hoc decem horas et semis. Ipsa est enim pars eadem, in qua et nunc conversatus, lunam suo receperat in coitu. Ipsa est enim pars eadem, id est, trigesima. Quod enim dicit ipsa est pars eadem, ad trigesimam partem illarum triginta partium pertinet, quas luna a prima usque ad trigesimam ad consequendum solem in signifero peragit. Luna enim in viginti novem diebus et dimidia ad coitum venit, et ideo consuevit dicimus in triginta diebus ad coitum venire, non tamen naturaliter, sed in viginti novem diebus et dimidia naturaliter ad coitum venit. In qua et nunc conversatus, scilicet sol pro conversans, lunam suo receperat in coitu, in fine enim trigesimæ lunæ, et capite primæ, sunt sol et luna in uno coitu semper.

JOANNIS NOVIOM. SCHOLIA. — Partire per decem, ter deni tries. Passim in his formis multiplicationum postrema vox numeri, quæ id quod ex multiplicatione provenit explicat, corrupta est: quod sive Britannico idiomate, sive librorum incuria commissum sit, sive, quod supra dixit, sic a pueris proferri solere, nescio; verum quia constanter hoc factum invenimus, quid voculæ illæ significant, e regione posui in margine. Notandum autem est, quod in his computationibus loquendi forma ea utitur quam usurpant arithmetici in dividendo, nam quotientem (sic enim vocant denominantem) multiplicat per divisorem, veluti si quinquaginta dividantur per V. V, inquam, continent quinquaginta decies; deinde quinquies X, efficiunt quinquaginta, superest igitur nihil; hac enim forma explorant an aliquid supersit facta distributione.

CAPUT XVIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Quæ ut manifestiora cuilibet etiam tardioris ingenii reddantur. Quæ scilicet prædicta aut manifestiora cuilibet, id est, cuicunque. Quantum, scilicet desiderium. Ea, scilicet luna. Distinctius, id est, apertius.

punctos quatuor, et unam partem; et quia illa XIII partes complete sol unam complet, inde fieri ut, sicut supra docuimus, non plus quotidiano progressu a sole, quam quaternis punctis, hoc est, duodenis partibus, elongetur. Ponat ergo lunam ubilibet computare voluerit, utpote in Kal. Januarias primam: hæc ubi prima noctem diemque transegerit, illum cœli locum tenet, quem sol XIII mensis ejusdem die completo. Ubi secunda est, multiplica duo per quatuor, fiunt octo. Item ut de punctis ad partes pervenias, multiplica VIII per III, fiunt XXIII. Illam ergo cœli partem tenet luna II in III Nonas Januarias, quam sol viginti quatuor ab hinc die confecto. Ubi tertia est, multiplica III per quatuor, fiunt XII, partire per decem, decies asse decus, et remanent duo puncti, id est, VI partes; illam ergo cœli partem tenet luna III quam sol mense toto et diebus VI post tertium Nonas Januarias exactis, id est, VI post tertium Nonas Februarias die consummato. Ubi quarta est, multiplica hæc per III, fiunt XVI, partire per decem, decies asse decus, et remanent VI puncti, id est, partes X et VIII. Illam igitur cœli partem tenet luna quarta, quam sol mense expleto ac X et VIII diebus post pridie Nonas Januarias. Ubi quinta est, multiplica V per III, fiunt XX, partire per decem, bis deni vies; duobus ergo mensibus expletis, adveniet sol partem cœli quam luna quinta tenet, id est, die Nonarum Martiarum. Ubi octava est VI Idus Januarias, multiplica VIII per III, fiunt XXXII, partire per decem, ter deni tries, et remanent duo puncti, id est, VI partes cœli, illam partem cœli tenet luna VIII in VI Idus Januarias die quam sol aditurus est post tres ab hinc menses, et dies VI, id est, VI die post VI Idus Apriles. Ubi XIX est XIII Kalendas Februarias, multiplica per III, fiunt

LXXVI, partire per decem, septies deni septais, et remanent VI, multiplica hæc per III, fiunt X et VIII. Illam partem cœli circumvolat luna XIX in XIII Kal. Februarias, quam sol post VII ab hinc menses ac dies X et VIII, id est, XVIII die post XIII Kalend. Septemb., qui est VIII Iduum Septemb. dies. Et ne scrupulus tibi forte argumenti fallentis incidat, proba ad diametrum anni, quod XV tenere lunam rarus qui nesciat, multiplica XV per III, fiunt LX, partire per decem, sexies seni sexais; VI enim mensibus exactis, id est, medio circuitus anni confecto itinere, sol ingredietur partem cœli qua luna XV circumferitur. Et quia tunc XV Jan. dies est, nimirum illam partem sol XV die Julii mensis adibit. Et ut ad summum veniamus, sume XXX lunam, quæ tunc fit III Kal. Feb., multiplica per III, fiunt CXX; partire per decem, duodecies deni centum vies, illa cœli parte luna XXX currit, quam XII mensibus exactis, id est, toto anni circulo transacto, est sol obtenturus. Ipsa est enim pars eadem in qua et nunc conversatus lunam suo receperat in coitu. Quæ ut manifestiora et libet etiam tardioris ingenii reddantur, per singulas lunæ ætates quantum ea distet a sole distinctius adnotare curavimus. Prima ergo luna ubi suam perfecit ætatem, elongatur a sole spatio dierum XII, secunda spatio dierum XXIII, tertia spatio mensis unius et dierum sex, quarta spatio mensis unius et dierum decem et octo, quinta spatio mensium duorum, sexta spatio mensium II et dierum duodecim, septima spatio mensium II et dierum XXIII, octava spatio mensium trium et dierum sex, nona spatio mensium III. et dierum XVIII, decima spatio mensium quatuor, undecima spatio mensium quatuor et dierum duodecim, duodecima spatio mensium quatuor et dierum viginti

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Prima ergo luna, ubi suam perfecit ætatem. Divide lunam primam in quatuor punctos, et quatuor punctos in tres partes, et fiunt duodecim. Duodecim enim partibus distat luna prima a sole. *Elongatur a sole spatio,* id est, in quatuor punctos, *dierum duodecim;* id est, tantum elongatur a sole cursu suo per unum diem, quantum spatii sol peragit infra duodecim dies. Iter elongationis ejus a sole quaeritur hic, non suum iter integrum duodecim partes facit quotidie in elongatione sua a sole, et tredecim in suo integro itinere. Et ideo illud iter quod facit in suo integro itinere, per viginti septem dies et octo horas, non potest facere in elongatione sua a sole, nisi per triginta dies, minus enim iter quaeritur in elongatione quam in progressionem. *Secundâ,* scilicet luna; *spatio dierum viginti quatuor,* id est, octo punctos. *Tertiâ spatio mensis unius,* id est, decem punctis, *et dierum sex,* id est, duobus punctis. *Triginta spatio mensium duodecim,* id est, centum viginti punctos. Illud enim iter facit luna in triginta diebus, quod facit sol in uno anno, id est, cccclx diebus. Quinque enim dies et quadrantem, qui ex decem semis horis quæ supersunt, unicuique mensi efficiuntur, non computant auctores, quia longum erat eis computare; in quibus tamen et si non computentur, perficit sol cursum suum, id est, suum annum luna. Et sicut diximus, illud iter quod facit sol in cccclx diebus et sex horis, percurrit secundum istam computationem in triginta diebus, etiam naturaliter in viginti novem diebus et dimidia. Triginta enim dierum tantum computantur isti menses, dum unum-

quodque signum in eis triginta partes et decem punctos habeat. Triginta enim partes, id est decem puncti, triginta dies tantum faciunt. Et ideo in duodecim mensibus secundum istam computationem, non nisi cccclx dies. Naturaliter tamen unusquisque mensis habet triginta dies et decem semis horas; et ideo naturaliter duodecim menses habent cccclxv dies, et sex horas. Currit autem in viginti quatuor horis luna tredecim partes, et octo horis, et quatuor momenta et atomum. Luna quotidie, ni fallor, transit per zodiacum tredecim dies et octo horas, ac bisse unius horæ, et insuper tertiam partem unius minuti, et restat adhuc de cccclxv diebus et quadrante unum minutum. Vicies septies tredecim, cccclxv diem reddunt. Vicies septies octo horæ novem dies reddunt. Ipsæ octo horæ in quibus luna post viginti septem dies moratur, tres dies et octo horas capiunt. Restant de cccclxv diebus horæ viginti duæ, id est, minuta cccxv. Da unicuique de viginti septem diebus octo minuta, restant solummodo quatuor minuta. Lege glossam superius scriptam, de duobus supradictis argumentis, id est, de 18 et 17, cujus initium est: Si nosse desideras quot partibus distat luna a sole, multiplica ætatem ejus quotacunque fuerit quater, etc., usque in decima quinta parte Geminorum moratur eò die luna. Et in capitulo 21, cujus initium est: In quo signo luna moretur quotidie, vel quot partibus a sole per singulos dies elongetur, usque quod inter defectam et renascentem sit lunam, quia de his duobus argumentis subtilissime loquitur.

quatuor, tertia decima spatio mensium V et die-
rum sex., quarta decima spatio mensium V et
dierum XVIII, quinta decima spatio mensium VI,
decima sexta spatio mensium VI et dierum duo-
decim, decima septima spatio mensium sex et
dierum viginti quatuor, decima octava spatio men-
sium septem et dierum sex, decima nona spatio
mensium VII et dierum XVIII, vigesima spatio men-
sium octo, vigesima prima spatio mensium octo et
dierum duodecim, vigesima secunda spatio mensium
octo et dierum viginti quatuor, vigesima tertia spa-
tio mensium IX et dierum sex, vigesima quarta spa-
tio mensium novem, et dierum decem et octo, vige-
sima quinta spatio mensium X, vigesima sexta spatio
mensium X et dierum duodecim, vigesima septima
spatio mensium X et dierum viginti quatuor, vige-
sima octava spatio mensium undecim et dierum VI,
vigesima nona spatio mensium undecim, et dierum
XVIII, tricesima spatio mensium duodecim.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XIX.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Siquidem totam anna-
lis circuitus seriem accrescit.* Luna moratur in uno
quoque signo duobus diebus, et sex horis et bisse,
id est, duas tertias partes unius horæ. Bisse ergo
repetitæ duodecies efficiuntur octo horæ in anno,
ex quibus octo horis per tres annos crescit dies unus.
Sed tamen ille dies non invenitur in pagina regulari,
quamvis in annali inveniatur locus vacuus inter *o* et
a in tertio loco. De sex vero horis crescit in quarto
signo, et propterea quartum signum multiplicatur
semper ter. Has, scilicet litteras. Sed alternis appo-
suimus, id est, intervalla fecimus ibi, unam scilicet
in ea relinquendo vacuum. Plures enim dies sunt in
circuitu lunæ in alphabetis, quia non singulis die-
bus apposimus eidem operi, id est, annali libello.
Quot enim litteras capit, tot etiam annos compre-
hendit.

De pagina regulari.

Quare non invenitur locus vacuus inter *o* et *a* tertia
vice in regulari, sicut invenitur in annali serie? Ideo
non invenitur, quia viginti septem diebus et octo horis
luna zodiacum percurrit, et littera uniuscujusque
diei, vel locus vacuus in pagina regulari est, et idem
alphabetum tredecies computatur in uno anno. Et
si locus vacuus fuisset, viginti octo dies invenirentur
in unoquoque circuitu, et hinc maximus crevisset
error, si inter *o* et *a* locus fuisset vacuum. Item quæ-
ritur quomodo in pagina regulari invenitur illud sidus,
quod per locum vacuum inter *o* et *a* significatur in
annali serie in tertio circuitu, cum nullus locus vacuus
in illa pagina invenitur? Ad hoc breviter respondere
possumus, quod inter *o* et *a* illud sidus cognoscitur si-
militudine bissexti, cui nullus locus est vacuum in
annali serie, sed inseritur inter duos dies solares, id
est inter septimum et sextum Kalend. Mart., in loco
vi Kalend. Mart. Item quæritur quare quartum sidus
in alphabeto semper ter scriptum invenitur in pagina
regulari? Et ad hoc respondere possumus quod ideo
ter scribitur unum sidus, propter integrum diem,
qui de sex horis quater repetitis unicuique sideri
nascitur. Illi igitur sideri in quo tunc luna moratur
ille dies deputatur, id est, quarto semper sideri. Item
quæritur utrum tres dies computantur in aliquo signo,
quod ter scriptum non est in pagina regulari. Com-
putatur utique in tertio circuitu lunari, ubi est locus
vacuus inter *o* et *a* in annali serie. Item quæritur
utrum computantur quatuor dies in signo? Uti-
que computantur, quando ter scribitur unum signum
propter sex horas suprascriptas. Et illi sideri com-
putatur ille dies qui nascitur de bisse, id est, de octo
horis tertio repetitis. Scrutare septimum et octavum

CAPUT XIX.

De eodem si qui computare non didicerunt.

Si quis vero etiam calculandi minus idoneus luna-
ris tamen circuitus existit curiosus, et huic ad capa-
citatem ingenioli sui commodamus argumentum, quo
id quod quærit inveniat: siquidem totam annalis cir-
cuitus seriem, quæ duodecim mensibus continetur,
alphabetis distinximus, ita duntaxat, ut primus et se-
cundus ordo vicanos et septenos dies, tertius autem
uno amplius complectatur, illo videlicet qui de tertio
repetitis VIII horis superfluis accrescit. Et ut diebus
quos signare volebamus litteræ sufficerent, non sin-
gulis has diebus, sed alternis apposimus, atque ideo
non ultra *o* litteram alphabetum tangere opus erat.
Præposuimus eidem operi paginam regularem, quæ
X et IX alphabeta hujusmodi a diversis literis incho-
antia, totidem annorum circuli decennovenalis ca-
peret, simul et mensium singulorum signorumque

annum et decimum sextum, et decimum septimum,
et decimum octavum. Item quæritur quare unum
alphabetum tredecies in annali serie scribitur in uno
anno, sed tredecim vicibus non iteratur unum alpha-
betum? Sic etiam illud solvitur, quod propter nu-
merum solarium dierum, quibus sol signiferum circuit,
unum alphabetum tredecies iterat in annali serie, hoc
est, in cccclxv diebus et quadrante. Viginti septem
vero diebus et octo horis, sicut supra diximus, signi-
ferum circumvolat. Ideo non est necesse ut idem
alphabetum iteretur ad significandos eosdem dies, ut
eadem signa monstrentur. Item quæritur quare non
ab *a* inchoat alphabetum uniuscujusque anni in pa-
gina regulari? Sic solvitur: Si ab *a* semper inchoasset,
Arietis sidus significaretur semper, et illo sidere in
quo luna moratur in primo anno decennovenalis cir-
culi, quando est nona luna in Kalend. Januarii, sub
eodem sidere ponitur *a*, id est, sub Ariete: et in eodem
sidere in quo luna moratur in secundo anno supra-
dicti circuli, quando est vigesima luna in Kalend.
Januarii, id est, Virginis signo, sub quo inscribitur
a, sic et reliqua. Item quæritur quare Aries inscribitur
in fine anni, et in principio ejusdem? Hoc item ideo
agitur, quia in extrema parte Arietis luna pervolat,
quando est nona luna in Kalend. Januarii. Item re-
petitis octo horis, quia luna moratur in unoquoque
signo duobus diebus et sex horis, et bisse, id est
duabus partibus unius horæ. Bisse ergo repetitis duo-
decies efficiuntur octo horæ in anno. Ex quibus octo
horis per tres annos crescit unus dies. Sed tamen illa
dies non invenitur in pagina regulari, quamvis in
annali invenitur locus vacuus inter *o* et *a* in tertio
loco. De sex vero horis crescit dies in quarto signo,
et propterea quartum signum multiplicatur semper
ter. Itemque, si vis invenire in quo loco debent tri-
plicari signa, dicito quia zodiacum circulum viginti
septem diebus et octo horis perlustrat. Qui ternarius
quarta pars est duodenarii. Omissis, id est, octo
horis, quæ per ternos annos increcendo diem in-
tegrum efficiunt, propterea in quarto loco triplicari
debent signa.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — Incipit Beda hoc loco ape-
rire usum tabularum quæ in principio operis summa
diligentia positæ sunt, et primum sextæ, quam signa-
vimus, nota F; dedimus autem operam ut exemplar
vetustissimum, ac accuratissime in his tabellis pi-
ctum, ad litteram imitaremur, nisi quo loco ex vetu-
state consumptis occurrendum fuit, seu ubi Græci
characteres pro illo sæculo male erant scripti. Quod
si ex hac Bedæ explicatione usum deprehendere ne-
quis, consule ea quæ ibi breviter apposimus singulis
indicibus.

vocabula duodecim, quæ hoc ordine disposita est, juxta numerum dierum quibus luna zodiacum per-
volat: XXVII lineas habet in longitudine, nominibus signorum ante, nominibus vero mensium retro ad-
notatas, ut qui signorum imperitus est ex mensium tamen notitia possit invenire quod quærit; X vero et IX habet in latitudine lineas quæ ordinem decenno-
venalis circuli supra adnotato annorum numero præ-
monstret. Cum igitur anno quolibet diem quemlibet quo in signo vel cujus mensis in partibus lunam ha-
beat scire volueris, aperto Codice nota litteram, quæ eidem sit præposita diei, et recurrens ad regularem paginam, in qua litterarum est distincta congeries, eodemque statim anno ex titulo frontis invento, illam quam quærebas litteram ejusdem diei invenies, atque ante ac retro inspiciens, quod signum quemve men-
sem e regione habeat adnotabis. Ponamus aliquod quod ad cætera, lector, convalescat exemplum. Quæ-
ris ubi sit luna, verbi gratia, in Cal. Aprilis anno VI circuli decennovenalis: aperi Codicem, quære diem Calendarum memoratarum, invenies e litteram præ-
scriptam; recurre ad paginam regularem, videbis annum VI, perspecto ejus alphabeto, e litteram re-
peries, circumfer oculos ad latera, hinc geminorum extrema, illinc Junii mensis initia deprehendes esse notata. Et sive eruditus, sive simplex es lector, pa-
lam te quod cupiebas investigasse lætaberis. Insuper et toto illo anno quibuscunque diebus e litteram vi-
deris adscriptam, sive crescentem, seu decrescen-

A tem, in iisdem cœli partibus lunam noveris esse conversatam. Non enim in hoc argumento, in detri-
mento an cremento suæ lucis, in adverso an in coitu solis sit posita luna requiris, sed et si hoc scire de-
sideras, aderit argumentum vetusta Ægyptiorum observatione traditum.

CAPUT XX.

Quota sit luna in Calendas quasque.

Primo decennovenalis circuli anno, in quo nullæ sunt epactæ in Calendas Januarias nona est luna, in Calendas Februarias decima, in Calendas Martias VIII, in Calendas Apriles X, in Calendas Maias XI, in Calendas Junias XII, in Calendas Julias XIII, in Ca-
lendas Augustas XIII, in Calendas Septembres XV, in Calendas Octobres XVI, in Calendas Novembres XVII, in Calendas Decembres XVIII. Hos tibi nume-
ros pro regularibus singulorum mensium sume, qui-
bus annuas addens epactas, luna quota sit per Calen-
das quasque sine errore reperies. Si enim vis scire quota sit luna in Calendas Januarias anno secundo circuli decennovenalis, tene IX regulares, adde epactas XI, fiunt XX, vigesima est luna. Si vis scire quota est luna in Calendas Junias anno tertio, tene regula-
res XII, adde epactas anni illius XXII, fiunt XXXIII; tolle XXX, remanent III, quarta est luna in Calendas memoratas. Quod si quis objecerit vel hujus, vel præcedentis argumenti alicubi ordinem vacillare, doceat ipse in hujusmodi quæstionibus indagandis veracius et compendiosius argumentum, et nos liben-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XX.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.— *Quota sit luna in Calendas quasque.* Quasi diceret, Quota sit luna initians Kalendas quasque. In quo, scilicet anno, nullæ sunt epactæ, quia non apponuntur, quoniam tunc hoc est in XI Kalend. April., ubi est sedes epactarum trigesima est luna. Uteris ergo illo anno luna quota sit in Kalendis uniuscujusque mensis; in cæteris vero annis epactas habebis, et hos regulares, semperque ad lunam quærendam in Kalendis. Isti enim regulares, secundum Ægyptios, apponuntur in Kalend. Januarii, id est, quando trigesima est luna in XI Kal. April., unde epactæ accipiuntur. Ipso enim anno nullæ sunt epactæ, quia ultra triginta non ascendit luna; sed quot regulares habet unusquisque mensis, totam lunam habebit ipso anno. Epactæ autem accipiuntur ab XI Kalend. April., quia est post XII Kalend. April., ubi sol fuit creatus, et ubi æquinoctium vernale est, et terminus paschalis; ideoque invenerunt auctores ut inde sumerentur epactæ ad lunam inveniendam. Quota enim fuerit luna in XI Kalend. April., tot epactæ erunt in ipso anno usque Kalend. Septemb.; et qualiscunque epacta fuerit in Kalend. Sept. mutata, talis erit luna in XI Kalen. April. in sequenti tempore. *Primo decennovenalis circuli anno, in quo nullæ sunt epactæ in Kal. Januar. nona est luna; secundum Romanos, inchoat. Hos tibi numeros, scilicet lunæ. Quibus, scilicet regularibus. Tolle triginta, remanent quatuor.* Quare triginta? Quia ultra triginta non ascendit ætas lunæ. Si autem juxta hoc quod nos supra docuimus a Januario principium argumenti sumere mavis, eodem ordine luna in Kalen. Decemb. septimo incurrit, quæ juxta argumentum sexto fieri debuisse putabatur. December habet regulares secundum Romanos octodecim, cum his adde more Romanorum epactas XVIII, fiunt simul XXXVI. Abjectis triginta, remanent sex. Si vero in ipsis Kal. Decemb. sextam computaveris lunam, non occurret in Kalend. Januarii nona, sed octava; ideoque ne-

C esse est illam in Kal. Decemb. septimam computare, quam sextam. Item anno 41, quia luna embolismi pridie Non. Decemb. accenditur, facit lunam in Kal. Mart. vigesimam octavam esse, cum hanc ratio argumenti vigesimam nonam tunc existere doceat. Luna quoque hoc anno in Kal. Mart. secundum epactarum seriem vigesima nona esse debuit, sed propter embolismum vigesima octava occurrit, excepto bissextili anno. Si enim hoc anno bissextus fuerit, tunc in Kal. Mart. vigesima nona secundum lectionem, et secundum anni illius calculationem, proveniet. Quæ etiam Februarii est luna, et finitur sexto Non. Mart. trigesima propter bissextum, qui semper lunam Februarii trigesimam computari cogit. Non autem transitorie commemorandum quod hoc argumentum a Septembrio quidam incipiant. Quamvis enim Ægyptii et Romani diverse ponant regulares, diverseque annum incipiant, tamen eadem luna invenitur et apud Ægyptios et apud Romanos, in Kal. Septemb. et in Kalend. omnium mensium, id est, primo Ægyptiorum, et penultimo Romanorum, nisi tantum in decimo nono anno ubi saltus sit. Illas enim epactas habent Ægyptii in Kalend. Septemb. quas Romani habent in Kalend. Januar. Illi enim a Septembr. incipiunt annum, ibique mutant epactas; et Romani similiter a Januario inchoant annum, et ibi mutant epactas, et epactæ faciunt illam convenientiam.

JOAN. NOV. SCHOLIA.— *Hoc autem præcedens quod commemoravimus, argumentum.* Horum annalium fragmentum invenimus apud Bedam circulatorum decennovenalium, ab anno 532 solutis, usque ad 1025, quem ipse (ut ex hac temporis ratione constat) altius repetiit, et longius produxit. Verum in exemplari scripto quod deerat, tum a principio tum a fine, usque ad 1600 produximus ex astrorum computationibus, ut posteris quoque hæc computatio prodesse queat; atque ad postremum libri posuimus, quo loco plura quæ ad hoc caput intelligendum rectius valent, vide.

ter gratanterque accipiemus. Hoc autem præcedens A quod commemoravimus argumentum, et nonnullis ad transcribendum jam dedimus, et in principiis hujus nostri opusculi præfigendum esse censemus. Porro præsens argumentum quod de luna Calendarum quærenda posuimus, hoc tantum loco commemorasse et docuisse sufficiat. Nam cognita quota sit in Calendas luna, facile etiam cæteris cujusque mensis diebus qua sit ætate, cantato ipso mense et concurrentibus digitis, apparebit. Sunt autem anni tres circuli decennovenalis, in quibus idem argumentum stabilitatem sui tenoris conservare nequeat: octavus videlicet, undecimus, et nonus decimus, cui causam notandi varia facit ac dispersa per annum embolismorum insertio. Siquidem anno octavo luna Calendarum Maiarum juxta rationem quidem argumenti XXVIII B computatur, sed propter embolismum, qui in Martio mense inseritur, XXVII probatur existere. Item in Calendas Julias juxta argumentum XXX fieri potuit luna, sed propter adjectionem diei quem superfluitas embolismi attulerat, fit XXIX. Item anno XI, quia luna embolismi pridie Nonas Decembres accenditur, facit lunam in Calendas Martias vigesimam esse et octavam, cum hanc ratio argumenti XXIX tunc existere doceat. Item anno XIX, quia luna embolismi tertio die Nonarum Martiarum incipit, cogit lunam in Calendas Maias XXVIII computari cum XXIX secundum argumenti calculationem canatur, quo etiam anno ratio saltus lunaris, de quo in sequentibus dicemus, fidem ejusdem argumenti impugnat. Si enim ipsum argumentum juxta Ægyptios a Septembri C mense, ubi principium est anni eorum, inchoaveris, necesse est ut luna Julii mensis eo anno XXIX dies ut nunquam alias habeat, uno, videlicet ratione saltus, amisso, et ob id luna Calendarum Augustarum tertia reddatur, quæ juxta argumenti regulam secunda computabatur. Si vero, juxta hoc quod nos supra docuimus, a Januario principium argumenti sumere mavis, eodem ordine luna in Calendas Decembres VII incurrit, quæ juxta argumentum sexta fieri debuisse putabatur, quia nimirum luna Novembris mensis unam amittit diem, et pro XXX consuetis XXIX solum diebus cogitur esse contenta. Quæ profecto omnia melius colloquendo quam scribendo docentur. Non autem transitorie commemorandum quod hoc D argumentum a Septembri quidam incipiunt, po-

nentes eidem Septembri regulares V, Octobri V, Novembri VII, Decembri VII, et cætera, ut supra nos posuimus: quod ob auctoritatem Ægyptiorum rationabiliter prorsus agunt, ut a quibus origo computandi sumpta est, horum quoque in computando anni principium imitentur. Verum aliis aptius multo et expeditius videtur ut computatio omnis, quantum non necessitas rationis obsistat, a principio anni sui etiam apud Romanos incipiat, et usque ad terminum anni ratio atque intemerato ordine procedat.

CAPUT XXI.

Quæ sit feria in Calendis.

Simile autem huic tradunt argumentum ad inve- niendam diem Calendarum promptissimum, ita dun- taxat, ut aliis utens regularibus, quod in hoc per epactas facis, in illo facies per concurrentes septimanæ [C. *Septem*] dies. Habet ergo regulares Januarius II, Februa- rius VI, Martius V, Apriles I, Maius III, Junius VI, Julius I, Augustus III, September VII, October II, November V, December VII. Qui videlicet regulares hoc specialiter indicant, quota sit feria per Calendas, eo anno quo septem concurrentes adscripti sunt dies; cæteris vero annis addes concurrentes quot- quot in præsentis fuerint adnotati ad regulares men- sium singulorum, et ita diem Calendarum sine errore semper invenies. Hoc tantum memor esto, ut cum imminente anno bissextili unus concurrentium in- termittendus est dies, eo tamen numero quem inter- missurus es in Januario Februarioque utaris, ac in Calendis primum Martiis per illum qui circulo conti- netur solis computare incipias. Cum ergo diem Ca- lendarum, verbi gratia, Januarias quærere vis, dicis Januarius II, adde concurrentes septimanæ dies, qui fuerunt anno quo computas, utpote III, fiunt quinque, quinta feria intrant Calendæ Januariæ. Item anno qui sex habet concurrentes, sume V regulares mensis Martii, adde concurrentes sex, fiunt undecim; tolle septem, remanent quatuor; quarta feria sunt Calendæ Martiæ.

CAPUT XXII.

Argumentum de qualibet luna vel feria.

Est etiam vetus argumentum, non modo de Calen- darum, verum et de quorumlibet inter Calendas dierum luna vel feria dignoscenda repertum, ali- quanto quidem gravius ad discendum, sed majorum tamen nobis auctoritate contraditum, atque ideo

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XXI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Cæteris vero annis addes concurrentes, quotquot in præsentis fuerint annotati ad regulares mensium singulorum. Quotquot, id est, numerum feriæ. In quota feria nonus dies, ante Kalend. April. Sabbatum, quia non semper, sed raro fit ut nonus dies ante Kalend. April. adveniat in sabbato. Cum concurrentem, quem Ægyptii inchoant ad Kalend. Mart. Romani inchoant duobus mensibus ante, id est, a Kalend. Januar. et Februar., conjungentes eum concurrentem cum regularibus Januarii, qui sunt duo secundum Romanos, et cum regularibus v Februar., qui sunt v similiter apud Romanos. Sed tamen memento in omni bissextili anno unum subtrahere ex eo numero, id est, de regularibus Januarii et Fe-*

bruarii, et tunc erunt Kalend. apud eos sicut et apud Ægyptios, in capite Januarii et Februarii, in aliis vero non est opus.

CAPUT XXII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Quod ita solum sine labore currit argumentum, si numerum mensium singulorum per Calendas, Nonas et Idus memoriter decantare consuescas. Januarius in Kalend. unum, in Non. quinque, Idibus tredecim. Si forte quæris unde hi dies procedant, id est, Januarius in Kalend. unum, Februarius in Kal. xxxii, etc., quæ sequuntur, dicito: Januar. in Kal. unum habet diem, qui etiam iv Non. habet; junge unum et quatuor, et erunt simul quinque. In Non. v. Habet enim viii Idus. Quinque et octo, sunt simul tredecim. In Idibus tredecim. Ha-*

minoribus nostra æque solertia tradendum. Si ergo **A** est luna in XV Calendas Junias. Si vis scire quota vis scire hoc vel illo die quota sit luna, computa dies a principio mensis Januarii usque in diem de quo inquiris, et cum scieris, adde ætatem lunæ quæ fuit in Calendis Januariis; partire omnia per LIX, et si amplius XXX remanserint, tolle triginta, et quod superest ipsa est luna diei quam quæris. Item si vis scire hoc vel illo die quota sit feria, computa dies a Calendis Januariis usque in diem de quo inquiris; et cum noveris, adde feriam quæ fuit die Calendarum Januariarum; et si bissextilis annus est, etiam bissexti diem postquam transierit augmentare memento: partire omnia per septem, et quod remanet diem tibi septimanæ quæ sit ubicunque quæris ostendet. Quod ita solum sine labore currit argumentum, si numerum mensium singulorum per Calendas, Nonas, et Idus memoriter decantare consuecas.

Januarius in Calendas I, in Nonas V, in Idus XIII.

Februarius in Calendas XXXII, in Nonas XXXVI, in Idus XLIII.

Martius in Calendas XL, in Nonas LXVI, in Idus LXXIII.

Aprilis in Calendas XCI, in Nonas XCV, in Idus CII.

Maius in Calendas CXXI, in Nonas CXXVII, in Idus CXXXV.

Junius in Calendas CLII, in Nonas CLVI, in Idus CLXIII.

Julius in Cal. CLXXXII, in Nonas CLXXXVIII, in Idus CXCVI.

Augustus in Calendas CCXIII, in Nonas CCXVII, in Idus CCXXV.

September in Cal. CCXLIII, in Nonas CCXLVIII, in idus CCLVI.

October in Cal. CCLXXIII, in Nonas CCLXXX, in Idus CCLXXXVIII.

November in Cal. CCCV, in Nonas CCCIX, in Idus CCCXVII.

December in Calendas CCCXXXV, in Nonas CCCXXXIX, in Idus CCCXLVII.

Si ergo scire vis, verbi gratia, anno quo per Calendas Januarias nona est luna, quota sit luna in Calendas Maias, dicitur: Maius in Calendas CXXI; tolle Calendas, remanent CXX; adde IX, fiunt CXXIX; partire per LIX, quinquages novies bini centum decus octus: tolle CXVIII, remanent XI; undecima est luna in Calendas Maias. Si vis scire quota est luna in XV Calendas Junias, dicitur: Junius in Calendas CLII; tolle XV Calendas Junias, remanent CXXXVII; adde IX, fiunt CXLVI; partire per LIX, quinquages novies bini centum decus octus; tolle CXVIII, remanent XXVIII; vicesima octava

est luna in XV Calendas Junias. Si vis scire quota est luna VII Idus Decembres, dicitur: December in Idus CCCXLVII; tolle VII, Idus remanent CCGXL; adde IX, fiunt CCCXLIX; partire per LIX, quinquages novies quini CCXCV; tolle CCXCV, remanent LIII; tolle XXX, remanent XXIII; vicesima quarta est luna die memorato. Juvat hujusce argumenti usum, si calculator ultima quinquagesimæ nonæ partis diligentius memoriæ commendat: quinquages novies seni CCCLIII, quinquages novies quini CCXCV, quinquages novies quaterni CCXXXVI, quinquages novies terni CLXXVII, quinquages novies bini CXVIII, quinquages novies assis IX. Eodem ordine diem septimanæ quocunque volueris tempore adjuncto Calendarum Januariarum diem requiris. Si enim vis scire, verbi gratia, anno quo Calendæ Januaria quinta feria celebrantur, octavo Calendarum Octobrium die quota feria sit, dicitur: October in Calendas CCLXXIII; tolle VIII Calendas Octobres, remanent CCLXVI; adde quintam feriam quæ fuit in Calendis Januariis, fiunt CCLXXI; partire per VII, septies tricenī ducenti decus, septies octonī quinquages sexies, remanent V; quinta est feria octavo Calendas Octobres.

CAPUT XXIII.

De ætate lunæ si quis computare non potest.

Quod si adeo quis deses vel hebes est, ut absque omni labore computandi lunæ cursum scire voluerit, innitatur alphabetis quæ in annali videt libello juxta cursum distincta lunarem, ubi duos lunæ circuitus, id est, quinquagenos et novenos dies terna tenent alphabeta; et quæcumque litteram luna in hac ætate semel habet, eandem per totum annum simili modo notatam in eadem semper ætate habere non desinit, nisi forte, quod tamen raro accidit, embolismorum hæc ratio immutet. Verbi gratia, anno tertio cycli decennovenalis, luna quæ triginta dies habitura est, semper ab *a* nudo incipit, secunda est in *b*, tertia in *c*, similiter nudis, id est, nullo puncto adnotatis, et sic ex ordine suam litteram quæque servat ætatem lunæ. Item luna, quæ undetriginta dies habitura est, ab *l* subnotato incipiens, secunda semper in *m*, tertia in *n*, simili figura notatis, et sic ex ordine recurrens luna suam cuique litteræ restituit ætatem. Discernendi enim gratia primum de ternis alphabetum nudis utrinque litteris, secundum subnotatis, tertium supernotatis, determinandum providit antiquitas.

CAPUT XXIV.

Quot horis luna luceat.

Tradunt quoque argumentum veteres quo luna cujusque ætatis quot horis luceat exploretur, quia

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

bet quoque novendecim Kalendas post Idus. Tredecim et novendecim sunt simul triginta duo. Sic igitur totum hujus lectionis numerum a capite usque ad finem facillime reperire potes.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Est etiam vetus argumentum.* Ad hoc caput, deinde ad id quod sequitur, tum ad id quoque quod præcedit, referendæ sunt tabulæ

quas principio operis proposuit, præsertim has quas litteris majusculis signavimus, A, B, G, I, V et X, quemadmodum ibi etiam annotavimus.

CAPUT XXV.

BRID. NAMES. GLOSSÆ. — *Item ubi ad decimam lunam perveneris, multiplica per quatuor. fiunt quadra-*

enim prima luna, inquit, quatuor punctos lucet, A
 adjicitur hic numerus a secunda luna quotidie usque
 ad plenilunium, detrahaturque dehinc paribus spa-
 tiis in diminutionem. Et ideo si nosse vis luna se-
 cunda quot horas luceat, multiplica per quatuor duo,
 fiunt octo; partire per quinque, quia quinque puncti
 horam faciunt; quinquies asse quinquis, et reman-
 ent tres; horam ergo et tres punctos lucet luna se-
 cunda. Item multiplica tria per quatuor, fiunt duo-
 decim; partire per quinque; quinquies bini decus,
 et remanent duo; duas horas et totidem punctos
 tertia luna lucet. Item ubi ad decimam lunam per-
 veneris, multiplica per quatuor, fiunt quadraginta;
 partire per quintam partem; quinquies octoni qua-
 drais; octo horas lucet decima luna. Et ne argumen-
 tum dubium fore arbitraris, tene quindecim, in-
 quiunt, et ubi pernox luna candet exquire; multi-
 plica per quatuor, fiunt sexaginta, partire per

quinque; quinquies duodeni sexais; duodecim ho-
 ras, id est, noctem integram, decima quinta luna
 perlustrat. Item si nosse vis, sexta decima et septima
 decima, et cæteræ deinceps quot horis luceant lunæ,
 recole per singulas quanto minus sint a triginta, et
 inde computandi crepidinem strue. Verbi gratia, si
 nosse vis vigesima quinta quam diu luceat luna,
 dicito: Quanto minus a triginta patebit, quia
 quinque; multiplica per quatuor, quater quini-
 vies; partire per quinque, quinquies quaternivies; qua-
 tuor ergo horis splendet vigesima quinta, quomodo
 et quinta luna. Et quidem hoc argumentum tempore
 æquinoctiali legitima fixum statione perlabitur; ve-
 rum longissimis in bruma noctibus, vel item æstate
 brevissimis, quarum alias duodecim horarum spatium
 longe transcendere, alias nequaquam ad hoc pertin-
 gere posse constat, qua ratione lunam duodecim ho-
 ras lucere credamus, nisi forte putamus non æqui-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

ginta. Partire per quintam partem. Quinquies octoni,
 quadrais, octo horis lucet decima luna. Non de æqui-
 noctialibus horis dixit, sed de artificialibus. Hujus
 argumenti glossa jam superius scripta, cujus initium
 est: « Si vis scire quot punctis vel horis luceat luna,
 primum considera utrum in augmento sit an in de-

trimento; » et quæ sic finitur: Illud tempus interlu-
 nium dicitur.
 VETUS COMMENTARIUS. — Hujus paginæ quatuor
 sunt figuræ: prima, quæ est rotunda, indicat quot
 punctis luceat luna; et quia luna a sole lumen acci-
 pit, et semper prima luna, occidente sole oritur.

Quot punctis luceat luna.



In secunda figura item rotunda, duodecim signa
 exterius quasi in zodiaco ordinantur. Cumque per
 singulos menses singulorum signorum teneat pri-
 mordia, exempli gratia ab uno eorum, id est, Aricte


cœpi, et quot formas a prima usque ad decimam
 quintam habeat, Græcis nominibus subnotavi: quæ
 deficiendo iterat, quoniam eisdem momentis deficit,
 quibus crescit, quod designant ætates lunæ sub si-

noctiales horas, intelligendas, sed singulas quasque A in duodecim particulas, quas horas vocitemus. æqua noctes pro suæ mensura longitudinis, aut brevitatis distributione findendas.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

gnis descriptæ. Sicque fit ut semper appareat menoides versus Occidentem, dichotomos superior versus

Septentrionem, panselenos versus Orientem, dichotomos inferior versus meridiem.



Denique CLXXX partibus, id est, CLXXX diebus elongatur a sole, quod demonstrat tertia figura inferior, parte altera longior; nam a prima paulatim XII partibus progressa, CLXXX partibus 15 e regione lunæ determinat. Talique modo 14 et 13 et reliquæ contra se reliquis concordant, ut tandem 29 XII partibus a sole distet, sicut et prima. Totius vero lunaris circuitus summa deprehenditur in CCCLX, quod **D** ibidem alius ordo denotat, licet desit luna trigesima.

Luna I his adest et abest soli	XII
II	XXIII
III	XXXVI
IV	XLVII
V	LX
VI	LXXII
VII	LXXXIII
VIII	XCVI
IX	CVIII
X	CXX
XI	CXXXII
XII	CXLIII
XIII	CLVI
XIV	CLXXVIII
XV	CLXXX
XVI	CXCII

XVII	CCHII
XVIII	CCXXVI
XIX	CCXXVIII
XX	CCXL
XXI	CCLII
XXII	CCLXIII
XXIII	CCLXXVI
XXIV	CCLXXXVIII
XXV	CCC
XXVI	CCCXII
XXVII	CCCXXIII
XXVIII	CCCXXXVI
XXIX	CCCXLVIII

Totius itineris supputatio.

In quarta figura, ubi præparatio bissexti colligitur, superius anni præscribuntur. Primus scilicet a bissexto, secundus, tertius et quartus. Contra quos singulos sunt XII horæ deorsum positæ, quibus signatur qua earum ingrediatur sol signum antepositum, eo videlicet Calendario, quod supponitur unicuique signo. Denique horæ noctis arithmetico nempe (1, 2, 3), diei horæ scholastico quem vocant numero (I, V, X) notantur: et quibus tria puncta desuper sunt, ipsius horæ tertio puncto in signum notat solis ingressus, quibus nihil inchoante hora signum introit, Triginta numerum per x litteram hoc

CAPUT XXV.

Quando vel quare luna vel prona, vel supina, vel videatur erecta.

Sunt qui, auras explorare conati, dicant lunam novam, quoties supino cornu utroque videatur, tempestuosum mensem; quoties erecto uno, serenum portendere. Quod longe aliter esse naturalis ratio prodit. Quid enim? numquid credibile est lunæ statum, qui fixus in æthere permanet, pro subjacentium

A mutatione flabrorum, vel nubium posse aliorum quam fuerat converti; et eam quasi futuræ metu tempestatis aliquanto altius cornu, quam naturæ ordo poscebat attollere? Maxime cum non omnibus in terris idem fluctuantium possit existere flatus aurarum, lunæ autem status idem, eademque sit pro variante solis digressu conversio. Dicunt enim eam, sicut et beatus Augustinus in expositione psalmi decimi docet, non habere lumen proprium, sed a sole

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

modo (x) effligiata, singulis horis subjeci, et ad ultimum xs, quoniam ab hora qua ingreditur xxx

diebus, et xs horis, in unoquoque signo sol moratur.

	PRÆPARATIO BISSEXTI.	PRIMUS ANNUS.	SECUNDUS ANNUS.	TERTIUS ANNUS.	QUARTUS ANNUS.	HORÆ.
Aries.	xv Kalend. April:	1 xxx	7 xxx	I xxx	VII xxx	xs.
Taurus.	xv Kalend. Maii.	11 xxx	V xxx	XI xxx	5 xxx	xs.
Gemini.	xvi Kalend. Junii:	X xxx	4 xxx	10 xxx	III xxx	xs.
Cancer.	xv Kalend. Julii.	VIII xxx	II xxx	VIII xxx	2 xxx	xs.
Leo.	xvi Kalend. August.	VII xxx	1 xxx	7 xxx	I xxx	xs.
Virgo.	xvi Kalend. Septemb.	5 xxx	11 xxx	V xxx	XI xxx	xs.
Libra.	xvi Kalend. Octob:	III xxx	X xxx	4 xxx	10 xxx	xs.
Scorpius.	xvi Kalend. Novemb.	2 xxx	8 xxx	II xxx	VIII xxx	xs.
Sagittarius.	xvi Kalend. Decemb.	I xxx	VIII xxx	1 xxx	7 xxx	xs.
Capricornus.	xvii Kalend. Jan.	XI xxx	5 xxx	11 xxx	V xxx	xs.
Aquarius.	xvii Kalend. Febr.	10 xxx	III xxx	X xxx	4 xxx	xs.
Pisces.	xv Kalend. Marti.	VIII xxx	II xxx	8 xxx	II xxx	xs.
Hinc fit bissexti dies.		VI xxx	VI xxx	VI xxx	VI xxx	xs.

CAPUT XXV.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Lunam non minui nec crescere dicunt, sed a sole illustratam a parte quam habet ad eum, paulatim vel ab eo recedendo, vel ei propinquando, nobis candidam partem revolvere vel atram. Et die quidem crescente supinam cerni novam lunam, utputa superiorem soli, et ad aquilonia subeuntem; decrescente vero erectam et dejectam in austros, plenam autem soli semper adversam. Sublimem, humili-sole, humilemque sublimi. Quam lucere dodrantes semuncias horarum a secunda adjicientem usque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem. Intra tredecim autem partes solis semper occultam esse; novissimam vero novamque lunam, eadem die vel nocte, nullo alio in signo quam Ariete conspici. Si in accensione erecta fuerit, in matutino exortu supina apparebit. Item si in accensione supina in modum navis fuerit visa, in matutino exortu erecta cernetur. Habet ergo tres status: id est, supina, erecta, prona, aliquando videtur. *Lunam non minui nec crescere dicunt*, scilicet sapientes, sed semper in una parte plena est. Luna, Martiano attestante, non per seipsam, sed a sole illuminatur, sicut speculum nihil splendoris neque imaginis a se ipso habet, accipit tamen lumen et imaginem per res sibi extrinsecus oppositas. Quando autem ipsa luna a sole recedit, illustratur a sole paulatim, et tunc dicitur crescere; quando vero ei appropinquat post decimam quintam lunam, obscuratur paulatim, donec tota obnubiletur vicinitate solis, et tunc dicitur minui, cum tamen in suo corpore nunquam minuatur, nunquam crescat. *Illustratam* scilicet esse dicunt, id est, illuminatam. *Ad eum* (solem), id est, contra eum versam, *vel ab eo* (sole) *recedendo*, scilicet *partem candidam, vel ei propinquando*, scilicet *partem atram*, id

est, nigram, *nobis revolvere*, scilicet dicunt. In quantum enim propinquatur soli, in tantum aufertur nobis lumen illius. *Et*, scilicet dicunt, *die crescente*, id est, dum crescit dies. Quæritur cur crescente die luna nova supina videatur, decrescente autem die non prona, sed erecta, cum debuerat sicut supina in lucis incremento, sic prona in detrimento apparere. Ita tamen solvitur. Crescente die naturaliter superior est luna sole, et propterea ipse sol superiorem lunam supra se positam illuminat, et supinam efficit; dum autem dies decrescit, naturali positione ejusdem altitudinis sol et nova luna esse deprehenduntur, ac per hoc non infra se positam lunam accendit, sed ex latere suo positam, et propterea eam facit erectam. *Cerni* (a nobis) *novam*, id est, primam lunam, utpote superiorem soli. Hoc non ratione zonarum, sed ratione signiferi, deprehenditur. Quando sol Australes circulos, qui sunt inferiores, circuit tempore hiemali, tunc luna Septentrionales circulos, qui altiorem sunt, peragit, et tunc altior est sole, ideo supina est, cornua sursum habens in modum navis, quia videlicet ab inferiore sui parte, qua solem respicit, accenditur. Rursus migrante sole Septentrionales circulos, luna petit Australes; et quia inferior tunc sole est, a superiore sui parte qua solem respicit, illuminatur, obversa habens terræ cornua prona, et ad Aquilonares circulos. Verbi gratia: Duodecimo Kal. April. adhuc dies crescunt. Si fuerit in Ariete luna accensa, statim in Taurum cito transiens, erit quasi sol superior quantum ad signiferum. *Subeuntem*, id est, ascendentem, scilicet illam lunam. *Decrescente*, scilicet die, *erectam*, scilicet dicunt, ex latere. *Et dejectam*, id est humilem, *in Austros*, id est, in meridiem. *Plenam*, scilicet dicunt lunam. *Soli adversam*, id est, e regione positam, id est, contra solem, *Sublimem*, sci-

illustrari. Sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere, quā non illustratur, et ideo nihil in ea lucis videri; cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terram, et necessario incipere a cornibus, donec fiat quindecima contra solem. Tunc enim sole occidente oritur, ut quisquis occidentem solem observaverit, cum eum cœperit non videre, conversus ad orientem lunam surgere videat, atque inde ex alia parte, cum ei cœperit propinquare, illam partem ad nos convertere, qua non illustratur, donec ad cornua redeat, atque inde omnino non appareat, quia tunc illa pars quæ illustratur sursum est ad cœlum, ad terram autem illa quam radiare sol non potest. Cum ergo die crescente sol a meridianis plagis ad boreales paulatim par-

tes ascenderit, necesse est luna, quæ eo tempore nata est, citiori transitu solem ad borealia signa præcurrat; atque ideo cum nova post occasum solis videtur, quæ ad septentrionem solaris occasura est, nimirum non juxta, sed supra solem sita est, quo inferiora ejus illustrante, æqualia pene cornua protendere et instar navis supinæ ire videtur. At reverso post solstitium æstivum ad inferiora et australia cursu solis, luna quoque illis nata mensibus, ad inferiora cursum tendat necesse est, unde fit ut quæ ad australem partem solis, qui occiderat, occasura est, absque ulla dubietate cum primo post occasum solis apparet, non jam supra illum, sed juxta illum ad meridiem posita videatur. Atque adeo aquilonalia ejus latera sole aspectante cernuntur erecta progred-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

licet lunam in Aquilone. *Humili sole*, scilicet in Austros. *Humilemque*, scilicet lunam; *sublimi*, scilicet sole. *Quam*, scilicet lunam, dicunt *dodrantes semuncias*. Quid sit dodrans, semuncie, jam superius verissime est expositum. *Adjicientem*, scilicet ipsas dodrantes semuncias a *secunda luna*. Ideo dicit a *secunda luna*, quia prima luna in coitu solis fit. *Usque ad plenum orbem*, id est, ad decimam quintam. *Intra tredecim*, scilicet dicunt, *partes*, id est, dies. Tredecim quotidie transit in zodiaco, sed antequam extra tredecim partes perveniat non videtur. Unaquæque hora continet in se quadraginta momenta. De illis quadraginta momentis, accipe triginta, quia dodrans est, et dimitte decem, quia quadrans est. Iterum divide illa quadraginta momenta per duodecim, ut inde invenias præscriptas semuncias. Dodrantem enim intellexisti de prima divisione quaterna, quæ quadraginta momenta per duodecim ter divisa, fiunt triginta sex, et quatuor remanent. Eductis ex duodecim, ter tria momenta accipe, quia duodecima pars illorum est, et de quatuor quæ remanserunt recipe tertiam partem unius momenti. Si enim ad unum duxeris duodecimam partem illorum quadraginta momentorum, tria momenta fiunt inde, et tertia pars unius momenti, quod est una uncia, quia duodecima pars illius numeri quadragenarii est. Iterum divide illam unciam per medium, quod unum momentum et dimidium, et sextans, id est, sexta pars unius momenti. Hæc est semuncia, de qua dixit, dodrantis semuncias auget luna quotidie vel minuit. *Semper occultam esse*, id est, tunc non apparet luna, quando vicina est soli infra partes tredecim, hoc est infra illud spatium, quod agit sol diebus tredecim.

At mox ut in decimam quintam partem fuerit emersa, videri incipit. In hoc loco duplex sensus fieri potest. Nam quod dixit, intra tredecim autem partes solis semper occultam esse, potest sic intelligi, ut nova luna nunquam apparere possit, antequam tredecim partes vel a sole recedat, vel etiam ex alio latere natura soli appropinquet. Intra tredecim ergo partes solis, dum luna nova morata fuerit, in nullo signo apparebit, excepto Ariete. Mox autem ut longius a sole recesserit, terris apparebit. *Nullo alio in signo*, id est, in nullo signo, nisi tantum in ariete. Mane ante solem ultima luna apparere potest, et in eadem die post occasum solis nova apparere. *Conspici*, scilicet quamvis sit in aliis, tamen non videtur, quia aliquoties evenit ut trigesima luna, vel vigesima nona apparens in Oriente primo initio diei, et peragens cursum suum, ac soli tardius incedenti appropinquans accendatur ab eo media vel quacunque hora diei, et ipso die vespere appareat in Occidente.

Quid enim? Nunquid credibile est lune statum, qui fixus in æthere permanet, pro subjacentium mutatione flabrorum vel nubium, posse aliorum quam fuerat converti? Cur fixus, cum sit una planetarum septem? Sed

fixa dicitur natura immobilis, ac per hoc ventorum vi non valet turbari, quippe cum non in aere sit, sed in æthere: in æthere enim nulla est tempestas.

Lunam per alios ortus et occasus, ait Plinius, necesse est moveri, non stare; idque facilius est quam de sole licet intelligere: quæ cum a sole accipiat lumen, et ita nobis lucere videatur, non est dubium eam moveri potius quam stare. Terris autem vicina luna, breviori orbe convertitur, et iter quod sol in CCCLXV diebus et sex horis peragit, ista per viginti septem dies et octo horas percurrit. Cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terram, et necessario incipere a cornibus, donec fiat 15 contra solem, tunc enim sole occidente oritur. Prima luna apparet solummodo vespere in Occidente, sole descendente ad inferiora. Quamvis enim in omnibus partibus cœli fiat sæpe prima in Oriente, et meridie, et in aliis locis, tamen non videtur neque computatur prima, nisi in Occidente, propter splendorem solis, et propter primam conditionem, quia aliis in locis simul sunt super terram. Plena autem vespere in Oriente, et mane in Occidente necessario videtur, quia plena in sex signis semper distat a sole, et plena luna fit nocte super terram, et die sub terra. Prima autem fit nocte cum sole sub terra, et die cum sole supra terram. Corpus solis triplo quantitatem lune superare dicunt philosophi; lunam vero triplo majorem terra. Quod autem æqualis uniusque magnitudinis luna cum sole cernitur, ex eo fieri scimus, quod ille multo longinquior a terris atque altior quam luna incedat, ideoque magnitudo ejus quanta sit, nequaquam a nobis qui in terris degimus valeat dignosci. Omnia enim longius posita solent breviora videri. Atque ideo cum nova post occasum solis videtur, quæ ad Septentrionem solaris occasura est, nimirum non juxta, sed supra solem sita est. Tria sunt genera incensionis lune: subincensio, media incensio, superincensio. Subincensio est, quando luna desubtus accenditur a sole per sexaginta dies, et viginti horas, circa undecimum diem Kalendarum Januariarum, quia tunc luna altior est quam sol. Media incensio est, quando luna a sole accenditur, æqualiter per triginta dies et decem horas, circa undecimum diem Kalendarum Octobrium, quia tunc æquales sunt sol et luna in altitudine. Superincensio est, quando luna desuper accenditur, per sexaginta dies et viginti horas, circa undecimum diem Kalendarum Juliarum, quia tunc altior est quam luna.

Illud certe manifestum est, et cuius advertenti facile cognitu est quod luna non augeatur ad oculos nostros, nisi a sole recedendo; neque minuat, nisi ad solem ex parte alia appropinquando. Ab illo ergo accipit lumen, et cum sub illo est, semper exigua est; cum vero ab illo longius abscesserit, fit ampla, suoque ambitu plena. Si enim suo lumine uteretur, necesse


di; semper enim luna aversis a sole cornibus, rotundam sui partem pandit ad illum, cujus rationis ordine agitur, ut quo dies longior, eo sit nova luna excelsior; et quo brevior atque ad meridiem declivior est dies, eo dejectior nova luna cernatur. Et inde vulgi crevit opinio lunam, cum supina et celsior incedit, turbines tempestatum; cum vero erecta, et in

A austros dejectior, tranquillitatem designare, quia is nimirum status est anni vertentis, ut sex mensibus, quibus decrescit dies, multo clementior sit aeris motus, quam reliquis sex. Eadem ratio est etiam lunæ decrescentis, quare matutino in exortu nunc erecta, nunc supina appareat. Eadem cur interdum sæpe pronam procedat, nimirum solis eam radiis superiore ex

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

erat semper eam esse æqualem, nec die trigesima exilem fieri. Et si suo lumine uteretur, hujus nunquam eclipsis fieret. Cæterum quantum ad intellectum pertinet mysticum, luna hujus mundi speciem tenet, quia sicut ista menstruis completionibus deficit, ita mundus ad completionem temporum currens, quotidianis defectibus cadit. Luna vero, in sacro eloquio, humanæ fragilitatis defectum significat: quæ dum menstruis horis crescit, nostræ calamitatis mutabilitatem exprimit, qui crescimus nascendo, decrescimus moriendo, augemur in prosperis, minuimur in adversis. Nonnunquam vero eadem luna etiam Ecclesia accipitur, pro eo quod sicut ista a sole, sic Ecclesia a Christo illuminatur. Sicut enim luna deficit atque crescit, ita Ecclesia defectus habet et ortus. Frequenter enim defectibus suis crevit, et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, et confessorum martyrio coronatur. Item sicut luna laica est rosis, et dux humentium substantiarum, ita Ecclesia B baptismi et prædicationum imbribus irrigatur. Et quemadmodum luna crescente crescunt et omnes

fructus, atque ea minuente minuuntur, non aliter intelligimus et Ecclesiam, in cujus incremento proficimus cum ipsa: cum vero persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa patimur et minuimur. Item sicut luna septem formas habet, sic tot meritorum gratias Ecclesia. Eodem constat numero etiam distributio charismatum quæ per Spiritum sanctum totius Ecclesiæ fidelibus conferuntur. Septima autem et semis, et vigesima secunda et semis, in sui orbe media est, cæteræ vero proportionales sunt. Ambrosius, in libro Hexameron: Namque luna luminis imminutionem habet, non corporis, quando per vices menstruas deponere videtur suum lumen, ut mutuetur a sole: quod facile puro aere atque perspicuo, quando nulla eum obducta nubila caligantem facit, colligi potest. Orbis enim integer manet lunæ, etsi non similiter totus ut pars ejus effulgeat. Et qualis videri solet cum plenus est luminis, talis est magnitudine semper, umbram quamdam lumine suo viduatus apparet; et inde cornua ejus refulgent, quia corpus est, in orbem diffunditur, et velut deficiente portionis luce insinuatur.



Denique multi philosophorum solem abesse a luna undeviginti partes, quantas lunam ipsam a terra prodiderunt. Pythagoras sagacissimus Græcorum philo-

sophus, spatium quo distat cælum a terra, geometrica mensura collegit, dicens: A terra ad lunam spatium esse cxxxvi millia stadiorum, a luna ad solem duplum,

loco tangentibus. Non ergo lunæ conversio, quæ naturalis est et fixa, potest futuri mensis portendere statum. Sed qui curiosi sunt hujusmodi rerum, coloris vel ejus, vel solis, vel cœli ipsius, aut stellarum, sive nubium mutatione, vel aliis quibuslibet iudiciis sæpe, statum aeris qui sit futurus explorant. Denique lanam quartam, si pura fuerit, neque obtusis cornibus, dare reliquis diebus usque ad exactum mensem indicium serenitatis existimant, et cætera talia.

CAPUT XXVI.

Qua ratione luna cum sit situ inferior, superior sole aliquoties videatur.

Nec mirari opus est, cum lunam per Australia signa currentem, multo inferius ac vicinius terræ quam solem, cum iisdem moratur in partibus, circuire viderimus, quia videlicet multo inferius non solum sole, sed et Venere ac Mercurio, quæ infimæ stellarum sunt, luna in confinio aeris hujus turbulenti et puri decurrit ætheris. Denique et multi philosophorum solem abesse a luna undeviginti partes, quantas lunam ipsam a terra prodiderunt. Pythagoras vero, vir sagacis animi, a terra ad lunam CXXVI millia stadiorum esse collegit, ad solem ab ea duplum, inde ad duodecim signa triplicatum. Sed merito quærere ac mirari sollicitus quisque potest quare luna in solstitiali circulo decurrens, tanto altior æstivo sole currere, quanto breviores videatur facere umbras. Unde paucis intimandum est quod hunc lunæ progressum ultra solem in utraque cœli plaga, et australi videlicet et septentrionali, signiferi gignat latitudo, porro in Australi ipsa quoque lunæ ejusdem dejectio juvet. Siquidem signifer idem CCC quidem LXV partibus et quadrante per cœli ambitum lon-

agus, sed XII est partibus latus; harum duas tantum medias sol, luna omnes pervagari consuevit. Quæ cum Australes illius devenit in locos, aliquanto humilior hybernò sole apparet, non solum quia vicinior est terræ, sed etiam quia quinque fere partibus aliquoties, sive etiam sex solaris cursus terminos in meridiem transiit; et quanto amplius interiora Austri penetrat, tanto dejectior nostris, qui eam ab Aquilone speculamur, patet obtutibus. At cum solstitiali graditur in circulo, aliquanto sæpe elatior sole videtur æstivo, quia cum propinquior sit terræ quam sol, quinque etiam vel sex partibus aliquando solis terminos ad Aquilonem transcendit, et idcirco nostris obtutibus, qui in terra positi utrumque sidus de inferioribus aspectamus, tanto eminentior cœli culmina petere videtur quanto magis boreales sese recipit in partes. Quod hoc probabitur exemplo: Intrabis noctu in aliquam domum prægrandem, certe ecclesiam, longitudine, latitudine et altitudine præstantem, et innumera lucernarum ardentium copia pro illius cujus natalis est martyris honore repletam, inter quas duæ maximæ ac mirandi operis pharis suis quæque suspensæ ad laquearia catenis, sed quæ tibi ex iis intranti vicinior, ipsa quoque est subjacenti pavimento vicinior; tanta autem vastitas domus, tanta est longe distantium celsitudo pharorum, ut magis nocturno visu lucem comasque flammaram, quam ipsa ignium valeas vasa dignoscere: nimirum ubi pharis appropinquare incipiens, recto intuitu oculos ad pharos, et per pharos ad contra posita laqueariorum vel parietes loca sustuleris, illa tibi altior, quæ vicinior est pharus apparebit; et quanto accesseris, tanto tibi quæ submersior

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

inde ad firmamentum triplicatum. Quæ etiam spatia musicis vocabulis appellavit, a terra ad lunam, dicens tonium, inde ad Mercurium hemitonium, a Jove ad Saturnum hemitonium, a Saturno ad firmamentum tria hemitonia. Simul omnes tonium septem sunt, quibus diapason harmonia perficitur. Tonus habet milliaria VII, DCCCXII et semissem.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — Sunt quæ auras explorare conati. Reddit Beda hoc capite rationem, quare lunæ crescentis cornua aliquando supina cælum spectent, alias prona ad terram dejecta sint; tum quod ea res tempestatum indicium non sit nisi ex accidente; fit enim ratione stabili ex diversitate loci unde lumen haurit. Primum constat, lunam non luce re suo, sed alieno lumine, scilicet solis, qui cunctis astris lucem fernerat; deinde globum, qui dimittat a parte semper lucet, (vel, ut Cleomedes probat, paulo plus propter solis magnitudinem, cujus radii aliquanto amplius quam hemisphærium circumfulgent, ut etiam de cent optici), necesse est lunam ea parte lucere qua solem spectat, atque hæc sic posita sæpe est, ut paululum ab illo distat; nequit igitur illa pars quæ contra solem est posita terræ esse adversa. Hinc est quod diversis intervallis solis et lunæ, alia nobis schematismi apparent. Verum quod cornua aliquando spectent cælum (quod contingit diebus decrecentibus) causa est ex solis, tum etiam ex lunæ situ. Nam cum sol post conversionem dierum ad borealiores signiferi partes descendat, sequitur et lunam e sublimi lucem a sole haurire, quod dum fit, est amplitus lucis pronus, extremitates autem, quæ cornua dicuntur, sunt supinæ. Dum vero dies rursus crescant, luna ex humiliore

loco solem supra se positum habet, unde tunc contrario modo evenit, quod facile patebit, si cui in sphæra aut astrolabio id experiri liceat.

CAPUT XXVI.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — Nec mirari opus est. Docet hoc capite Beda ex ratione optica lunam (quæ longe terris est vicinior atque sol) aliquando videri sole altiorem a terris, quod cum non sit revera, facit tamen loci qualitas et videndi ratio ut sic necesse sit videri, quemadmodum ex ipsis disciplinæ penetrabilibus docebimus paulo post.

Denique multi philosophorum. Hæc ad verbum sumpta ex secundo libro Plinii, naturalis Historiæ, cap. 21, integro. Advertendum autem est, ex duabus his opinionibus de siderum intervallis, veriorem esse Pythagoricam, cum qua etsi plus quadrat recentior astrologia, multum tamen ab hac Pythagorica sententia abest. Scribit enim Alfraganus, quem nunc plurimum sequuntur, lunam esse a terra C.IX MXXXVII.M. pass. Quod est hinc usque ad solem complectitur III.M.DXXX.M.IXC.LXIII M. pass., id est, decies ter centena octingenta millia noningenta sexaginta tria millia pass., quod nec ad Pythagoram, nec ad aliam ullam opinionem quadrat; nam intervallum lunæ et solis tricies amplius est quam a terra usque ad lunam.

Siquidem signifer idem CCC quidem LXV partibus et quadrante per cœli ambitum longus. Partes hoc loco intelliges non ut vulgo nunc gradus, sed quantum spatii sol quotidie in signifero peragit, alioqui semper partes intelligimus trigesimam signi dodecamorii portionem.

est videbitur esse suspensior, donec, perspecta certius veritate, cuncta ut sunt posita cognoscas. Ita ergo et nos infra duo magna cœli luminaria siti, quia utrumque habemus ad meridiem, quo hoc quod inferius est in septentrionem se subrigendo magis magisque nobis appropriat, eo nobis oculos ad illa et per illa dirigentibus ad cœlum, videtur esse illud sublimius, quod dejectius incedere manifesta ratione patebit.

CAPUT XXVII.


De magnitudine, vel defectu solis et lunæ.

De magnitudine vel defectu solis, sive lunæ, Pli-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Harum duas tantum medias sol. Ex Plinio hæc quoque sumpta sunt de Catholicis siderum, sed isthic legitur: *Martis stëlla quatuor medias, Jovis mediam et super eam duas, Saturni duas ut sol.* Verum jam satis constat solem per mediam signiferi partem incedere, quam eclipticam vocant, sine aliqua inclinatione ad Septentriones vel ad meridiem; legendum igitur est secus forte ad hunc modum: *At sol nullas*, seu alia quædam solis evagatio intelligenda est, quæ fit per absides sursum et deorsum; utcunque res habet, Beda non recte hunc locum suo themati accommodat.

Pharis suis quæque suspensæ. Pharos vocat coronides illas in quibus lucernarum ambitus ab uno usque ad fastigium sic sunt dispositi, ut continuo superiores angustiores inferioribus pyramidis, seu turris formam ostendant, quales suspenduntur ex laquearibus sacrarum ædium, seu quales succenduntur in sacris funebribus: probat autem ex videndi ratione quod magnitudinum quæ æque sublimes sunt hæc quæ propiores sunt fastigio appareant altiores. Voluti in ædificiorum contignationibus, quæ pars remotior est ab aspectu humilior ea esse videtur, quæ propior sublimior, quemadmodum Euclides quoque docet in Opticis: Sit, verbi gratia, in subjecto schemate oculus B; sub ipso FD plano positus, a quo exeuntes radii, unus quidem BD, alter BC, tertius BF, humilima omnium, quæ ex puncto B ad ipsum planum emittens, scilicet DF, est linea BF, atque etiam linea BC humilior est linea BD; linea enim DC spectatur per geminos radios qui sunt BD et BC, atque ipsum CF spectatur per radios BC et BF; quare DC necesse est humilius spectari quam CF.



CAPUT XXVII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Solem interventu lunæ, lunamque terræ objectu nobis perhibent occultari, sed solis defectum non nisi novissima primave fieri luna, quod vocant coitum; lunæ autem, non nisi plena. Non posse vero totum solem adimi terris intercedente luna, si terra major esset quam luna. Omnibus autem annis fieri utriusque sideris defectus, statutis diebus horisque sub terra. Sed tamen cum superne fiant ubique cerni, aliquando propter nubila,

anius Secundus in opere pulcherrimo naturalis Historiæ ita describit: « Manifestum est solem interventu lunæ occultari, lunamque terræ objectu, ac vices reddi, eosdem solis radios luna interposito suo auferente terræ, terraque lunæ. Hac subeunte repentinas obduci tenebras, rursusque illius umbra sidus hebetari: neque enim aliud esse noctem quam terræ umbram. Stati autem atque non menstrui sunt utriusque defectus, propter obliquitatem signiferi, lunæque multivagos, ut dictum est, flexus, non semper in scrupulis partium congruente siderum motu. Hæc

sæpius globo terræ obstante convexitatibus mundi. Et lunæ defectum aliquando quinto mense a priori, solis vero septimo. Eundem bis in triginta diebus super terras occultari, sed ab aliis hoc cerni, quondam in quindecim diebus utrumque sidus defecisse semel. Jam mira ratione lunam in occasu defecisse, utroque super terras conspicuo sidere; sed ne singulis mensibus eclipsis fieret, latitudo signiferi lunam superius inferiusve transmittit.

Solem interventu lunæ. Quando in media signiferi linea, per quam sol semper currit, corpus lunæ inter solem et terram positum fuerit, tunc lumen solis aufertur a terris. Non enim potest per corpus lunæ venire ad eos qui tunc sub luna sunt, et hoc est solis eclipsis. Sin autem circa illam lineam mediam aut hinc aut inde transitum fecerit, lumen a sole accipiens defectum solis non facit; non enim inter solem et terram positam tunc, sed ex latere solis esse manifestum est. *Interventu lunæ*, id est, interpositione, non tamen ut perdat lumen suum sicut luna; *lunamque*, id est, luna opposita inter solem et terram. *Terræ objectu*, id est, objectione terræ inter solem et lunam. Sol enim fit tunc sub terra, luna vero supra. Vel *terræ objectu*, id est, umbra terræ altiora luna petente post solis occasum. Nam sol umbram terræ in suam lineam mittit. *Nobis*, id est, ab hominibus, *perhibent occultari*. Deficere sol abusive dicitur, quia nullum detrimentum patitur; luna autem verisimili ratione deficit, quia aufertur per omnia ab ea lumen, non tamen nisi cum plena fuerit. *Sed*, scilicet perhibent, *solis defectum*. *Novissima*, id est, trigesima, vel vigesima nona, vel prima. Et hoc non omnibus agit mensibus, sed quando totum sui (sic). *Lunæ autem*, scilicet coitum, id est, defectum dicunt, *non fieri nisi plena*, id est, nisi plenilunio. *Non posse*, scilicet perhibent, *adimi*, id est, subtrahi, vel abscondi, *terris*, scilicet ab *intercedente luna*, id est, interveniente, id est, dum interponitur luna. *Si terra major esset quam luna*. Sed luna major est quam terra, ideo potest abscondere lumen solis, ut non videatur in terra. Martianus luna terram esse majorem inertis sic approbat argumentis; luna namque deficente in Australibus mundi partibus, id est, in Ægypto et Æthiopia, umbra ejus non amplius quam quatuor obscurat climata, id est, primum clima diamcroes, secundum diasenes, tertium dialexandrias, quartum diarrhodu. Sed Ptolemæi regis geometræ decimam octavam partem totius terreni ambitus in his quatuor climatibus contineri confirmant; sed quia illa umbra minor sit lunari corpore sub triplo (luna enim umbra suam triplo superat, ut novenarius ternarium) sequitur ut quia lunaris umbra decimam octavam partem totius terræ tenuit, ipsa luna cujus umbra est sextam ejusdem terræ tenere necesse sit. Terra igitur sexies major est ipsa luna, umbram autem ejus unam terræ decies et octies superare manifestum est. Hinc est quod umbra lunæ decima et octava pars sit totius terræ, ipsa vero luna sexta terræ pars est. *Fieri perhibent utriusque sideris*, scilicet solis et lunæ, *defectus*. *Statutis*, id est, prædictis diebus et horis; *sub terra*, non sursum, sed subter. *Nec tamen ubique*, id est, ex omnibus terræ

ratio mortales annos subducit in cœlum, ac velut A inde contemplantibus trium maximarum rerum naturæ partium magnitudinem detegit; non posset

quippe totus sol adimi terris intercedente luna, si terra major esset quam luna. Certior ex utroque vastitas solis aperitur, ut non sit necesse amplitudinem

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

partibus, cerni scilicet possunt, vel perhibent, cum *superne fiant*, scilicet illi defectus. Superne adverbialiter, id est, sursum, id est supra terram, quia aliquando fiunt sub terra. *Propter nubila*, scilicet, non possunt cerni, quia quando tegitur nubibus, et si fiat ipse defectus, non videtur a nobis. De luna, sed non de sole dicit. *Globo terræ sæpius obstante*, scilicet perhibent, non ubique cerni. *Convexitatibus*, id est, obliquitatibus; et est dativus casus, quia *obsto tibi* dicimus. Et *lunæ defectum*, scilicet perhibent aliquando, scilicet fieri. *A priori*, id est, a Martio, vel ab illo in quo fuerit defectus. *Solis vero*, scilicet defectum. *Septimo*, scilicet mense; a priori, id est, Septembri. *Eundem*, scilicet solis et lunæ defectum, *bis in triginta diebus super terras occultari*, scilicet perhibent, id est, *defecisse*. Non est hoc mirum. Deficit enim sol in novilunio, id est, in prima luna, et luna in plenilunio. Potest ergo defectus utriusque intra xv dies evenire. *Semel*, scilicet perhibent, *lunam in occasu defecisse, utroque sidere super terras*, sole videlicet in Occidente jam posito, sed adhuc *conspicuo*; luna vero in Orientali parte constituta. *Latitudo signiferi* circuli duodecim partes; id est, duodecim vias habet, quas luna singulis mensibus per-lustrat. Quantum enim spatium graditur sol per duodecim dies in longitudine signiferi, tantum spatium habet latitudo ejusdem signiferi. Luna enim non potest pati defectum, nisi in ea linea fuerit superius in qua sol inferius; unde fit ut diversæ lineæ latitudinis signiferi circuli, per quas luna egreditur, succurrant ei, ne patiatur defectum, etiam et diversa altitudo absidarum succurrit ei in hoc. Aliquando enim procul est a terris, aliquando prope. Et quando prope, si in una linea fuerint, tunc patitur defectum; et quando in illis signis sit, quæ nobis altius super terram, id est, quæ sunt altius supra verticem, non patitur defectum; quando vero in illis quæ sunt nobis prope terræ, id est, quæ sunt nobis Australia, tunc patitur. *Lunam superius inferiusve transmittit*, id est, transfert. Si enim luna mediam signiferi lineam semper teneret sicut sol, necesse esset in omni plenilunio eclipsin pati; sed quia sol mediam semper lineam sequitur, luna vero per totam latitudinem signiferi vagatur, non in omni plenilunio eclipsin pati necesse est. Potest enim superius vel inferius sole iter suum agere, ac per hoc latitudine signiferi liberatur, ne defectum patiatur. Cum igitur sol superius et luna inferius in unam lineam conveniunt, superior pars lunæ clara est, inferior vero quam habet ad terras, interim obscura fit. Sciendum denique quia deliquium solis tunc naturale est, quando luna prima vel trigesima sit, quia videlicet tunc lunare corpus opponitur solari, et solem obscurum reddit. Si autem alio tempore eclipsis provenit solis, non est naturale, sed signum est alicujus rei sicut in passione Domini, quando luna non prima neque trigesima fuit, sed decima quinta exstitit. Et ne ipsa solis-obscuritas repentina et subita diceretur, non solum una hora, sed etiam tribus horis protelata est, id est, a sexta hora usque ad horam nonam. Credendum vero est quod sicut tunc sol super terras obscuritatem passus est, ita etiam luna sub terris radios lucis suæ abstraxit; impleta prophetia Joelis dicentis: Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem. Subtraxit autem sol radios suos, ne vel orientem Dominum suum in cruce videret; sive etiam ut Judæi ministri iniquitatis lumine illius non fruerentur. Lunæ vero defectus naturaliter fit, quando est decima quarta vel decima quinta, quia tunc incidere in umbram terræ solet, et obscurari; si vero eveniet eclipsis illius, quando nona vel octava, sive alia quælibet, jam signum aliquod præterdit.

Solis ignem dicunt aqua nutriri, multoque hunc luna ampliorem, lunam vero terra esse majorem; unde et cunctis unius magnitudinis apparet. Quod enim nobis quasi cubitalis videtur, nimis celsitudinis distantia facit. Alioquin major Indis oriens et Britannis appareret occidens; qui dum natura sit igneus, motu quoque nimio calorem adauget. Hic cursu variante dies et menses et tempora dividit et annos, aërisque temperiem accedendo vel recedendo, pro temporum ratione, dispensat, ne si semper in iisdem moraretur locis, alia calor, alia frigus absumeret.

Solis ignem dicunt poetæ, etc. Corpus solis triplo quantitatem lunæ superare dicunt, lunam vero triplo majorem terra. Unde a quibusdam quaeritur quare terra dicatur obscurare lunam, si triplo major est, cum in umbram ipsius incidit, vel etiam ad diviores partes illius descendit. Quod illa ratione contingit, quia affirmatur umbra triplo major esse suo corpore. *Ampliorem*, id est, majorem. Circulus enim solaris duodecies major est lunari, cum quod illa uno mense, ille xii currat. *Unius magnitudinis*. Tantæ enim magnitudinis est sol ut cuncta suo lumine lustret et compleat. *Alioquin*, scilicet si non esset tantæ altitudinis, *major Indis oriens*, quia Indi prope illum sunt in ortu, et Britones in occasu. *Occidens*, scilicet major. *Motu nimio*, id est, volubilitate et cursu citissimo. *Calorem adauget*, quia omnis motus calorem habet. *Hic* scilicet sol, *cursu variante*, in æstivo tempore longiore, in hiberno brevior, *dies et menses et tempora dividit*. Dicimus etiam solem per se moveri, non cum mundo vergi. Si enim sol in cœlo fixus maneret sicut stellæ, omnes dies et noctes æquales essent. *Aërisque temperiem*, id est, caloris vel frigoris. *Accedendo*, scilicet æstate ad Septentrionem, *vel recedendo*, scil. hieme a nobis ad Austrum. Cum enim sol ad Cancrum ab æquinoctiali parte conscendit, æstatem præstat hominibus qui sunt inter solstitialem et septentrionalem plagam. Cum autem sol ab eodem Cancro in æquinoctialem libram descendit, autumnum facit; cum vero ad brumalem recedit, hiems habetur, propterea quia calorem dimoto torpor invadit. Rursum cum a Capricorno hiemali in æquinoctialem Arietem surgit, verum tempus aridet; pergente ergo hinc denuo in Cancrum, æstas torrida renovatur. *Dispensat*, disponit et ordinat. *Moraretur locis*. Verbi gratia, si semper sol esset in Austro, terra illius calore exureretur et Scythia frigore fatisceret. Propterea enim Deus soli diversos cursus constituit, et tempora et loca, ne si semper in his demoraretur locis, quotidiano vapore hujus mundus consumeretur. *Alia*, scil. loca, *figus absumeret*, id est consumeret. De quantitate solis et lunæ beatus Ambrosius, in lib. Hexameron. ita testatur: Solis radius nulli propinquior, nulli longinquior est, similiter et lunæ globus æqualis est omnibus. Similis est sol et Indis et Britannis, eodem momento ab utrisque videtur cum oritur; nec cum vergit in occasum, minor apparet Orientalibus, nec Occidentalibus inferior quam Orientalibus existimatur. Quantum distat, inquit, Oriens ab Occasu, tantum hæc sibi invicem distant; sed sol a nullo distat, nulli præsentior, nullique remotior est. Neque moveat quemquam quod tanquam cubitalis in orbe suo videtur cum oritur; sed considerare oportet quantum intersit spatii inter solem et terram, quod aspectus nostri infirmitas, et quædam ægrotudo vix valet intendere. Hunc autem ampliorem aliquot partibus, quam terram sapientes esse describunt. Lunam autem minorem esse dicunt antiqui quam solem. Omnia enim quæ nobis proxima sunt, majora videntur, longinquitate autem locorum visus languescit. Lunam igitur videmus prope esse nobis, nec eam majorem

ejus oculorum argumentis atque conjectura animi scrutari immensum esse, qui arborum in limitibus porrectarum in quotlibet passuum millia umbras pa-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

aspectui nostro quam solem. Ideoque cum sol superior sit a luna, et tamen a nobis major videtur, jam si prope nos accesserit, multo majorem futurum. Item Ambrosius : Quid est sol? Oculus mundi, jucunditas diei, cœli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creaturæ. Sed quando hunc vides, auctorem ejus considera ; quando hunc miraris, lauda ipsius creatorem. Si tam gratus est sol consors et particeps creaturæ, quam bonus est Sol ille justitiæ? Si tam velox iste, ut rapidis cursibus in die et nocte lustret omnia, quantus ille qui ubique semper est, et majestate sua complet omnia? Si admirabilis est qui jubetur exire, quam supra admirationem qui dicit soli, et non exoritur ut legimus? Sol autem dicitur eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus. Luna dicta quasi *lucina*, ablata media syllaba, de qua Virgilius : Casta, fave, Lucina. Sumpsit autem nomen per derivationem a solis luce, eo quod ab eo lumen accipiat, acceptumque reddat. Et quid est sol? Splendor cœli, honor diei, et distributor horarum. Et quid luna? Claritas noctis. Item Ambrosius : Igneus est enim sol. Ignis autem et illuminat et exurit. Quidam autem dicunt solis ignem aqua nutriri, et ex contrario elemento virtutem luminis et vaporis accipere. Unde frequenter solem videmus validum aquæ rorantem ; in quo evidens datur indicium quod elementum aquarum ad temperiem sui sumpserit. Ex ipso sunt enim horæ, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt, et cum ipse sit minister bonus gratus ad vicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum voluntatem Dei nostri correptio mortalibus datur, incandescit acrius, et urit mundum vehementioribus flammis, et perturbatur aer, et plaga hominum et corruptio terris indicitur, et lues animantibus et pestilens per omnia mortalibus annus indicitur. Hæc quantum ad naturam ejus pertinet. At vero juxta spiritualem intelligentiam, sol Christus est, sicut et in Malachia scribitur : Vobis autem qui creditis, orietur Sol justitiæ, et sanitas in penne ejus. Merito autem Christus sol intelligitur dictus, quia ortus occidit secundum carnem, et secundum spiritum de occasu rursus exortus est. Item sol illuminat et exurit, et opaco tempore confovet sanos, febricitantes vero flagrantia geminati caloris incendit, ita et Christus credentes fide spiritu vegetante illuminat, et negantes se æterni ignis ardore torrebit. Haimo : Non enim sine causa Christus soli comparatur. Sol quippe habet ortum et occasum ; unde Salomon : Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, et flectitur ad Aquilonem. Sol enim ortus est, quando Christus natus est. Venit ad occasum, quando pro nobis mortuus est. Sicque rediit ad ortum, quia ejus humanitas ex passione mortis, ad gloriam resurrectionis rediisse probatur. Ibique renascens gyrat per meridiem, quia resurgens a mortuis, calore fidei et Spiritus sancti corda discipulorum illustravit. Jure enim illi merides vocantur in quibus Sol justitiæ ampliolem Spiritus calorem fudit. Per meridiem quoque, gyrans ad Aquilonem flectitur, quia ad colligendam gentilitatem apostolorum prædicatione perducitur ; in qua frigidus ille ventus dominabatur, qui in superbiam elatus prius dixisse perhibetur : Ponam sedem meam ad Aquilonem. Quodque subditur : Lustrans universa pergit Spiritus, ad hoc pertinet, quia totus mundus prædicatione plenus esse ostenditur. Unde est : Vox tonitruum tui in rota, illuxerunt coruscationes tuæ, etc. Et ad circulos suos revertitur, quia post aggregationem gentium illuminabitur etiam multitudo

aribus jaciatur intervallis, tanquam toto spatio medius. Et paulo post : « Certum est, inquit, solis defectum, non nisi novissima, primave fieri luna, quod

Judæorum ; et cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus fiet.

Solem dicunt sapientes alius currere, lunam autem proximam esse terræ. Hæc ergo dum deorsum ad idem signum vel lineam, qua sol utitur, pervenerit, objicit se soli, et tenebras totius orbis efficit, quod tamen in menstruo contingit. Nam tunc linea in eadem parte signi est, qua sol utitur, ideoque fit illi proxima, et oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen ejus videtur : veluti si aliquis oculis manum expansam opponat, quanto magis id fecerit, eo minus ille videre poterit ; quanto autem procul discesserit, eo magis illi omnia potuerint apparere. Simili itaque ratione cum ad solis locum vel lineam luna pervenerit, tunc proxima ejus videtur esse, et radius ejus ita coram oculis nostris obdurare, ut lumen non possit ejicere. Cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen jactat, et ad oculos nostros transmittit. Quapropter ita soli objicitur luna, sicut lunæ opponitur terra, quæ utraque lumina cum ad terras non perveniunt, defecisse dicuntur : cæterum doctores nostri, mystice hujus eclipsis mysterium in Christo dixerunt esse completum. Tunc enim interrupto æterni fœderis cursu, insolito turbata ordine suo elementa perdiderunt, cum sacrilegum factum conjurationis sol ille verus horrescens, insertis in populo Judaico eorum tenebris, paululum semetipsum per mortem abscondit, ac de cruce positus, sese in sepulcro abditus obscuravit, donec tertio die augustiorem solito huic mundo idem gentibus claritatis suæ potentiam præsentaret, ac sicut sol in virtute sua refulgens, tenebras perditæ sæculi illuminaret. Hujus eclipsis ratio diu obscura fuit, sed a Milesio quodam philosopho exposita est. Milesios, civitas est vel insula, de qua fuit Milesius.

Non deficit luna, sed obumbratur ; nec diminutionem sentit corporis, sed objectu obumbrantis terræ, casum patitur luminis. Patitur autem hoc circa plenilunium, id est, vel decima quarta, vel decima quinta, vel decima sexta luna. Constat ergo lunam ex solis radiis lumen accipere, et dum objectu terræ solem non aspexerit, tunc lumen amittere. Figurative autem per lunæ defectum Ecclesiæ percussiones intelliguntur ; quando martyrum cædibus et effusione sanguinis, tanquam illo defectu et obscuritate quasi cruentam faciem luna videatur ostendere, ut a nomine Christiano non terreamur infirmi. Sed sicut ista post defectum perspicua illustratione clarescit, adeo ut nihil detrimenti sensisse videatur, ita Ecclesia postquam per martyrum confessionem suam pro Christo sanguinem fuderit, majore fidei claritate refulget, atque insigniore lumine decorata semetipsam latius in toto orbe diffundit.

De magnitudine vel defectu solis et lunæ Plinius Secundus in opere pulcherimo naturalis Historiæ, ita descripsit : Manifestum est solem interventu lunæ occultari lunamque terræ objectu, ac vices reddi, eosdem solis radios una interpositu suo auferente, terraque lunæ ; hac subeunte repentinas obduci tenebras, rursusque illius umbra sidus hebetari. Neque aliud esse noctem, quam terræ umbram. Stati autem atque non menstrui sunt utrique defectus, propter obliquitatem signiferi, lunæque multivagos, ut dictum est, flexus, non semper in scrupulis partium congruente motu. In scrupulis, id est, in momentis partium, hoc est dierum. In scrupulis, hoc est in positionibus ipsis, vel lineis. Partium, locorum. Non congruente siderum motu, per ipsas lineas, per easdem horas, per eosdem dies, per eandem appellationem anni, et mensis et hebdomadæ. In quotlibet passuum millia umbras paribus jaciatur intervallis tanquam toto spatio medius. Intervallis, hoc est, quia cum arbores unjus magni-

vocant coitum, lunæ autem non nisi plena semperque
citra quam proxime fuerit; omnibus autem annis
fieri utriusque sideris defectus, statutis diebus ho-

A risque sub terra; nec tamen cum superne fiant
ubique cerni, aliquando propter nebulam, sæpius
globo terræ obstante convexitatibus mundi, intra du-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

tudinis, quotlibet millibus stadiorum a sese distantes,
ejusdem quantitatis habeant umbras, manifestum est
solem omnibus medium esse. Non enim omnibus
eædem essent umbræ, nisi utrisque esset sol medius:
non posset quippe totus sol adimi terris intercedente
luna, si terra major esset quam luna. Hipparchus, in
eo opere quod scribitur de secessibus atque inter-
vallis solis et lunæ, docet magnitudinem solis mille
octingentis et octuaginta partibus potiorum esse
quam terram; terram demum xxvii partibus potio-
rem esse quam luna sit.

Martianus dicit lunam minorem esse quam terram,
ut jam in præsentî capitulo superius scriptum est;
alius e contra dicit lunam esse majorem quam
terram. Si quis vero hanc dissensionem diligenter
vult discutere, ponat circinum in medio terræ, et in
circuitu ejus ex omni parte usque ad finem, ac deinde
in luna simili modo faciat; et statim cum sic fecerit,
ex mensura circini quis horum verius dicat, agnove-
rit. *Certum est, inquit, solis defectum non nisi novissi-
ma primave fieri luna, quod vocant coitum; lunæ au-
tem, non nisi plena semperque citra quam proxime
fuerit. Omnibus autem annis fieri utriusque sideris de-
fectus, statutis diebus horisque sub terra; nec tamen
cum superne fiunt, ubique cerni, aliquando propter
nebulas, sæpius globo terræ obstante, convexationibus
mundi, intra ducentos annos, Hipparchi sagacitate
compertum est.* Defectus utriusque, solis scilicet et lu-
næ, primus Romani generis in vulgum extulit Sulpi-
cius Gallus, qui consul cum Marcello fuit. Apud Græ-
cos autem investigavit primus omnium Hipparchus.
Nec mirandum est, si in aliis nationibus hunc defe-
ctum alii compererunt: sic fecit supradictus Milesius.

*Beatus Hieronymus interpretans Evangelii sententiam, in qua dictum est in Domini passione tenebras factas. Sic dicit sanctus Hieronymus, ubi istum ver-
sum exponit: A sexta autem hora tenebræ factæ sunt
super universam terram usque ad horam nonam:
« Qui scripserunt contra Evangelia, suspicantur deli-
quium solis, quod certis statutisque temporibus accidere
solet, discipulos Christi ob imperitiam super resurre-
ctionem Domini interpretatos, cum defectus solis nun-
quam nisi ortu lunæ fieri soleat. Nulli autem dubium
est paschæ tempora lunam fuisse plenissimam. Et ne
forte videretur umbra terræ, vel orbis lunæ soli
oppositus, breves et ferrugineas fecisse tenebras,
trium horarum spatium ponitur, ut omnis causan-
tium occasio tolleretur. Et factum reor, ut compleat-
ur prophetia dicens: Occumbet sol meridie, et
contenebricabitur super terram in die lux. Et alio
loco: Occubuit sol, cum adhuc media esset dies.
Videturque mihi clarissimum lumen mundi, hoc
est, luminare majus retraxisse radios suos, ne aut
pendentem videret Dominum, aut impios blasphemantes
sua luce tueretur. » Macrobius in prima libri
sui parte ita commemorat:*

Physici hoc maxime consequi in omni circa ma-
gnitudinem solis inquisitione voluerunt, quanto ma-
jor possit esse quam terræ. Et Erathostenes, in libris
Dimensionum sic ait: Mensura terræ septies et vi-
cies multiplicata mensuram solis efficiet. Possido-
nius multo multoque sæpius, et uterque lunaris
defectus argumentum pro se advocat. Ita cum solem
volunt terra majorem probare, testimonio lunæ de-
ficientis utuntur; cum defectum lunæ conantur asse-
rere, probationem de solis magnitudine mutuuntur.
Et sic evenit, ut dum utrumque de altero astruitur,
neutrum probabiliter astruatur, semper in medio
vicissim nutante mutuo testimonio. Quid enim per
rem adhuc probandam probetur? Sed Egyptii nihil
ad conjecturam loquentes, sequestrato ac libero ar-
gumento, nec in patrocinium sibi lunæ defectum

vocantes, quanta mensura sol terra major sit, probare
voluerunt, ut tum demum per magnitudinem ejus
ostenderent cur luna deficiat.

Hoc autem nequaquam dubitabatur non posse ali-
ter deprehendi, nisi mensura et terræ et solis inventa,
ut fieret ex collatione discretio, et terrena quidem
dimensio oculis rationem juvantibus de facili con-
stabat. Solis vero mensuram, aliter nisi per mensu-
ram cœli per quod discurrit, invenire non posse
videant. Ergo primum metiendum sibi cœlum, illud
iter solis constituerunt, ut per eum possent modum
solis agnoscere; sed quæso si quis unquam tam otio-
sus, tamque ab omni erit serio [Series seriei, id est
ordo temporum vel alicujus rei; seriæ vero sunt
ollæ, in quibus mustum temporibus multis servabant
antiqui. Unde, Terentius: Replevi omnia dolia, om-
nes series; hoc serium, et hæc seria, est honestas,
vel res familiaris, sive cauta et utilis: Unde Pruden-
tius: Seria ludicra, verba jocos.] feriat, ut hæc
quoque in manus sumat, ne talem veterum promi-
sionem quasi insanix proximam aut horrescat aut
irrideat? Etenim ad rem quæ natura incomprehen-
sibilis videbatur, viam sibi fecit ingenium, et per ter-
ram quis cœli modus sit, repererunt. Ut autem li-
quere possit ratio commenti, prius regulariter pauca
dicenda sunt, ut sit rerum sequentium aditus instru-
ctior. In omni orbe vel sphaera, medietas centrum
vocatur, nihilque aliud est centrum, nisi punctum
quo sphaeræ aut orbis medium certissima observa-
tione distinguitur.

Item ducta linea de quocunque loco circuli, qui
designat ambitum in quacunque ejusdem circuli
summitate, orbis partem aliquam dividat necesse
est; sed non omnimodo medietas est orbis, quam
separat ista divisio. Illa enim tantum linea in partes
æquales orbem medium dividit, quæ a summo in
summum ita ducitur, ut necesse sit eam transire per
centrum. Et hæc linea quæ orbem sic æqualiter di-
vidit, diametros nuncupatur. Item omnis diametros
cujuscunque orbis triplicata, cum adjectione septi-
mæ partis suæ, mensuram facit circuli, quo orbis
includitur, id est, si uncias septem teneat, triplica-
bis septies, et faciunt viginti unum. His adjicies se-
ptimam partem, hoc est unum, et pronuntiabis in
viginti et duabus unciis hujus circuli esse mensu-
ram, cujus diametros septem unciis extenditur. Hæc
omnia geometricis evidentissimisque rationibus pro-
bare possemus, nisi et neminem de ipsis dubitare
arbitraremur, et caveremus justo prolixius volumen
extendere.

Sciendum et hoc, quod umbra terræ quam sol
post occasum in inferiori hemisphaerio currens sur-
sum cogit emitti, ex qua super terram fit obscuritas,
quæ nox vocatur, sexagies in altum multiplicatur ab
ea mensura, quam terra diametros habet. Et hac
longitudine ad ipsum circulum, per quem sol currit
erecta, exclusione luminis tenebras in terram refun-
dit. Prodendum est igitur quanta diametros terræ
sit, ut constet quid possit sexagies multiplicata col-
ligere. Unde, his prælibatis, ad tractatum quem promi-
sit oratio revertatur.

Evidentissimis et indubitabilibus dimensionibus
constitit universæ terræ ambitum, quæ ubicun-
que vel inhabitabilis jacet, habere stadiorum millia
ducenta quinquaginta duo. Cum ergo tantum ambi-
tus teneat, sine dubio lxxx stadiorum vel non multo
amplius diametros habet secundum triplicationem
cum septimæ partis adjectione, quam superius de
diametro et circulo regulariter diximus; et quia ad
efficiendam terrenæ umbræ longitudinem, non ambi-
tus terræ, sed diametri mensura multiplicanda est,
ipsa enim est quæ rursus excrescere sexagies (sic),

centos annos Hipparchi sagacitate compertum est. Sed ne gentilis tantum viri dictis videamur consummare capitulum, etiam Ecclesie doctores quid de hoc senserint queramus. Beatus Hieronymus interpretans Evangelii sententiam, qua dictum est in Domini passione tenebras factas super terram: « Qui scripserunt, inquit, contra Evangelia, suspicantur deliquium solis, quod veris ætatisque temporibus accidere solet, discipulos Christi ob imperitiam super resurrectione Domini interpretatos, cum defectus solis nunquam nisi ortu lune fieri soleat; nulli

A autem dubium est, Paschæ tempore lunam fuisse plenissimam. »

CAPUT XVIII.

De effectiva lune potentia.

De effectiva lune potentia beatus antistes Ambrosius in libro quarto Hexameron ita commemorat: « Similia de lune ratione conveniunt, quæ de consorte ejus ac fratre memoravimus, siquidem in id se induit ministerium in quod et frater, ut illuminet tenebras, foveat semina, augeat fructibus. Habet etiam pleraque a fratre distincta, ut quem tota die calor humo-

- GLOSSÆ ET SCHOLIA.

multiplicanda tibi erunt LXXX, quæ terræ diametros habet: quæ faciunt quadragies octies centena millia stadiorum esse a terra usque ad solis cursum, quo umbram terræ diximus pervenire. Terra autem in medio celestis circuli, per quem sol currit, ut centrum locata est. Ergo mensura terrenæ umbræ medietatem diametri celestis efficiet. Et si ab altera quoque parte terræ par usque ad eundem circulum mensura tendatur, integro circuli per quem sol currit diametros invenitur.

Duplicatis igitur illis quadragies octies centenis millibus, erit integra diametros celestis circuli, nonagies sexies centenis millibus stadiorum. Et inventa diametros facile mensuram nobis ipsius quoque ambitus prodit. Hanc enim summam quæ diametrum fecit debes ter multiplicare, adjecta parte septima, ut sæpe jam dictum est, et ita invenies totius circuli per quem sol currit ambitum; habere stadiorum trecenties centena millia, et insuper CLXX. His dictis quibus mensura quam terræ, vel ambitus vel diametros habet, sed et circuli modus, per quem sol currit, vel diametri ejus ostenditur, nunc quam solis esse mensuram, vel quemadmodum illi prudentissimi deprehenderint, indicemus. Nam sicut ex terrena umbra potuit circuli per quem sol meat deprehendi magnitudo; ita per ipsum circulum mensura solis inventa est, in hunc modum procedenti inquisitionis ingenio.

Æquinoctiali die ante solis ortum æqualiter locatum est saxeum vas, in hemisphærii speciem cauta ambitione curvatum, infra per lineas designato duodecimo horarum diei numero, quas styli prominentis umbra cum transitu solis prætereundo distinguit. Hoc est autem (ut scimus) hujusmodi vasis officium, ut tanto tempore a priore ejus extremitate ad alteram usque styli umbram percurrat, quanto sol medietatem cœli ab ortu in occasum, unius scilicet hemisphærii conversione metitur; nam totius cœli integra conversio diem noctemque concludit. Et ideo constat, quantum sol in circulo suo, tantum in hoc vase umbram meare.

Huic igitur æquabiliter collocato, circa tempus solis ortui propinquantis inhæsit diligens observantis obtutus. Et cum ad primum solis radium, quem de se emisit, prima summitas orbis emergens umbra de styli decidens summitate primam curvi labri eminentiam contigit, locus ipse qui umbræ primitias excepit notæ impressione signatus est; observatumque quandiu super terram, ita solis orbis integer appareret, ut ima ejus summitas adhuc horizonti videretur insidere. Et mox locus ad quem umbra tunc in vase migraverat, annotatus est. A dimensione itaque inter ambas umbrarum notas, quæ integrum solis orbem, id est, diametrum notæ de duabus ejus summitatibus metiuntur, pars nona reperta est ejus spatii, quod a summo vasis labro, usque ad horæ primæ lineam continetur. Et ex hoc constitit quod in cursu solis unam temporis æquinoctialis horam faciat repetitus novies orbis ejus accessus.

Et quia conversio cœlestis hemisphærii peractis horis duodecim diem condit, novies autem duodecim

efficiunt centum et octo, sine dubio solis diametros centesima octava pars hemisphærii æquinoctialis est. Ergo totius æquinoctialis circuli ducentesima sexta decima pars est. Ipsum autem circulum habere stadiorum trecenties centena millia, et insuper CLXX, ante latis probatum est. Ergo si ejus summæ ducentesimam decimam sextam consideraveris partem, mensuram diametri solis invenies. Est autem pars ipsa fere in CXL millibus. Diametrum igitur solis CXL fere millium stadiorum esse dicenda est. Unde pene duplex quam terræ diametros invenitur. Constat autem geometricæ rationis examine, cum de duobus orbibus altera diametros duplo alteram vincit, illum orbem cujus diametros dupla est orbe altero octies esse majorem. Ergo ex his dicendum est solem octies terra esse majorem. Hæc de solis magnitudine breviter de multis excerpta libavimus.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *De magnitudine vel defectu solis.* Quoniam hujus capituli omnia fere desumpta sunt ex libro secundo Plinii Historiæ naturalis, capite 10 et 11, explicare hæc puto non magis ad Bedam pertinere quam ad Plinium; ob id si Dominus vitam dederit, alias per commodiorem occasionem hæc tractabimus exactius.

Non posset quippe totus sol. Si hæc germana lectio est apud Plinium, quemadmodum Codices passim habent, est in magno errore (a quo tamen alii eum defendunt) quod terram luna minorem esse crediderit. Quod si pro conditionalis particula *si, nisi* legas, verum habebit, sed aptum proposito; proinde si mutare aliquid nobis concesserimus, vide sicne legi posset: « Non posset quippe totus orbis lune terris adimi intercedente umbra, si major esset luna quam terra. » Sed nihil hic definitio: forte alios sequitur, suo iudicio non interposito, quo auctori quem veneratur habeatur major auctoritas.

Nisi ortu lune. Ortum lune, intellige lune silentium seu coitum, alioqui sensus non constat.

CAPUT XXVIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *De effectiva lune potentia beatus antistes Ambrosius, in libro quarto Hexameron, ita commemorat: Similia de lune ratione conveniunt, quæ de consorte ac fratre ejus memoravimus. Beatus dicitur quasi bene auctus, scilicet ab habendo quod velit, et nihil patiendo quod nolet. Ille autem vere beatus, qui et habet omnia quæ vult bona, et nihil vult mali. Ex his enim duobus beatus homo efficitur. Antistes, quasi ante stans, id est, ante aram; unde quidam antestis dicere volunt. Melius tamen dicitur a verbo antisto antistas, quod significat emineo, et superexcello, eo quod universum populum dignitate et honore superemineat. Consortis dicitur sol lune, quia compartuntur totum mundum æqualiter.*

Quoniam caput meum repletum est rore, et crines mei guttis noctium. Caput Christi Deus est Pater, cincinni vero sunt intimæ sanctorum cogitationes, quæ non laxæ et dissolutæ fluunt, sed vinculo timoris et amoris Dei colligantur. Ros vero et guttæ noctium, hoc loco tenebrosas et infideltate frigiditas mentes significant. Caput ergo sponsi plenum est rore, cum sæculares quique a Dei charitate torpescunt; et juxta

rem terræ siccaverit, eundem exiguae noctis tempore ros reponat. Nam et ipsa luna larga roris adseritur. Denique cum serenior nox est, et luna pernox, tunc largior ros fertur arva perfundere, et plerique sub aere quiescentes, quo magis sub lumine fuissent lunæ, eo plus humoris se capite collegisse senserunt. Unde et in Canticis dicit Christus ad Ecclesiam: *Quoniam caput meum repletum est rore, et crines mei guttis noctis.* Tum deinde minuitur et augetur, ut minor sit cum resurgit nova, et cum sit imminuta cumuletur, in quo grande mysterium est. Nam et defectui ejus compatiuntur elementa, et processu ejus quæ fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebra maritimorum humida: siquidem pleniores ostreae reperiri ferantur multaque alia, cum globus lunaris adolescit. De arborum quoque internis idem allegant qui hoc usu proprio compererunt. Hæc beati Ambrōsii verba etiam architectorum omnium ars et quotidianus usus adfirmat, qui observandum præcipue docent ut a quinta decima luna usque ad vicesimam et secundam arbores præcidantur, ex quibus vel liburnæ texendæ, vel publica quæque sunt opera faciendæ. His enim tantum octo diebus cæsa materies immunis servatur a carie, reliquis autem diebus præcisa etiam in eodem anno, interna vermium labe exesa in pulverem vertitur. Qui hoc quoque observant, ut post solstitium æstivum, id est, post mensem Julium, et Augustum, usque ad Calendas Januarias materias cædant. His namque mensibus arescente humore, sicciora, et ideo fortiora, sunt signa. Sed et lapis selenites in Perside potentia lunaris effectum mirifice demonstrat, qui lunæ continens imaginem, fulgore candido niveoque translucet, atque juxta cursum astri ipsius vel augeri diebus

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

quod Dominus dicit: Abundante iniquitate refrigescet charitas multorum. Et cum tales sanctos Dei cœlestia meditantibus persequuntur et odiunt, quasi cincinni sponsi pleni sunt guttis noctium. Nam et defectui ejus compatiuntur elementa, et processu ejus quæ fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebra maritimorum humida.

Siquidem pleniores ostreae reperiri feruntur, multa- que alia, cum globus lunaris adolescit. Ostreae sunt pisciculi cochleis circumdati, qui in mari tantumveniuntur; qui etiam cum crudi ab hominibus comeduntur, sanitatem corporum præstant.

Euriporum quoque meatus refluus hoc indicat, vel etiam reciprocatio syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano, quas pro lunæ schematibus concitari locorum accolæ prodiderunt. Syrtes sunt arenosa in mari magno loca, multum terribilia et metuenda, eo quod ad se omnia trahere atque diripere soleant, et appropinquanti vadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Ægyptium vicinæ sunt, et pariter admiscuntur. Euripus ductus fontium interpretatur. Euripi sunt meatus aquarum qui magis ebulliunt et æstuant nascente luna.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Qui hoc quoque servant.* Architecti præcipiunt materiam esse cædendam a primo autumno ad id tempus, quod est antequam incipiant flare favoni. Vide Vitruvium, de Architectura, lib. II, cap. 9.

Sed et lapis Selenites. Hic habet nomen a luna, quam Attici *σεληνίτης* vocant. Nascitur, auctore Plinio, in Arabia, cujus verba ascribam ex fine ultimi libri:

A singulis perhibetur, vel minui. His consentanea Basilii Cæsareæ Cappadociæ reverendissimus antistes, in sexto Hexameron libro scribit, dicens: « Opino autem quod et animalibus creandis, cæterisque omnibus quæ terra producit, non parva confertur ex lunæ mutatione formatio; modo enim laxiora eorum corpora videntur et vacua, cum senescit; modo integra et repleta, cum crescit, quoniam humorem quemdam cum calore permixtum, interius his latenter, infundit. Quod ita esse demonstrant hi qui sub die dormientes lucente luna, postquam surrexerint, inveniunt capita sua largissimo rore madentia. Sed et recentes carnes si sub luna jacuerint, fluida mox putredine corrumpuntur. Idemque significat pecorinum cerebrum, vel etiam viscera marinarum animalium, quæ sunt humectiora, necnon arborum medullæ. » Et paulo post: « Sed aeris motus iisdem ipsis commutationibus continetur, sicut lunæ novitas attestatur, quæ ex longa plerumque serenitate subito nubium glomerationes et perturbationes exsuscitat. Euriporum quoque meatus refluus hoc indicat, vel etiam reciprocatio syrtium, quæ vicinæ habentur Oceano, quas pro lunæ schematibus, concitari locorum accolæ prodiderunt. Euripi etiam in utramque partem soliti sunt propria leniter fluentia convertere reliquo omni tempore; cum vero luna nascitur nullo modo possunt quiescere, sed vehementi fervore semper exæstuant, donec luna rursus appareat, sedationem commotis turbinibus allatura. »

CAPUT XXIX.

De concordia maris et lunæ.

Maximè autem præ omnibus admiranda tanta Oceani cum lunæ cursu societas, qui ad omnem ejus

Selenites ex candido translucet colore, melleo fulgore, imaginem lunæ continens, redditque eam in dies singulos crescentis minuentisque numero, nascique putatur in Arabia. Multa quoque de hac gemma apud Marsilium Ficinum, in libello de Vita cœlitus comparanda scripta sunt. Meminit quoque ejusdem Dioscorides, cap. 995. Item Albertus Magnus, lib. II de Metallis.

Euriporum quoque meatus. Euripum accipit pro quolibet æstu maris. Euripus peculiare nomen illius nobilissimi æstus qui est inter Atticam et Eubæam, in quam quidam se præcipitem dedisse Aristotelem scribunt, estque ejus æstus maxime mira natura, ut passim constat apud historicos et physicos.

CAPUT XXX.

Nec mora, prætereunte luna, recedens et ipse nativæ hæc dulcedini mensuræque relinquat, tanquam lunæ quibusdam aspirationibus invitatus protrahatur; et iterum ejusdem vi cessante, in mensuram propriam refundatur. Æstus Oceani lunam sequitur, tanquam ejus aspiratione retrorsum trahatur, ejusque impulsu retracto refundatur. Qui quotidie bis affluere et remeare unius semper horæ dodrante et semuncia transmissa videtur, ejusque omnis cursus in lædones et malinas, id est, in minores æstus dividitur et majores. Sed lædona quinta et vigesima luna inchoans, quot horis accurrit, tot et recurrit, malina autem a decima tertia et vigesima octava incipiens, citior in accessu, sed tardior in recessu. Septem diebus et duodecim horis perseverat, in medio sui semper lunam primam et decimam quintam ostendens, et per

ortum omnemque occasum ipse quoque emisso sui fervoris, quod Græci *ρεῦμα* vocant, impetu littora late contegat, eodemque revocato detegat, ac dulces fluminum occursus salsis abunde commisceat simul et accumulet undis; nec mora prætereunte luna recedens et ipse, nativæ has dulcedini mensuræque relinquat, tanquam lunæ quibusdam aspirationibus

invitus protrahatur, et iterum ejusdem vi cessante in mensuram propriam refundatur. Sicut enim luna, juxta quod et supra docuimus, III punctorum spacio quotidie tardius oriri, tardius occidere quam pridie orta est vel occiderat solet, ita etiam maris æstus uterque, sive diurnus sit, et nocturnus, seu matutinus et vespertinus, ejusdem pene temporis intervallo


GLOSSÆ ET SCHOLIA.

æquinoctialis solstitia solito validius exæstuans. Per octonos autem annos, ad principia motus et paria incrementa, certissimo lunæ revocantur ambitu.

Austro digressa propiore nisu vim suam exercet. Maris enim accessus atque recessus, malina et lædon naturali consequentia, etc. Hæc igitur glossa jam superius, in 15 c., est scripta, quia hic et ibi satis convenit.

Illa semper Aquilonia tenente mitiores quam cum in

Item de concordia maris et lunæ.



Sicut luna per dies duodecim naturali cursu sui tarditate de Occidente in Orientem vespertina refunditur, ita etiam æstus Oceani nunc vespertinus per dies quindecim fit matutinus, aut matutinus quotidiano detractus impedimento, vespertinus assurgit. Et sicut luna quatuor punctorum spacio quotidie tardius oriri, tardius occidere quam pridie orta est vel occiderat, solet, ita etiam maris æstus sive diurnus sit et vespertinus, seu matutinus et vespertinus, ejusdem pene temporis intervallo, tardius quotidie venire, tardius redire non desinit. Quæstio, quare luna in quinquaginta novem diebus, quinquages novies non circuit terræ orbem, quæ sic solvitur. Duos cursus facit luna: unum cum firmamento, quod

contra firmamentum. Firmamentum enim in quinquaginta novem diebus, quinquages novies terræ circuit orbem; luna autem quia unum cursum non cessat facere contra firmamentum cursus (*sic*); unde fit ut in duobus suis mensibus a quinquaginta novem diebus non amplius quam quinquies septies terræ ambiat orbem.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—*Maxime autem præ omnibus admiranda natura Oceani. Sunt et horum pleraque ex Plinii cap. 97-lib. II. Distinguit autem Beda æstum maris in duas species, quarum una malinam vocat a majore luna, corruptis vocibus, tunc enim accidit; aliam lædonem seu lædonam (nam utrumque invenio apud Bedam) quasi læsam undam. Verum hæc vocabula alicubi non legi.*

tardius quotidie venire, tardius redire non desinit. Punctus autem quinta pars horæ est, quinque enim puncti horam faciunt. Unde fit ut quia luna in duobus suis mensibus, id est, diebus LIX, quinquagies et septies terræ orbem circuit, æstus Oceani per tempus idem geminato hoc numero, id est, CXIII vicibus, exundet ad superiora, et tot æque vicibus suum relabatur in alveum, quia luna in XXIX diebus vicies octies terræ ambitum lūstrat, et in XII horis quæ ad naturalis usque mensis plenitudinem supersunt dimidium terræ circuit orbem, ut quæ, verbi gratia, præterito mense super terram meridie, nunc media nocte sub terra solem accendenda consequatur, per tantumdem temporis geminatis æstus sui vicibus, quinquagies septies.

Mare alta tumescant,
Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa resident.

Quia luna in dimidio mensis spacio, hoc est, in XV noctibus ac diebus quater decies terram circumlabitur, insuper et dimidium terræ semel. Unde fit ut Orientem plena vespere teneat, quæ pridem nova vespere Occidentem tenuerat. Mare per id temporis vicies novies adfluit simul et remeat; et sicut luna per dies XV, ut diximus, naturali cursu sui tarditate de occidente in orientem vespertina refunditur, et quæ matutina hodie Orientem tenebat, post dies XV matutina in Occidente videbitur, ita etiam æstus Oceani nunc vespertinus post dies XV fit matutinus, ac contra matutinus, quotidiano detractus impedimento, vespertinus adsurgit. Et quoniam luna per annum, id est, menses XII suos, qui sunt dies CCCLIII, duodecim vicibus minus, hoc est, trecenties quadragies et bis, terræ ambit orbem, æstus Oceani tempore eodem DCLXXXIII vicibus et ipse terras adluit ac resilit. Imitatur autem lunæ cursum mare non solum communi accessu et recessu, sed etiam quodam sui status profectu defectuque perenni, ita ut non tardior solum quam pridie, verum etiam major minorve quotidie redeat æstus. Et crescentes quidem malinas, decrescentes autem placuit appellare ledones, qui, alternante per septenis octonosve dies successu, mensem inter se quemque quadriformi suæ mutationis varietate dispertunt. Sæpe quidem æqua uterque sorte septenis diebus ac dimidio cursum consummant, sæpe, vel ventis impellentibus, aut repellentibus, vel alia qualibet accedente sive naturali vi cogente, tardius citiusve venientes, aut minus ampliusve solito ferventes, ita ut aliquoties ordine turbato malina plures sibi æstus hoc mense, pauciores vindicet in alio; unde uterque motus nunc vespertino nasci, nunc matutino consuevit in æstu. Et siquidem æstu vespertino vel novilunio, vel plenilunio, instante malinam nasci conti-

A gerit, idem æstus quotidie per VII malinæ dies subsequentes fit major et violentior æstu matutino. Similiter matutino si fuerit malina orta sub æstu, matutinus jam majori per dies contegit æquore terras. Porro vespertinus finibus quos matutinus æstus cœperat contentus, ulterius cursum extendere negligit, quamvis quibusdam in mensibus uterque æstus in dissimili per omnia cremento proficit. Quanto autem plus æstus major littora terrasque contexerit, et fluvios ac freta compleverit, tanto latius recedens eadem littora maris exhaurire atque enudare consuevit. Unde videat qui potest an verum sit quod, Philippo teste, ferunt quidam atque confirmant, illam immensam maris Oceani effusionem per omnium regionum ac patriarum fluvios duram, B uno puncto temporis fieri. Scimus enim nos, qui divisum Britannici maris littus incolimus, quod ubi hoc æquor æstuarum cœperit, ipsa hora alibi incipiat ab æstu deservere; et hinc videtur quibusdam quia recedens aliunde aliorsum unda recurat, iterumque relictis quos adierat finibus, priores festina repetat, ideoque se ad tempus major malina his littoribus abiens amplius abducat, ut alibi adveniens amplius exundare sufficiat, quod ex lunæ cursu potest facillime deprehendi. Verbi gratia, hoc mare, posita circa brumalem solis auctum, vel solstitialem ejus occasum, luna, cujuscunque ætatis, sive super terram, seu sub terra sit, æstum solet attollere; at posita circa brumalem solis occubitum, vel solstitialis ejus exortum, reflectere. Porro aliis in partibus ab ea cœli plaga recessum maris luna qua hic signat accessum; non solum autem, sed et in uno eodemque littore quo ad Boream mei habitant, multo me citius æstum maris omnem, qui vero ad Austrum, multo serius accipere pariter et refundere solent, servante quibusque in regionibus luna semper regulam societatis ad mare quamcunque semel acceperit. Ergo malinam quinque fere ante novam sive plenam lunam diebus, ledonem totidem ante dividuam sæpius incipere comperimus, et circa æquinoclia duo majores solito æstus adsurgere, inanes vero bruma, et magis solstitio, semperque luna in Aquilonia et a terris longius recedente, mitiores, quam cum in Austro digressa proprio nisu vim suam exercet, æstus adfluere, naturalis ratio cogit. Per denos autem et novenos annos, juxta lunaris circuli ordinem, etiam maris cursus ad principia motus et paria incrementa recurrit.

CAPUT XXX.

De æquinocliis et solstitiis.

De æquinocliis, quod octavo Calendarum Aprilium, et octavo Calendarum Octobrium, et de solstitiis, quod octavo Calendarum Juliarum, et octavo Calen-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XXX.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.—Solstitia et æquinoclia bina putantur, octavo Kalend. Jan. et Julii, Aprilisque et Octob. VIII, scil. in partibus Capricorni et Cancri, Arietis et Libræ. Sed æquinocialis dies omni mundo æqualis est. Vario autem lucis incremento in Meroe

longissimus dies duodecim horas æquinocliales et octo partes unius horæ colligit; Alexandria vero quatuordecim horas, in Italia duodecim, in Britannia septemdecim; ubi æstate lucidæ noctes haud dubie testantur id quod cogit ratio credi, solstitii diebus accedente sole propius vertice mundi angusto lucis ambitu subjecta ter-

darum Januariarum die sint notanda, multorum late et sapientium sæculi, et Christianorum sententia claret. Denique Plinius Secundus, idem orator et philosophus, in libro secundo Naturalis historię : « Sol autem, inquit, ipse quatuor differentias habet : his æquata nocte diei, vere et autumno in centrum incidens terrę, octavis in partibus Arietis ac Librę; his permutatis spaciis in auctum diei bruma octava in parte Capricorni; noctis vero solstitio totidem in partibus Caneri. In æqualitatis causa obliquitas signiferi est, cum pars æqua mundi super subterque terras omnibus fiat momentis. Sed quę recta in exortu suo consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem; quę vero obliqua, ocyore transeunt spacio. » Sed et Hippocrates ἀρχίατρος Antigono regi scribens, per anni spacium qualiter ad præcavendas imbecillitates se observare deberet, ita dicit : « Itaque exordium incipiamus a solstitio, id est, VIII Calendas Januarias, ex qua die humor corporibus crescit usque ad æquinoctium vernum, qui sunt dies XC. Hoc tempus auget hominis phlegma, ex quo frequenter nascitur hominibus catharrus, et distillatio uvę, et punctio laterum, caligo et tinnitus aurium, et odorari nihil possunt. Tali igitur tempore utere calidis et laseratis, et optimis cibis piper habentibus et sinapi, raro lana, caput vero sine intermissione purga; vino indulge, Veneri non parce dies XLV. Proxime sequentes autem sunt ex supra-

A dicto die usque ad æquinoctium vernum dies XC, ex supradicto die VIII Calendas Aprilis usque ad VIII Idus Maias sunt dies XLV. His diebus augentur hominibus humores dulces, id est, sanguis. Utere bene olentibus cibis et acerrimis. Item ex die octavo Idus Maias usque in diem octavum Calendas Julias XLV. His diebus crescit bilis amara, id est, cholera rubea. Utere cibis dulcibus, vino indulge, Veneri parce, jejunia minime exequere. Item incipit tempus æstivum ex die octavo Calendas Julias, ipso momento incrementa fellis rubei amittuntur, et cholera nigra aderescit, quod esse constat usque ad æquinoctium autumnii, id est, usque ad tempora frigoris. Utere cibis dulcibus cunctis, et bene olentibus, et frigidioribus, et qui ventrem molliant per dies XC.

B Ab æquinoctio autem autumnii, quod est ex die VIII Calendarum Octobrium usque in diem octavum Calendarum Januariarum, desinit nigri fellis amaritudo, et humoris crassitudo augetur. Utere cibis calidis et acerrimis omnibus, et abstine Veneri, et manus lavabis. Ex die supra scripto usque in occasum Vergiliarum, hoc est, in diem sextum Idus Febr., sunt dies XLVI in occasum Pleiadum. De hac hora hominibus sanguis aderescit. Convenit ergo comedere lætissimos [An lautissimos?] cibos, et indulgere vino et Veneri : dies sunt ii hiberni XLVII. » Hęc quidem gentiles, quibus non dissimilia de tempore etiam per plures Ecclesię tradidere magistri, dicentes : VIII Calendas

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

rae continuos dies habere senis mensibus, noctesque e diverso, ad trumam remoto: quod fieri in insula Thylę Pythias Massiliensis scribit, seu dierum navigatione in septentrione a Britannia distante.

De æquinoctiis quod octavo Kalend. April. et octavo Kalend. Octob. et de solstitiis quod VIII Kalend. Juliarum, et VIII Kalend. Januar. die sint notanda, multorum late et sapientium sæculi, et Christianorum sententia claret. Cum igitur sol cursum suum indesinenter peragit, et nunquam se instabilitate figat, cur solstitium dicitur? Solstitium dicitur solis statio, non quod stetit aliquando sine motu, sed quod terminos altitudinis vel humilitatis ponat, ut altitudinis ad Aquilonem in Cancro, descensionis ad Austrum in Capricorno, quos nunquam transcendit. Isidorus, in libro Etymologicorum sexto: Canon autem Gręce, Latine regula nuncupatur. Regula autem dicta, quod recte ducat, etc.

Non enim nostri tantum temporis, sed etiam legalis et Mosaica decernit institutio, non ante transcensum hujus æquinoctii diem festi paschalis esse celebrandum, sicut, attestante Anatholio, evidenter docet Philo et Josephus. In septimo libro Eusebii Cæsariensis Ecclesiasticę Historię, quam beatus Hieronymus de Gręco in latinum transtulit, cap. 28, sic scriptum invenimus: Multa quoque opuscula Anatholii magnifice composita ad nos usque venerunt, ex quibus dignum mihi videtur de pascha quid senserit ipsius verbis proferre. Est ergo, inquit, in primo anno initium primi mensis Phaminoth 26 die, secundum Macedones Distri mensis 22, secundum Romanos vero XI Kal. April. In qua die invenietur sol non solum conscendisse primam partem, verum etiam quadram jam in ea die habere, id est, in prima ex duodecim partibus. Hęc autem particula a prima ex duodecim vernale est æquinoctium, et ipsa est initium mensium, et caput circuli, et absolutio cursus stellarum: quę planetę, id est, vagę dicuntur, ac finis duodecimę partium, et totius sæculi terminus. Et

C idęo non parum delinquere dicimus eos qui ante initium hoc novi anni pascha putant esse celebrandum. Sed nec a nobis primis exordium sumit hęc ratio. Antiquissime fuisse Judęis comprobata demonstratur, et ante adventum Christi observata, sicut evidenter edocent Philo et Josephus; sed et horum antiquiores Agathobolus, et ab eo eruditus Aristobolus ex Planeada, qui unus ex illis septuaginta senioribus fuit qui missi fuerant a pontificibus ad Ptolomęum regem Hebręorum libros interpretari in Gręcum sermonem, quique multa ex traditionibus Moysi proponenti regi percunctatique responderunt. Ipsi ergo cum quęstiones Exodi exponerent, dixerunt pascha non prius esse immolandum quam æquinoctium vernale transiret. Aristobolus vero etiam hoc addit, in die paschę non solum observandum esse ut sol æquinoctium vernale transcendat, verum et luna. Cum enim duo sint æquinoctia, inquit, veris et autumnii æquis spatiis dirempta, et 14 luna mensis primi sit statuta solemnitas post vesperam; quando luna soli opposita e regione deprehenditur, sicut etiam oculis probare licet, invenitur utique vernalis æquinoctii partem sol obtinens, luna vero e contrario autumnalis. Legi in eorum libris et alia multa de his validissimis assertionibus exposita, quę evidenter ostendunt paschę solemnitatem omni genere post æquinoctium celebrandam.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *De æquinoctiis quod octavo Calendarum Aprilium.* Hactenus de mensibus et lunę effectibus circumstantiisque reliquis dictum est; deinceps Beda prosequitur tempora quę ex solis cursu colligantur, quę primum sunt quatuor illa temporum discriminę, ver, æstas, autumnus et hiems, quę apud gentes aliquot anni fuerunt; ut enim luna mensum efficit, ita sol annum vertentem cursu suo definit ac præcipuas anni partes. Est autem, ut hoc obiter annotem, varia horum temporum discretio, veris, inquam, æstatis et reliquorum. Nam vulgus et medici aliter ver definiunt, ac alio numero die-

Aprilis in æquinoctio verno Dominum conceptum et passum, eundem in solstitio brumali VIII Calendas Januarias natum. Item beatum præcursores et baptistam Domini VIII Calendas Octobres in æquinoctio autumnali conceptum, et in æstivo solstitio VII Calendas Julias natum; addita insuper expositione, quod auctorem lucis æternæ cum cremento lucis temporariæ concipi simul et nasci deceret. Pœnitentiæ vero præconem, quem oportebat minui, cum inchoata minoratione lucis generari pariter et concipi. Verum quia sicut in ratione paschali didicimus æquinoctium vernale duodecimo Calendarum Aprilium die cunctorum Orientalium sententiis, et maxime Ægyptiorum, quos calculandi esse peritissimos constat, specialiter adnotatur, ceteros quoque tres temporum articulos putamus aliquanto priusquam vulgaria scripta continent esse notandos. Ut enim de æquinoctio verno, quod caput esse memoratarum quatuor mutationum annalium mundi origo docet, breviter loquamur, regula tenet ecclesiasticæ observationis, a Nicæno confirmata concilio, ut Paschæ dies ab XI Calendas Apriles usque in VII Calendas Maias inquiratur. Item catholicæ institutionis regula præcipit ut ante vernalis æquinoctii transgressum Pascha non celebretur. Qui igitur VIII Calendarum Aprilium die putat æquinoctium, necesse est idem aut ante æquinoctium Pascha celebrari licitum di-

cat, aut ante octavum Calendarum Aprilium diem Pascha celebrari licitum neget. Ipsum quoque Pascha, quod Dominus pridie quam pateretur cum discipulis fecit, aut IX Calendarum Aprilium die non fuisse, aut ante æquinoctium fuisse confirmet; non enim nostri tantum temporis, sed etiam legalis et Mosaica decernit institutio, non ante transcendens hujus æquinoctii diem festi paschalis esse celebrandum, sicut, attestante Anatholio, evidenter docet Philo et Josephus, sicut eorum antiquiores AGATHOBOLUS, et ab eo eruditas ARISTOBOLUS ex Paneade, qui unus ex illis LXX senioribus fuit qui missi fuerunt a Pontificibus ad Ptolemæum regem Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem, quique multa ex traditionibus Moysi propONENTI regi percunctantique responderunt. Ipsi ergo cum quæstiones Exodi exponerent, dixerunt Pascha non prius esse immolandum quam æquinoctium vernale transiret. Unde nos necesse est, ob conservandam veritatis regulam, dicamus aperte, et Pascha ante æquinoctium tenebrasque devictas non immolandum, et hoc æquinoctium duodecimo Calendarum Aprilium diei veraciter adscribendum, sicut non solum auctoritate paterna, sed et horologica consideratione docemur; sed et cætera tria temporum hujusmodi confinia simili ratione aliquot diebus ante octavum Calendarum sequentium esse notanda.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

rum, atque mathematici vel physici. Vulgus menibus ternis distinguit, ut Martius, Aprilis, Maius, ver constituent, sequentes tres æstatem, et sic reliqui, cum juxta solis cursus serius hæc tempora habeant initia quam mensis; nam naturale initium ac verum est veris ab ingressu solis in Arietis primam partem; æstas a principio cancri usque ad initium Libræ; et hinc ad primam Capricorni partem autumnus est; postremo hiems est per reliqua signiferi. Harum partium quæque dierum est xci et horarum vii. Initia horum temporum et fines cognoscas supra ex tabella de vero motu solis. Alii partes has faciunt inæquales, respicientes solis motum per circulum eccentricum, qui velocior est per imæ absidis quadrantes, quemadmodum in scholiis super primum librum docuimus, utunturque hac divisione et veteres alii, et M. Cato de re Rustica, item Varro, ut videlicet a bruma usque æquinoctium dies sint xciv, hinc usque ad solstitium dies totidem et semis, a solstitio usque ad æquinoctium vernum xcii et semis, et deinde ad bramam non amplius lxxviii, sole scilicet currente per angustiorē eccentrici sui quadrantem, veluti figura docet quam posuimus libro I. Eadem divisione video veteres medicos etiam uti.

Sed et Hippocrates ἀρχίατρος Antigono regi scribens. Memoria Beda lapus est, quod hanc epistolam Hippocrati tribuat, cujus nihil putatur exsistere ad Antigonom, sed tribuunt eam epistolam Paulo Æginetæ, quæ est apud eum, lib. I Medicinæ, cap. 100. Unde hoc loco verba subjicere placuit, quæ a Beda incuriose admodum citantur; sunt autem hæc interprete Joanne Andernaco. Cæterum anni solstitia in quibus hæc solent ingruere, silentio prætermittenda non sunt, sed quæ in singularis alimenta convenient paucis exsequemur, auspiciati ab hiemali

Solstitium hiemale.

Solstitium itaque hiemale usque ad vernum æquinoctium auget in hominibus distillationes humiditatesque, ac propterea calidioribus uti cibis, pleniori potu ac meraciore, atque ex organo bibere oportet,

nec non veneri indulgere. Numerantur dies ad æquinoctium nonaginta.

Æquinoctium vernum.

Hoc tempore pituita in hominibus crescit, et dulcis sanies sanguinis usque ad Vergiliarum ortum, eoque tunc maxime succosa acriæque assumi debent; corpus exerceri, venus tutissima est. Sunt autem ad usque Vergiliarum ortum dies sex et quadraginta.

Vergiliarum exortus.

Hoc anni tempus atram bilem ad usque æquinoctium autumnale promovet, quapropter aqua frigida atque odoratis omnibus utendam est. Venus pernicioza, aut innocentius saltem quæ de ea præscriptimus adhibeto. Porro sunt ad æquinoctium autumnale dies tres et nonaginta.

Æquinoctium autumnale.

Hæc anni pars pituitæ copiam generat, tenuesque defluxiones, donec Vergiliæ occidant. Convenit enim tunc humores ex capite elicere, atque acerrima, maxime succosa assumere, vomitu non sollicitari, exerceri atque concubitum vitare. Numerantur ad Vergiliarum occasum dies sex et quadraginta.

Vergiliarum occasus.

Hoc tempore pituita ad usque bramam in hominibus redundat; quamobrem acerbissima quæque, vinum suavissimum, assumere oportet, pinguibus uti et exercitari. Sunt autem ad solstitium hiemale dies quinque et quadraginta.

In occasum Pleiadum Pleiades stellæ sunt septem super Tauri cervices, at sex tantum videntur, cujus rei causa ab Arato est reddita in Phænomenis: dicuntur autem Græce a pluralitate Pleiades, Latine a vere Vergiliæ, quod tunc exoriantur cum sole, id est, ut astronomi loquuntur et poetæ, occidunt. Fit autem illud quando sol Tauro vicinus redditur. Sed plura quæ ad hujus capitis apertorem intelligentiam faciunt require ex scholiis et schematibus libri de Natura rerum.

CAPUT XXXI.

De dispari longitudine dierum et vario statu umbrarum.

Et quidem æquinocialis dies omni mundo æqualis et una est; verum solstitialis et cæteri omnes diversæ longitudinis pro ratione climatum disparium sunt et umbrarum, quod et libri vel Christianorum, vel gentium industria editi, et testes idonei, qui de utrisque partibus, et borealibus scilicet et meridianis advenere, luce clarius pandunt. Denique beatus Ambrosius, in libro quarto Hexameron, de temporibus et discursu solis disputans, ait inter cætera: « Medio quoque die minor umbra, quam vel in principio est diei, vel fine, et hoc apud nos in parte occidentis. Cæterum sunt qui per duos totius anni dies sine umbra fiunt in partibus meridianis, eo quod solem habentes super verticem suum, undique per circuitum illuminentur, unde et ἀστροι dicuntur Græce. Plerique etiam ferunt sic e regione ex alto ferri solem, ut per angustiam puteorum aquam, quæ in profundo est, viderint refulgere. Esse autem dicuntur in meridiano, qui ἀνφίστροι vocantur, eo quod umbram ex utroque latere transmittant. » Et paulo post: « Sunt enim in hoc quem nos incolimus orbe terrarum, circa meridiem positi, qui in Australem plagam videantur umbram transmittere, hoc autem fieri dicitur summo æstu, cum in Aquilonem sol dirigitur. » Cui paria scribit Basilius, et ipse in expositione Geneseos. Sed et Plinius secularibus literis, sed non contemnendis, hæc ipsa latius exequens ita scribit: « Vasaque horoscopi non eadem sunt usui in trecentis stadiis, aut ut longissime in quingentis, mutantibus semet umbris solis; itaque umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Ægypto

A meridiano tempore, æquinociali die, paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest umbræ. In oppido Ancona superest quinta tricesima. In parte Italiae, quæ Venetia appellatur, iisdem horis umbra gnomoni par fit. Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam V millibus stadiorum, solstitii die medio nullam umbram jaci, puteumque ejus experimenti gratia factum, totum illuminari, ex quo apparet tum solem illi loco supra verticem esse; quod et in India supra flumen Hypasim fieri tempore eodem Onesicritus scripsit; constatque in Berenice urbe Troglodytarum, unde stadiis MMMDCCCXX in eadem Ptolemaide oppido, quod in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quibus diebus totidemque postea fieri, et post eos XC dies in meridiem umbras jaci. Rursus in Meroe insula, quæ caput gentis Æthiopum, V millibus stadiorum a Syene, in amne Nilo habitatur, bis anno absumi umbras, sole devicesimam Tauri partem, et quartam decimam Leonis obtinente. In India gente Oretum mons est, Malæus nomine, juxta quem umbræ æstate in Austrum, hyeme ad Septentrionem jaciuntur: XV tantum noctibus ibi apparet Septentrio. In India Patalis celeberrimo portu sol dexter oritur, umbræ in meridiem cadunt, Septentrionem ibi Alexandro morante adnotatum, prima tantum parte noctis aspici. Onesicritus dux ejus scripsit, quibus in locis Indiae umbræ non sint, Septentrionem non conspici; ex eo loca appellari Ascia, nec horas dinumerari ibi. Et tota Troglodytice umbras bis XLV diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit. Sic fit, ut vario lucis incremento in Meroe longissimus dies

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, duodevicesimam.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XXXI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.— In parte Italiae quæ Venetia appellatur iisdem horis umbra gnomoni par fit. Quanto magis a sole longius disceditur, tanto sol ipsi terræ vicini appareret, et umbræ longiores excrescunt. Denique in Italia, sicut et antiqui scripserunt, circa diem natalis Domini, novem pedes in umbra staturæ humanæ hora sexta metiuntur. Ego autem in Gallia in loco qui Teotonis villa dicitur, constitutus, status mei umbram metiens, novemdecim pedes et semis inveni. Sic quoque contrario modo quanto propinquus meridiem versus ad solem acceditur, tanto semper umbræ breviores videntur, in tantum ut solstitium æstivale respiciente sole de medio cæli in Ægypto et Hierosolymis, et in eorum civitate constitutis locis nullæ videantur umbræ. In Arabia vero hoc ipso tempore sol supra in medio cæli ad partem Aquilonis cernitur, umbræque versa vice contra meridiem videntur. Rursus in Meroe insula hæc quæ caput gentis Æthiopum Asineæ civitas in amne Nilo habitatur.

Umbilici, quem gnomonem appellant, umbra in Ægypto, meridiano tempore, æquinociali die, paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars gnomonis deest ab umbra. In oppido Ancona superest quinta tricesima. Simili modo quidem est super Alexandriam V millibus stadiis solstitii die medio nullam umbram jaci, sicut et

in India supra flumen Hypasim. Quod et apud Troglodytas quadragesimo quinto ante et post solstitium die fieri dicunt, mediis nonaginta diebus in meridiem umbra ista. Sed et in Meroe insula Nili quinque millibus stadium Asineæ, bis in anno absumi umbras, sole duodecimam partem Tauri, et decimam quartam Leonis obtinente.

Meroe maxima est omnium insularum, in qua est civitas Syenes, habens puteum quem olim philosophi foderunt, volentes probare utrum sol ima illius penetraret; in quem descendentes, viderunt radios solis in illius meridiano tempore illustrantes, per quod deprehenderunt ipso tempore super ipsum locum consistere solem, 45 scilicet die.

BREVIS RECAPITULATIO.—Siquidem æquinocialis dies omni mundo æqualis et una est, etc., et post pauca: Vasaque horoscopi non eadem sunt usui in trecentis stadiis, aut ut longissime in quingentis mutantibus semet umbris solis. Vasa horoscopi, id est, machinæ quædam in vasis ex aquis conchaque quo certam horam scire possint, similia non sunt in unaquaque regione. Scopon græce, intentio Latine. Horoscopus compositum nomen est ex horologic et scopon. Horoscopus est horologica intentio. Non eadem sunt usui, id est, non æqualia sunt. Eratosthenes geometra subtilissimus per intervalla locorum, vasa horoscopi posuit, atque una die in omnibus umbram meridiani temporis observari nota-

XII horas æquinoctiales, et VIII partes unius horæ colligat, Alexandriae vero XIII horas, in Italia XV, in Britannia XVII, ubi æstate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id quod cogit ratio credi, solstitii diebus accedente sole propius verticem mundi, angusto lucis ambitu subjecta terræ continuos dies ha-

bere senis mensibus, nocte que e diverso ad brumam remoto. Quod fieri in Insula Thule Pythias Massiliensis scribit, VI dierum navigatione in Septentrionem a Britannia distante. Hæc de longitudine dispari solstitialium dierum Plinius intexendo, etiam brumalium dierum quæ sit in partibus longitudo sub-


GLOSSÆ ET SCHOLIA.

rique fecit, quantæ esset longitudinis; et sic comperit quod ultra quingenta stadia, ad unius longitudinis gnomon umbra non respondit. Stadium Græca est mensura. Et dicitur stadium a stando, eo quod ibi Hercules uno anhelitu currens cxxv passus steterit. Qua mensura Græci metiebantur loca in quibus ludos exercebant, ibique ludentes spatiando, et ludicra exerceendo deambulabant.

JOAN NOV. SCHOLIA.— *Equidem a quinoctialis dies.* Æquinoctialis dies quem sol facit sub æquinoctiali circulo currens, qui ex eo nomen habet, quod noctes diebus æquat, quemadmodum et æquidialis eadem ratione quod dies faciat noctibus pares. Quemadmodum et apud Græcos *ισσημερινός* et *ισσημερινός* dicitur. Dicitur et æquator, propterea quod hic circulus in sphaera sic ordinatur, ut a polis æquidistans, universam dividat in partes duas æquales. Hic cum medio spatio sit inter Septentriones et Austros, necesse est omnibus gentibus tantumdem lucis fieri, sole existente sub hoc circulo, ut constat ex sphaeræ conversionibus apud Euclidem. Cum vero sol est in partibus signiferi, quæ ad austrum vergunt, lux nobis est brevior, longior vero nox, quemadmodum contra fit, quando idem sidus est in his partibus cæli, quæ citra æquinoctialem, juxta verticem nostrum sunt. Ex hac diversa solis sublimitate sequitur et umbrarum diversitas. Nam humili sole, quemadmodum fit dum terræ vicinior est, prolixæ sunt corporum umbræ, et sublimi breves, veluti in meridie, quæ res probationis non eget. Verum sciendum est scriptores quando de umbrarum ratione loquuntur, semper intelligendas esse umbras meri-

dianas; reliquæ enim negliguntur, nisi umbrarum incrementa tradantur per singulas diei horas, ut fit apud scriptores rerum rusticarum. Et nos quoque in hoc loco tale schema subjiciemus, quod reperimus in exemplari scripto. Verum umbrarum ratio, quæ gnomonica dicitur, in cosmographia meridianas umbras intelligit, ut Germania semper habet umbras dextras, id est, versus septentriones jacentes. Septentrio namque apud poetas dextra pars mundi est, vertunt enim faciem ad occasum. Atque in ipso meridie sol existens, non semper eandem habet sublimitatem, nam hiberno tempore humilis est etiam in meridie, æstate vero sublimis, et singulis diebus aliam habet meridianæ lucis altitudinem. Hinc igitur umbrarum varietas oritur; at qui eruditi homines toto anno tres dumtaxat umbras observant, brumalem, æquinoctialem, et æstivam, idque diversis in regionibus; nam cum die quolibet sol meridianus altior fit Romæ, quam eodem die Colonix, aut in Britannia efficitur ut eodem tempore umbræ gnomonis, id est, magnitudinis, verbi gratia, decem pedum ad perpendicularum erectæ, breviores sint umbræ, quam Colonix, Colonix breviores, quam in Britannia. Hanc gnomonicam rationem cosmographi tradunt, ut istinc regionum ad cæli partes possimus situs deprehendere. Alia est umbrarum ratio per singulos dies, et horas, unde in agris homines, tempora et momenta deprehendunt: eam tradunt qui scripserunt de re rustica. Subjici schema unde deprehendere facile possis umbrarum rationem. Est autem accomodatam ad situm Colonix Agrippinæ.

Umbræ gnomonum, quales sunt Colonix Agrippinæ



Gnomon est AB, divisus per pedes LX; sol æstivus H; umbra a contactu gnomonis æstiva BC, pedum xxxi cum triente. Sol æquinoctialis G; umbra gnomonis BD, pedum lxxv et semis; hibernus sol F; umbra gnomonis BE, pedum ccxlix cum besse. In alijs diversa ratio est; nam si propius ad meridiem inclinant, quia ibi sol sublimior est meridianus, umbræ sunt breviores si ad Septentriones, relicto sole, crescunt statim.

Unde et *ἠσκητοί* dicuntur Græce. Umbrarum varietas

quatuor facit locorum discrimina. *Ἀσκητοί* enim loca sunt quibus sol aliquando fit in vertice, id est, ubi sol supra ambulantium capita directe ex perpendicularo pendet, quod dum fit, umbras manifestum est assumi, et magnitudines erectas circumquaque collustrari sole. Horum locorum in Europa est nihil, in Asia tantum

Vasaque horoscopi. Apud Plinium non horoscopi, seu appositivè legitur vasa horoscopa. Sunt autem

intelligendum reliquit. Sed et noctis utroque tem-
ore quæ sit mensura, æque clarum reddidit, quia
necesse est cujuscuque sint longitudinis dies, si-
mul et nox XXIII horarum spacium compleant. Sed
notandum quod ¹ de Thule aliter scripsit Solinus :

VARIANTES LECTIONES.

¹ Add. hoc C.


GLOSSÆ ET SCHOLIA.

tantum Indiæ maritima, in Africa omnia interiora. Est autem talium locorum initium ubi circulus solstitialis est in vertice, finis ubi circulus brumalis. Inter hos fines media locabis singulis annis solem habent in vertice, in partibus scilicet antisias (sic enim Græci vocant quæ habent eandem sublimitatem super locorum fastigia) extrema semel tantum, alia solstitio ut Syene, alia die brumali, ut ultima Africæ. Secunda sunt amphiseia, quæ umbras habent dextras et sinistras, ut Arabia cognomento Felix, et omnia quæ jam diximus subesse torridæ zonæ; eadem

« Thule, inquit, ultima, in qua æstivo solstitio, sole de cancri sidere faciente transitum, nox nulla; brumali solstitio perinde nullus dies. » Quod Plinius quoque in libro septimo non prætermisit : « Ultima, inquit, omnium quæ memorantur Thule, in qua

enim loca et ascia sunt, et amphiseia, sed diversa ratione. Tertia sunt heteroscia quæ dextras habent, aut sinistras tantum, ut omnia, quorum verticem sol non superat : tale est quidquid inter æstus et frigora medijs spatiis commode habitatur. *Περίστια* sunt, qui solem habent diebus aliquot seu etiam mensibus, noctibus nullis interpositis, super finitorem omnem cœli regionem ambientem, quemadmodum loca ad extremum Septentrionem posita, quæ propter frigoris magnitudinem sægre habitantur.

Vas horoscopium.



vasa horoscopa, quæ ad formam hemisphærii excavata, juxta circinationem intus sphæræ imaginem continent, accommodata ad temporum ac cœlestium cursuum observationem : cujus inventionem Vitruvius refert acceptam Aristarcho Samio, vocans scaphem et hemisphærium. Hujusmodi fuit, quod memor sum me annis aliquot ab hinc (cum primum operam hujus a me requireret) magnifico ac integerrimo viro D. Rheinardo, comiti a Westemburch, majori Ecclesiæ Coloniensis decano instaurasse; habet enim harum rerum ut singularem intelligentiam, ita et magnam voluptatem. Ego formam (ut potui) ejus in plano descripsi.

Intelligendum est A B esse labrum seu orificium planum superius materiæ excavatæ, F G stylum erectum, cujus extremitas G ostendit polum arcticum, F antarcticum, C centrum interioris cavati, cui respondet punctus subterraneus quod nadir vocant, D E signiferum, per parallela signorum in interiora cavatura descriptum, adhibito ad id quadrante indicis vice.

In Syene. Est enimsita sub tropico Cap. in ingressu torridæ zonæ. Vide Plin., Mel. Strab. et Solinum.

Rursus in Meroe insula, quæ est caput, etc. Sunt isthæc omnia ex Plinio, libro secundo, capite septuagesimo primo, secundo et tertio; quid autem sit absumi umbras, quibusque locis accidat id, et quare, superius aperuimus. Verum quod ait umbras absumi sole existente in duodevicesima parte Tauri, deinde

C rursus in quarta decima parte leonis, intelligendæ sunt jam, non ut supra imaginum partes dodecamorii; antisios enim est pars decima octava Tauri, decimæ quartæ Leonis, quod ejusmodi sit non gravabor explicare. Intelligendum est itaque ex astrologia esse signa et partes sibi mutuo respondentia. Quemadmodum et menses pari ratione sunt antisii, in umbrarum et dierum ratione, ut Gemini, Cancer, sunt antisia, seu æqualia signa; nam quantum dies post primam Cancris partem decrescunt, tantumdem undevicesima creverunt. Sunt itaque (ut cœpi) antisia, Gemini, Cancer, Taurus, Leo, item Aries et Virgo, item Pisces et Libra, deinde Aquarius et Scorpio, postremo Capricornus et Sagittarius. Hæc signa habent lucis et umbrarum eundem modum, hoc pacto tamen, ut prioris finis cum sequentis principio conferendus sit, et media signorum inter se conveniant. Verbi gratia, Taurus et Leo (ut diximus) antisia sunt hoc modo ut ultima Tauri, et secunda Leonis, æquales sint; proinde cum sol in duodevicesima parte umbras absumit semel, facit id secundo in parte antisia; atque illa erit, quemadmodum constat ex his quæ jam diximus, Leonis decima quarta pars, hæc enim in sphæra sunt æque sublimes: quæ res ut clarius intelligi queat, figuram subjeci, in qua spectabitur quæ partes quibus erunt antisia.

solstitio nullas esse noctes indicavimus, Cancri signum sole transeunte, nullosque contra per brumam dies. Hoc quidam senis mensibus fieri arbitrantur.)


CAPUT XXXII.

Causa inæqualitatis dierum, eorundem.

Causa autem inæqualitatis eorundem dierum terræ rotunditas est; neque enim frustra et in Scripturæ divinæ, et in communium literarum paginis orbis terræ vocatur. Est enim revera orbis idem in medio

A totius mundi positus, non in latitudinis solum gyro, quasi instar scuti rotundus, sed instar potius pilæ undiqueversum æquali rotunditate persimilis, neque autem in tantæ mole magnitudinis, quamvis enormem, montium valliumque distantiam, quantum in pila ludica unum digitum, tantum addere vel demere crediderim. Talis ergo schematis terra mortalibus ad inhabitandum data, solis circuitus in hoc mundo lucentis certa ratione constitutionis Dei, alibi B diem exhibet, alibi noctem relinquit. Et quia, sicut

GLOSSÆ ET SCHOLIA.



In India gente Oretum mons est, etc. Adhuc ex Plinio citantur, sed confuse satis, opus igitur fuerit ex ipso fonte hæc cognoscere. Quod autem statim sequitur, Septentrionem quindecim diebus cerni, ex iis quoque locis unus est qui ad Plinii sententiam referendi sunt, sed eorum, quorum auctoritatem magis quam fidem sequitur; nec enim adduci possum ut existimem Plinium tam delirasse, qui id ex conversione sphaeræ non viderit esse falsum. Proinde existimo rectius legendum esse, apposita negatione non, expuncta particula tantum; nam reliquis nationibus Septentriones semper super horizontem perdurant; nec ullus est dies quin aliqua parte noctis cernantur, præterquam in torrida zona, ubi oriuntur cum sole mense Augusto, quibus diebus videri nequeunt. Verum hujus generis plurima loca deprehendunt studiosi, quæ si mutare liceret pro arbitrio legentium, non esset unquam in hoc auctore castigandi finis.

Septentrionem ibi Alexandro morante, adnotatum prima tantum noctis parte aspici. Vide in hunc locum commentarios Ziegleri, super secundum librum Plinii, capite septuagesimo tertio. Sequentia usque ad finem capituli, sunt ex eodem Plinii loco.

Quod fieri in insula Thyle Pythias Massiliensis sci-

C bit. Verior est Strabonis sententia, et Plinii alibi, septimo videlicet libro, de Thyle; non enim polum in vertice habet, quod necessarium foret, si aut nox aut dies semestris esset. Est locus apud Strabonem cap. 55.

CAPUT XXXII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Cælum superioris circuli proprio discretum termino, et æqualibus undique spatiis collocatum, virtutes continet angelicas, quæ ad nos exeuntes ætheria sibi corpora sumunt, ut possint hominibus etiam in edendo similari, eademque ibi reversæ deponunt. Hoc Deus aquis glacialibus temperavit, ne inferiora succederentur elementa. Dehinc inferius cælum non uniformi, sed multiplici solidavit, nuncupans eum firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum.

Cælum subtilis ignæque naturæ, rotundumque, et a centro terræ æquis spatiis undique collectum. Unde et convexum mediumque quacunque cernatur, inenarrabili celeritate quotidie circumagi sapientes mundi dixerunt, ita ut rueret, si non planetarum occursum moderaretur: argumento siderum nitentes, quæ fixo semper cursu circumvolant, septentrionalibus breviores gyros circa cardinem peragentibus. Cujus vertices extremos, quos circa sphaera cœli volvit, polos nuncupant, glaciali rigore tabentes. Ho-

Ecclesiastes ait, *Oritur sol, et occidit, et in locum A* eadem linea positus mane, meridiem, vesperam ad-

ducat, ejusdem tamen longitudinis dies utrisque toto anno, sicut et noctes, faciat, item necesse est omnibus sub Aquilonis et Austri plaga contra invicem et


GLOSSÆ ET SCHOLIA.

rum unus ad Septentrionalem plagam consurgens Boreus, alter devexus in Astros, terræque oppositus, Australis vocatur, quem *interiora Austri* Scriptura sancta nominat.

Cælum, id est, firmamentum, *subtilis naturæ*, utpote ex aquis et igneæ naturæ, id est, qualitatis, propter sidera igneam naturam habentia, quæ in eo collocata sunt. *Rotundumque*, scilicet, est. Rotundum non in modum pilæ, sed a parte polorum in longitudine porrectum, et *a centro*, id est, a medio puncto, vel medietate terræ. *Undique*, id est, declivum, *collectum* illud cælum. Quantum est ab hoc loco terræ ad cælum tantum ex utraque parte terræ spatium ad cælum protenditur. *Est enim orbis terræ in medio totius mundi*, id est, cœli, *positus, non in latitudinis solum gyro, quasi instar scuti rotundus; sed instar potius pilæ undequaque versum*, id est, divexum, *æquali rotunditate persimilis. Neque enim in tantæ mole magnitudinis quamvis enormem, id est, grandem, monitum va'liumque distantiam, quantum in pila ludicra, unum digitum addere vel demere crediderim.* Omnia enim elementa supra terram sunt, et quasi ab ea sustententur, terra autem a nullo sustentur elemento, quia terra humillimum tenet locum. Psalmista dicit: *Extendens cælum sicut pellem.* Al litteram: *Extendit Deus cælum sicut pellem, quia sicut pellis animalium totum corpus tegit, sic cælum totam terram supra et infra circumdat.* *Unde*, scilicet quia rotundum est et convexum, propter inclinatiorem partem austrini poli. *Convexum*, id est, curvum in modum cameræ. *Mediumque* scilicet, est. Medium est ipsum cælum *quacunque cernatur*, sicut circinus in quacunque sui parte consideretur, medium est. Ipsum quoque cælum medium omnibus videtur, quia medietas

illius super terram est semper. Et videtur etiam connexum, id est, inclinatum. In quacunque enim parte terræ stetur, medium putatur in cælum esse. *Quacunque*, id est, in quacunque partem. Et ubicunque cernatur ipsum cælum, semper medietas ejus videtur. *Circumagi*, scilicet ipsum cælum, id est, circumferri. *Sapientes*, id est, philosophi. *Rueret*, id est, caderet. *Planetarum.* Planetæ enim contra mundum feruntur, ideo mundus temperatur et retinetur. *Mod raretur*, id est, tardaretur, vel temperaretur. *Argumento*, vel ostensione, id est, exploratione. Quid sit et quare dicatur argumentum, jam supra scriptum est.

Est enim revera orbis idem in medio totius mundi positus, non in latitudinis solum gyro, quasi instar scuti rotundus, sed instar potius pilæ undique æquali rotunditate persimilis. Macrobius, in prima libri sui parte, ita commemorat. Cælum enim ab omni parte terræ æquabiliter distat. Et ut a nostra habitatione, ita et a lateribus et a parte quæ ad nos habetur inferior pari altitudinis immensitate suspicitur. Nisi ergo omnia pondera ferrentur in terram, imbres qui extra latera terræ deflunt, non in terram, sed in cælum caderent. Quod vilitatem joci scurrilis excedit. Esto enim sphaera terræ, cui ascripta sunt, A B C D. Circa hanc sit aeris orbis, cui ascripta sunt, E F G L M, et utrumque orbem, id est, terræ et aeris, dividat linea ducta ab E usque ad L. Erit superior ista quam possidemus, et illa sub pedibus. Nisi ergo caderet omne pondus in terram, parvam nimis imbrum partem terra susciperet ab A usque ad C. Latera vero aeris, id est, ab F usque ad E, et a G usque ad L, humorem suum in aerem cælumque dejicerent. De inferiori autem hemisphaerio pluvia in exteriora, et ideo naturæ ignota, deflueret sicut ostendit subjecta descriptio.



De cœli autem nomine sic dicit sanctus Ambrosius in libris quos scripsit de creatione mundi. Cælum Græco vocabulo οὐρανός dicitur. Apud Latinos autem propterea cælum appellatur, quia impressa stellarum lumina veluti signa habens, tanquam cælatum dicitur,

D sicut argentum quod signis eminentibus resurgens cælatum vocatur. Hujus enim esse subtilem naturam etiam Scriptura demonstrat, dicens quod firmaverit cælum sicut fumum. Partes autem ejus, eous, axis, clima, cardines, convexa, poli, hemisphaeria. Eous

eadem linea positus, per totum annum vertentis circuitum, uno eodemque temporis puncto

Sol medium cœli conscendat igneus orbem.

Nec tamen eodem utrisque puncto vel hora oritur, aut occidat, sed cum plagam australem circumiens hyberno tempore pervehitur, eos qui meridianum

terre latus inhabitant, ante oriens adit, sed serius dimittit occidens, quam nos, qui ad Septentrionem positi, globo terrarum obstante, tardius ejus ortum, sed citius sortimur occasum. At contra idem in æstivo degens circulo, multo nobis qui sub eodem habitamus ante ortus apparet, multo diutius videtur occasurus, quam eis qui in meridiano terre sinu con-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

est, quo cœlum continetur. Unde et Ennius: Vix solum complevere Eoam, cum terroribus cœli. Axis, est Septentrionalis linea recta, quæ per mediam pilam spheræ tendit; et dicta axis, quod in ea spheræ ut rota volvitur, vel quia ibi plaustrum est. Clima, cardo vel pars cœli. Climata cœli, id est, plagæ vel partes: quatuor sunt, ex quibus prima pars orientalis est, unde aliquæ stellæ oriuntur. Secunda occidentalis, ubi nobis aliquæ stellæ occidunt. Tertia Septentrionalis, ubi sol pervenit in diebus majoribus. Quarta Australis, ubi sol pervenit noctibus majoribus. Oriens autem ab ortu solis est nuncupatus; occidens, quod diem faciat occidere atque interire. Abscondit enim lumen mundo, et tenebras superinducit. Septentrio autem a septem stellis axis vocatur, quæque in ipso revolutæ rotantur. Hic proprie et vertex dicitur, eo quod vertitur. Meridies autem vocata, vel quia ibi sol facit medium diem, quasi medidies: vel quia tunc purius micat æther. Merum enim purum dicitur, cardines cœli extremæ partes sunt axis, et dicti cardines eo quod per eos vertitur cœlum, vel quia sicut cor volvuntur. Gregorius papa: Dic rogo si nosti gyros cœli, terre cardines, aquarum abyssos, ubi finiuntur, ubi suspensi sunt. Scimus autem quia quod ex nihilo factum est pendet in nihilo. Sed si est aliquid quod dicitur nihilum, jam nihilum non est. Si autem nihil est nihilum, nusquam mundi moles dependet, nec est ubi sit quod creatum est ut sit. Quomodo ergo nusquam est, quod novimus quia est? Convexa autem cœli extrema ejus sunt, a curvitate dicta, ut est illud:

Convexum quoties claudit nox huiusmodi cœlum.

Convexum enim curvum est, quasi conversum seu inclinatum, et admodum circumflexum. Poli sunt circuli, qui currunt per axem. Horum alter est septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus; alter Australis, qui nunquam videtur, et Austronotus dicitur; et dicti poli, quod sint axium cœli, ex usu plaustrorum, a poliando scilicet nominati. Sed polus Boreus videtur semper, Austronotus nunquam, quia dextra cœli altiora sunt, pressa Austri. Spheræ est æqualis rotunditas undique ita.

Spheræ cœli species est quædam in rotundum formata, cujus centrum terra est, ex omnibus partibus conclusa. Hanc spheram nec principium habere dicunt, nec terminum, pro eo quod rotunditate sui quasi circulus unde incipiat, vel ubi desinat, non facile comprehenditur. Æqualiter enim ex omni parte fertur esse collecta, et ad omnia similiter respiciens, atque a centro terre spatiis æquis distincta; ipsaque sui æqualitate ita stabilis, ut eam in nullam partem declinare undique æqualitas collecta permittat, ac nullo fulcimento subvecta sustentetur. Hemispheria dimidia pars spheræ est. Hemispherion super terram est ea pars cœli quæ a nobis tota videtur: hemispherion sub terra est, quæ videri non potest, quandiu sub terra fuerit.

Spheræ motus duobus axibus volvitur, quorum unus est Septentrionalis, qui nunquam occidit, appellaturque Boreus; alter Australis, qui nunquam videtur, et Austronotus dicitur. His duobus polis moveri spheram cœli dicunt, et cum motu ejus sidera fixa in ea ab Oriente usque in Occidentem circuire, septentrionibus breviores gyros juxta cardinem peragentibus

Spheræ cœli ab Oriente et Occidente semel in die et nocte vertitur viginti quatuor horarum spatiis, quibus cursum suum super terras et sub terras sua volubilitate concludit. Hæc igitur super aquas esse posita fertur, ut in ipsis volvatur, eju que incendium temperent. Si forte aliquis requirit qualiter cœlum tam magnam revolutionem in viginti quatuor horis agere possit, videat quomodo Habacuc in puncto horæ tanta terrarum spatia bis transire potuit. Cœlum igitur qua magnitudine vel qua materia constet incertum tenemus; scimus tamen quia incredibili celeritate volvitur. Tanta celeritate spheræ cœli dicitur currere, ut nisi adversus ejus præcipitem cursum astra currerent, quæ eam remouerent, mundi ruinam faceret. Unde et Lucanus locutus est:

Sideribus quæ sola fuga moderantur Olympi,
Occurruntque polo diversa potentia cursu.

Nam tantus illic sonus est, tantæque dulcedinis, ut beatus Isidorus ait, ut si humanæ aures valerent illum audire, ab Oriente in Occidentem transirent, sequentes motum spheræ cœlestis. Cujus perfectionem spheræ vel circuli multis argumentationibus tractans Plato, rationabile fabricatoris mundi opus insinuat, primo quod ex linearum quinque angulis zodiacus ductus ex una linea constat; secundo, quod sine initio est, et sine fine; tertio, quod a puncto efficitur. Denuo quod motum ex se habeat, deinde quod careat judicio angulorum, et quod in se stellarum figuras omnes includat, et quod motum inenarrabilem [Forte inerrabilem] habeat, si quidem sex alii motus errabiles sint ante, a tergo, dextra lævaque sursum deorsumque; postremum et quod necessitate efficiatur ut hæc linea ultra circulum duci non possit.

Cœlum spiritualiter Ecclesia est, quæ in hujus vitæ nocte sanctorum virtutibus quasi claritate siderum fulget. Pluraliter autem cœli nomine sancti omnes vel angeli intelliguntur. Siquidem cœlos etiam prophetas et apostolos accipere debemus, qui pluunt verbis, coruscant miraculis, et de quibus dictum est: Cœli enarrant gloriam Dei, utique quia ipsi adventum et mortem, ipsi quoque resurrectionem Christi velut gloriam mundo annuntiaverunt. Beatus Ambrosius, in libro Hexameron, sic eloquitur, dicens: Legimus in David: Laudate eum cœli cœlorum. Utrum enim unum sit cœlum, an plures, contentio est, dum alii multos asserunt, alii præter unum esse negant. Philosophi autem mundi, septem cœlos, id est, planetas globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus connexa memorant omnia, quos sibi innexos et velut insectos versari retro, et e contrario cæteris motibus ferri arbitrantur. Siquidem et in ecclesiasticis libris et cœli cœlorum leguntur, et apostolus Paulus usque ad tertium cœlum fuisse se raptum intelligit; sed de numero eorum nihil sibi præsumat humana temeritas. Fecit autem eos deos, non informes vel confusos, sed ratione quadam ordine suo distinctos. Nam superioris circuli cœlum discretum termino, æqualibus undique spatiis collocatum extendit, atque in eo virtutes spiritualium creaturarum constituit. Cujus quidem cœli naturam artifex mundi aquis temperavit, ne conflagratio superioris ignis inferiora elementa succenderet. Dehinc cœlum inferioris cœli non uniformi sed multiplici motu solidavit, nuncupans eum firmamentum, propter sustentationem solidarum superiorum aquarum. Julianus


versati, et prius illum ejusdem terræ oblectu cernere vetantur, et post ocyus amittere coguntur. Ideoque illi breviores nobis dies æstate, longiores habent in hyeme. Quod non de solari gyro tantummodo, sed de stellarum quoque omnium, sub diversis poli plagis currentium potest situ cognosci; eadem quippe facit terræ rotunditas, ut nonnulla etiam clarissima Australis sidera climatis nobis nunquam pareant,

contra nostra Septentrionalia illis non parva ex parte celentur. Denique ipsos Septentriones, qui nobis supra verticem ascendunt, neque occidunt unquam, non cernit Troglodytice, et confinis Ægyptus. Porro ipsorum sidus permaximum, et Dei quondam nomine cultum, non solum nos Britanni, sed nec Italia quidem potest videre Canopum; non quia lux stellarum, longinquiribus paulatim minorando subtrahitur et

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Pomerius, vir sanæ prudentiæ, primum cœlum dicit esse aerium, a quo et aves cœli vocantur. Secundum sidereum, ubi continentur duodecim signa cæteraque astra præter septem planetas, quod et firmamentum appellatur. Tertium intelligit spirituale, sive mentale,

ubi angeli et animæ sanctorum in contemplatione Dei sunt positæ, contemplantes super se Deum omnipotentem, qui omni creaturæ præsidet, ut præsidendo omnia sustineat, sustinendo circumdet, circumdando impleat. Macrobius in secunda libri sui parte ita commemorat:



Quia animo facilius illabitur concepta ratio quam sermone descriptio, esto orbis terræ cui ascripta sunt A B C D, et circa A ascribantur N et L, circa B autem M et K, et circa C, G et L, et circa D, E et F, et ducantur lineæ rectæ a signis ad signa, id est, a G in I, ab M in N, a K in L, ab E in F. Spatia igitur duō adversa sibi, id est, a C usque ad lineam quæ in L ducta est, alterum a D usque ad lineam quæ in F ducta est, intelligantur pruina obriguisset perpetua. Est enim superior Septentrionalis, inferior Australis extremitas; medium vero ab N usque in L, zona sit torrida. Restat ut cingulis ab I usque ad N de subjecto calore et superiore frigore temperetur. Rursus zona quæ est inter L et F accipiat de superiore calore et subdito rigore temperiem. Et licet si hæc duæ zonæ temperatæ, non tamen ambæ hominibus nostri generis indultæ sunt, sed sola superior, quæ est ab I usque ad N, incolitur ab omni quale scire possumus hominum genere, Romani Græcive sint, vel barbari cujusque nationis. Illa vero ab L usque ad F,

denegat commeandi. Manifesta est igitur causa cur hæc zona flammis sit semper obnoxia, quippe quam sol totius ætheræ flammæ, et fons et administrator nunquam relinquit. Ergo ambæ partes ultimæ, id est, Septentrionalis et Australis, ad quas nunquam solis calor accedit, necessario perpetua premuntur pruina. Duas vero, ut diximus, temperat hinc atque illinc, vicina caloris et frigoris. Denique in hac ipsa zona quam incolimus, quæ tota dicitur temperata, partes tamen quæ perusto cingulo vicinæ sunt, cæteris calidiores sunt, ut est Æthiopia, Arabia, Ægyptus, et Libya, in qua calor ita circumfusi aeris corpus extenuat, ut aut nunquam aut raro cogatur in nubes, et ideo nullus pene apud illos usus est imbrum, rursusque ad fines frigidus pressius accedunt. Adeo premuntur pruina, ut non facile explicetur quanta sit illic frigidæ nimietatis injuria; loca vero quæ in medio temperata sunt, quoniam ab utraque nimietate longe recedunt, veram tenent salutaremque temperiem.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Causa autem inæqualitatis.* Adhibita sphaera facilis est hujus intellectus; demonstratur enim ex terræ rotunditate fieri (jam enim constat esse globum) et quod sol gentibus ad Orien-

deficit, sed quia terræ moles¹ apposita spatium præcludit aspectandi. Quæ cuncta de monte quolibet pergrandi undique circum habitato valent facillime probari.

CAPUT XXXIII.

Quibus in locis pares sint umbræ vel dies.

Et quia supra distantiam dierum solstitialium inter eos, qui ad meridiem et septentrionem ab invicem sunt remoti Plinii Secundi dictis ostendimus, videtur opportunum et eadem nunc latius, et consonantiam quoque dierum, inter eos qui in quacunque mundi parte sub eadem ab Oriente in Occidentem ducente linea commorantur, ejusdem declarare sermonibus. Igitur in sexto Naturalis historię libro de his scribens: « Plura sunt, inquit, segmenta mundi, quæ nostri circulos appellavere, Græci παραλλήλους:

A principium habet Indiæ pars versa ad Austrum, patet usque Arabiam, et Rubri maris accolas; continentur Gedrosi, Carmani, Persæ, Elymæi, Parthi, Syene, Aria, Susiana, Mesopotamia, Seleucia, cognominata Babylonia, Arabia ad petras usque Syria-cœle, Pelusium Ægypti; ² inferiorque ora quæ Cora vocatur, Alexandria, Africæ maritima, Cyrenaïca oppida omnia, Tapsus, Hadrumetum, C'upea, Carthago, Utica, utraque Hippo, Numidia, Mauritania utraque, Atlanticum mare, columnæ Herculis. In hoc cœli circumplexu æquinoctii die media umbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, umbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Noctes vero diesque longissima spatia quatuordecim horas æquinoctiales habent, brevissima e contrario decem. Sequens circulus incipit ab India vergente ad

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, opposita.

² C, inferiora quæ.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

tem positis, citius oriatur, tardius ad Occidentem. Quemadmodum Judæis ante fit dies, quam nobis, nobis citius quam Hispanis, tum etiam quod pro climatum diversitate, dies hiberni et æstivi, alibi sint breviores et longiores: quorum prius illud vulgo etiam notum est, posterius vero docetur ex mundi inclinatione. Nam proficiscentibus ad meridiem, continuo sidera quædam videntur versus Austrum oriri, quemadmodum Canopus insignis stella in temone Argonavis, nusquam in Italia conspicitur: Rhodi tantum emicat ex inferiore parte mundi super horizontem, Alexandriæ justo tempore perdurat supra finitorem. Ex eo fit ut hibernos dies gens meridionalis habeat quam nos longiores. Nam et illis sidera quædam decem horis super terram feruntur, quæ nobis vix dum octo. Æstivos autem illi habent breviores; quod enim citra æquatorem est arctois, diutius super horizontem manet, quemadmodum docetur apud Euclidem in sphæræ conversionibus, seu phænomena inscriptis. Ad hæc rem cosmographi indicandam excogitarunt duo genera circulorum, alios qui per polos ducti dicuntur meridiani, a Septentrione versus Austrum, quorum officium est distinguere horarum discrimina, ac Orientales ab Occidentalibus; alii sunt in sphæra circuli παραλλήλοι, qui dividunt meridianos prædictos, distinguuntque climata, ac dierum temporumque inæqualitatem, de quibus dicetur capite sequenti.

Sed nec Italia quidem. De Canopo vide caput septuagesimum secundi libri c. Plinij, unde hæc desumpta sunt, qui locus tamen isthic non caret menda.

CAPUT XXXIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.—Octo circulis terra pro dierum varietate distinguitur. Primus ab Indiæ parte Australi per Rubri maris incolas et Africæ maritima ad columnas Herculis pervenit. Quo æquinoctii die medio gnomon septem pedum, umbram quatuor pedes longam reddit. Dies vero longissimus quatuordecim horas æquinoctiales habet. Secundus, ab occasu Indiæ per Medos vadit, et Persas, Arabiam, Syriam, Cyprum, Cretam, Lilybæum, et Septentrionalia Africa contingens. Umbilicus æquinoctio triginta quinque pedum, umbram viginti tres pedes longam facit. Dies autem maxima quatuordecim horarum est, accedente bis quinta parte unius horæ. Tertius oritur ab Inois Imao proximis, tendit per Caspias partes, Taurum, Pamphyliam, Rhodum, Cycladas, Syracusas, Canetam, Gades. Gnomonis cunctæ umbram triginta octo unciarum faciunt. Longissimus dies horarum quatuordecim, atque dimidiæ, cum trigesima unius horæ.

Quartus ab altero latere Imai per Ephesum mare Cycladum Septentrionalia Sicilia Narbonensis Galliarum exorti, a Africæ maritima tendit ad occasum, gnomoni viginti unum pedum respondent umbræ sex pedum. Longissimus dies habet horas quatuordecim, et tertius duæ unius horæ Quinto circulo continentur ab introitu Caspii maris Bactrii, Armenia, Macedonia, Tarentum, Tuscum mare, Baleares, Hispania media. Gnomon septem pedum, umbris sex. Maximus dies horarum quindecim. Sextus amplectitur Caspias gentes, Caucasum, Samothraciam, Illyicos, Campaniam et Ruriam, Massiliam, Hispaniam Tarracconensem mediam, et inde Pelusianam. Gnomoni, pedes novem, umbræ octo. Longissimus dies horarum quindecim, addita nona parte unius horæ. Septimus ab altera Caspii maris ora incipit, vaditque per Thraciæ aversa Venetiam, Cremonam, Ravennam, Transalpinam Galliam, Pyrenæum, Celtiberiam. Gnomoni triginta quinque, umbræ triginta sex. A plissima dies horarum quindecim, et quintarum partium horæ trium. Octavus a Thanaï per Mæotium lacum, et Sarmatas, Dacos, partemque Germaniæ Gallias ingreditur. Longissimus dies horarum sexdecim. His circulis antiqui duos præponunt: unum per insulam Meioen, et Ptolemaem Rubri maris urbem, ubi longissimus dies duodecim horarum est, dimidia hora amplior; alterum per Syenem Ægypti, quem horarum tredecim duosque subjiciunt. Primum per Hyperboreas et Britanniam, horarum xvii, alterum Schyticum, a Riphæis jugis in Tilen, in quo dies continentur, noctesque per vices.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—Et quia supra distantiam dierum, etc. Agitur hoc capite de regionum latitudine, quam distinguunt lineæ parallele, quas æquidistantes vocamus. Latitudo autem est regionum distantia versus meridiem et Septentrionem, cujus initium sumitur a medio torridæ zonæ, seu, quod est idem, ab æquinoctiali, ut civitas sub æquatore posita, quemadmodum Julia Africanum oppidum, nullam habet latitudinem, quod jam hinc versus Aquilonem vergit, incipit habere aliquot latitudinis partes. Hæc distinguunt circuli qui in polis pinguntur, ambientes polum ex quo circino ducuntur, distantes plerumque spatio decem partium. In mappis autem (sicut enim vocant vulgo tabulas in quibus orbis est descriptus) distant quadrantibus horarum, id ubi dies maximus a proxima regione quadrante crevit, isthic est alius parallelus; sed post Britanniam, propter nimis præcipitem inclinationem sphæræ, non amplius per quadrantes horarum computatur, quam universam μάθησιω libuit hoc loco subjicere, ex secundo libro Ptolemæi περί μεγάλης προσηματεως. Prius tamen eam ponemus, quam in ipso Beda invenimus de umbris.

occasum, vadit per Medos, Parthos, Persepolin, citi-
ma Persidis, Arabiam citeriorem, Judæam, Libani
montis accolas. Amplectitur Babylonem, Idumæam,
Samaritam, Hierosolimam, Ascalonem, Joppen, Cæ-
saream, Phœnicen, Ptolemaidem, Sidonem, Tyrum,
Berytum, Botrin, Tripolin, Byblum, Antiochiam,
Laodiceam, Seleuciam, Ciliciæ, maritima, Cypri
Austrina, Austrinam Cretam, Lilybæum in Sicilia,
Septentrionale Africæ et Numidiæ. Umbilicus æqui-

A noctio ¹ triginta quinque pedum, umbram triginta
tres pedes longam facit. Dies autem noxque maxima
quatuordecim horarum æquinoctialium est, acce-
dente bis quinta parte unius horæ. Tertius circulus
ab Indis Imao proximis oritur. Tendit per Caspias por-
tas Mediæ proximæ, Cataoniam, Cappadociam, Tau-
rum, Amanum, Issum, Cilicias ² portas, Solos, Tarsum,
Cyprum, Pisidiam, Pamphiliam, Siden, Lycaoniam ³,
Lyciæ Patarum, Xanthum, Caunum, Rhodum, Com,

VARIANTES LECTIONES.

¹ B, viginti.

² C, partes.

³ C, Lyciam.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Concordia duodecim mensium per umbram, cujus gnomon erit humani corporis longitudo.

Januarius et December.

Hora I, et IX,	pedes XXIX.
hora II, et X,	pedes XIX.
hora III, et IX,	pedes XVII.
hora IV, et VIII,	pedes XV.
hora V, et VII,	pedes XIII.
hora VI,	pedes XI.

Februarius et November.

Hora I, et XI,	pedes XXVII.
hora II, et X,	pedes XVIII.
hora III, et IX,	pedes XV.
hora IV, et VIII,	pedes XIII.
hora V, et VII,	pedes XI.
hora VI,	pedes IX.

Martius et October.

Hora I, et XI,	pedes XXVII.
hora II, et X,	pedes XVII.
hora III, et IX,	pedes XIII.
hora IV, et VIII,	pedes XI.
hora V, et VII,	pedes IX.
hora VI,	pedes VII.

Aprilis et September.

Hora I, et XX,	pedes XXII.
hora II, et X,	pedes XIII.
hora III, et IX,	pedes XI.
hora IV, et VIII,	pedes IX.
hora V, et VI,	pedes VII.
hora VI,	pedes V.

Maius et Augustus.

Hora I, et XI,	pedes XXI.
hora II, et X,	pedes XI.
hora III, et IX,	pedes IX.
hora IV, et VIII,	pedes VII.
hora V, et VII,	pedes V.
hora VI,	pedes III.

Junius et Julius.

Hora I, et XI,	pedes XIX.
hora II, et X,	pedes IX.
hora III, et IX,	pedes VII.
hora IV, et VIII,	pedes V.
hora V, et VII,	pedes III.
hora VI,	pedes I, s.

Umbrarum ratio gnomica, per quadrantem mundi septentrionalem.

Parallelo- rum ordo.	Horæ cum partibus.	Distantiæ ab æquatore.	UMBRA		GNOMONIS, Hiberna.	Loca per quæ scribuntur παράλληλοι.
			Æstiva.	Æquinoctialis.		
Amphiscii sunt sex.	1	12	0	26 30	0	26 30 Per Africam.
	2	12 15	4 15	21 20	4 25	32 Per Taprobanem.
	3	12 30	8 25	16 50	8 50	37 54 Per sinum Avalicum.
	4	12 45	12 50	12	15 20	44 10 Per Adulicum sinum.
	5	15	16 27	7 45	17 45	51 Per Meroen insulam.
	6	15 15	20 11	5 45	22 10	58 10 Per Napat.
Heteroscii paralleli sunt sex et viginti.	7	15 30	23 51	0	26 30	65 50 Per Syenen.
	8	15 45	27 40	3 50	31 50	74 10 Per Ptolemaidem.
	9	14	30 22	6 50	35 12	83 15 Per inferiorem Ægypti.
	10	14 15	33 18	10	39 30	93 5 Per Phœniciam.
	11	14 30	36	12 55	43 50	103 20 Per Rhodum.
	12	14 45	38 35	15 20	47 50	114 55 Per Smyrnam.
	13	15	40 56	18 50	52 10	127 50 Per Hellespontum.
	14	15 15	43 5	20 10	55 55	140 15 Per Massiliam.
	15	15 30	45 1	23 15	60	155 15 Per medium Pontum.
	16	15 45	46 51	25 50	65 55	171 55 Per fontes Danubii.
	17	16	48 32	27 30	67 50	185 55 Per ostia Borysthenis.
	18	16 15	50	29 55	71 20	208 20 Per Mæotidem pal.
	19	16 30	51 35	31 25	75 25	220 20 Per Agrippinam Colonien.
	20	16 45	52 50	33 20	79 5	235 10 Per ostia Rheni.
21	17	54 1	34 55	82 55	278 45 Per ostia Tanais.	
22	17 15	55	36 15	85 20	304 50 Per Bulleum Britan.	
23	17 30	56	37 20	88 50	355 15 Per Ma. Britannicæ.	
24	17 45	57	39 20	92 15	372 40 Per Camaldunum Brit.	
25	18	58	40 41	96	419 5 Per Hiberniam.	
26	18 30	59 30	Deficiunt hic rationes umbrarum, quod			spargantur in immensum.
27	19	61				Per ultima Hibern.
28	19 30	62				Per Ebudas insulas.
29	20	63				Per Thylem insulam.
30	21	64 30				Per Scythiam.
31	22	65 30				Per ultima Scyth.
32	23	66				Per Gottiam.
33	24	67 15	Perisciorum primus.			Per Gottiam.
34	Menses 1	69				Per Gottiam.
35	Menses 2	75				Per Islandiam.
36	Menses 3	78				Per Pilappos.
37	Menses 4	82				Per mare Glaciale.
38	Menses 5	87				Per mare Glaciale.
39	Dies semest.	90				Per mare Glac. sub polo.

Halicarnasum, Gnidum, Dorida, Chium, Delum, Cycladas medias, Cythium, Maleam, Argos, Laconiam, Elin, Olympiam, Messanam Peloponnesi, Syracusas, Catinam, Siciliam mediam, Sardiniae Austrina, Carthegiam, Gades. Gnomonis cunctae umbram XXXVIII unciarum faciunt. Longissimus dies est æquinoctialium horarum quatuordecim, atque dimidiæ cum tricesima unius horæ. Quarto subjacent circulo, quæ sunt ab altero latere Inai, Cappadociae Austrina, Galatia, Mysia, Sardis, Smyrna, Sipylos, Tmolus mons Lydiæ, Caria, Ionia, Trallis, Colophon, Ephesus, Miletus, Chios, Samos, Icarium mare, Cyclades Septentrionales, Athenæ, Megara, Corinthus, Sycion, Achaia, Patræ, Isthmus, Epirus, Septentrionalia Siciliae, Narbonensis Galliae exortiva, Hispaniae maritima a Carthagine nova, et inde ad occasum gnomoni XXI pedum respondent umbræ XVI pedum. Longissimus dies habet æquinoctiales horas XIII, et tertias duas unius horæ. Quinto continentur segmento ab introitu Caspii maris, Bactria, Iberia, Armenia, Mysia, Phrygia, Hellespontus, Troas, Tenedos, Abydos, Scepsis, Ilium, Ida mons, Cyzicus, Lampascus, Sinope, Amisus, Heraclea in Ponto, Paphlagonia, Lemnus, Imbrus, Thasus, Cassandria, Thessalia, Macedonia, Larissa, Amphipolis, Thessalonice, Pella, Edesus, Berœa, Pharsalia, Carystus, Eubœa, Bœotum, Chalcis, Delphi, Acarnania, Ætolia, Apollonia, Brandusium, Tarentum, Thurii, Locri, Rhegium, Lucani, Neapolis, Puteoli, Tuscum mare, Corsica, Baleares, Hispania media. Gnomoni VII pedes, umbræ VI. Magnitudo diei summa horarum æquinoctialium XV. Sexta comprehensio, qua continetur urbs Roma, amplectitur Caspias gentes, Caucasum, Septentrionalia Armeniæ, Apolloniam supra Rhyndacum, Nicomediam, Nicæam, Chalcedonem, Byzantium, Lysimachiam, Chersonesum, Melanensium, Abderam, Samothraciam, Maroneam, Oënum, Bessicam, Thraciam, Mediam, Pæoniam, Illyrios, Dyrrachium, Canusium, Apuliæ extima, Campaniam, Hetruriam, Pisas, Lunam, Lucam, Genuam, Ligu-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XXXIV.

BRID. ROMES. GLOSSÆ. — Quinque circulis mundus dividitur, quorum distinctionibus quædam partes temperie sua incoluntur, quædam immanitate frigoris aut caloris inhabitabiles existunt. Primus est Septentrionalis, frigore inhabitabilis, cujus sidera nobis nunquam occidunt. Secundus solstitialis, a parte signiferi excelsissima nobis ad Septentrionalem versus, temperatus, habitabilis. Tertius æquinoctialis, medio ambitu signiferi orbis incedens, torridus, inhabitabilis. Quartus brumalis, a parte humillima signiferi ad Austrinum polum versus, temperatus, habitabilis. Quintus Australis, circa verticem Austrinum, qui terra tegitur frigore inhabitabilis. Tres autem medii circuli, inæqualitates temporum distinguunt, cum sol hunc solstitio, illum æquinoctio, tertium bruma teneat. Extremi enim semper sole carent. Unde et a Thyle insula unius diei navigatione ad Aquilonem mare congelatum venit.

Isidorus in minori libello, quem scripsit ad Sisebutum regem: *Solent enim philosophi inæqualitates temporum vel cursum s. lis annuorum his distingui e vocabulis. Formatio mundi ita demonstratur; nãm*

Ariam, Antipolin, Massiliam, Narbonem, Tarraconem, Hispaniam, Tarraconensem mediam, et inde per Lusitaniam. Gnomoni pedes IX, umbræ VIII. Longissima diei spatia, horarum æquinoctialium XV addita nona parte unius horæ, aut, ut Nigidio placuit, quinta. Septima divisio ab altera Caspii maris ora incipit, vadit super Callatim, Bosphorum, Borysthenem, Tomos, Thraciæ aversa, Triballos, Illyrici reliqua, Adriaticum mare, Aquileiam, Altinum, Venetiam, Vicentiam, Patavium, Veronam, Cremonam, Ravennam, Anconam, Picenum, Marsos, Pelignos, Sabinos, Umbriam, Ariminum, Bononiam, Placentiam, Mediolanum, omniaque ab Apennino, transque Alpes, Galliam Aquitaniam, Viennam; Pyeneum, Celtiberiam. Umbilico XXXV pedum, umbræ XXXVI. Ut tamen in partem Venetiæ exarquetur umbra gnomoni, amplissima dies horarum æquinoctialium XV, et quinque partium horarum trium. Hactenus antiquorum exacta celebravimus. Sequentium diligentissimi quod superest terrarum tribus assignavere segmentis. A Tanai per Mæotim lacum, et Sarmatas usque Borysthenem, atque ita per Dacos partemque Germaniæ, Gallias, Oceani littora amplexi, quod esset horarum XVI. Alterum per Hyperboreos et Britanniam, horarum XVII. Postremum Scythicum a Riphæis jugis in Thulen, in quo dies continuarentur, ut diximus, noctesque per vices. Idem et ante principia quæ fecimus, posuere circulos duos. Primum per insulam Meioen, et Ptolemaidem, in Rubro mari ad elephantorum venatus conditam, ubi longissimus dies XII horarum esset, dimidia hora amplior; secundum per Syenen Ægypti euntem, qui esset horarum XIII. Hæc de Plinii Secundi scriptis excerpta hunc in nostris opusculis habeant locum.

CAPUT XXXIV.

De quinque circulis mundi et subterraneis siderum meatu.

Sane quoniam de temporibus loquentes necesse habuimus aliquoties æquinoctialis, vel solstitialis,

quemadmodum erigitur mundus in Septentrionalem plagam, ita declinatur in Austral. m. Caput autem quasi facies orientalis regio est; ultima pars Septentrionalis. Nam partes ejus quatuor sunt. Prima pars mundi est Oriens, secunda meridiana, tertia Occidens, ultima vero atque extrema Septentrionalis. De qua Virgilius sic ait:

Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur,
Ceruleæ et glaciæ concretæ.

Et Lucanus sic ait:

Mundi pars ima jacet, quam zona nivalis,
Perpetuæque premunt hiemes.

Item de quinque circulis mundi. *In definit one autem mundi circulos aiunt philosophi quinque, quos Græci parallelos, id est, zonas vocant, in quibus orbis terræ. Has Virgilius in Georgicis ostendit, dicens: Quinque tenent cælum zonæ. Quæ ideo zonæ vel circuli appellantur, eo quod in circumductione spheræ existunt. Sed fingamus eas in modum dexteræ nostræ, ut pollex sit circulus arcticus frigore inhabitabilis. Secundus circulus thetinus, temperatus, habitabilis. Medius circulus*

vel brumalis, meminisse circuli, vel zonæ, de iis paulo latius dicendum putavimus. Solent enim philosophi inæqualitates temporum, vel ¹ cursum solis annuorum, iis distinguere vocabulis, ut æquinoctialem vocent zonam, vel circulum, illam cœli regionem, qua sol circa æquinoctia; solstitialem, qua circa solstitium; brumalem, qua in hyeme mundum consuevit ambire. Circuli autem vel zonæ vocantur

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, cursum solis annum.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

hisemerinos, torridus, inhabitabilis. Quartus circulus exemerinos, temperatus, habitabilis. Minimus circulus, antarcticos, frigidus, i habitabilis. Horum primus Septentrionalis est, secundus solstitialis, tertius æquinoctialis, quartus hiemalis, quintus Australis de quibus Varro ita dicit:

Et quinque ætheris zonas accingitur orbis,
Ac vastant imas hiemes medique calores;
Ic terræ extremas inter mediamque coluntur,
Quam solis valido nunquam ut aulerat igne (sic).

Quorum circulorum divisiones ideo zonæ vel circuli appellantur, eo quod in circumductione spheræ existunt.

Sed ideo æquinoctialis circulus inhabitabilis est, quia sol per medium cælum currens, nimium his locis facit fervorem, ita ut nec fruges ibi nascuntur propter exustam terram, nec homines, propter nimium ardorem, habitare permittantur. At contra Septentrionalis et Australis circuli ibi conjuncti ideo non habitantur quia a cursu solis longe positi sunt, nimisque cœli frigore, ventorumque gelidis flatibus contabescunt. Solstitialis vero circulus, qui in Oriente inter Septentrionalem et æstivum est collocatus, vel iste qui in Occidente inter æstivum et Australem positus est, ideo temperati sunt,

ex eo quod circuitu solis effleuntur, e quibus æquinoctialis, quæ media est zona, æquali spatio terras super subtusque circumflectitur, at solstitialis tantum spatii sub terris quam brumalis, agit super terras. Itemque brumalis, qui super terras angustus est, tantam habet amplitudinem circuitus sub terra, quantam solstitialis supra terram, quia nimirum sol in æquinoctio tantum spatii noctu sub terris quan-

eo quod ex uno circulo frigus, ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius ait:

Has inter mediamque duæ mortalibus ægris,
Munere concessæ divum

Sed qui proximi sunt æstivo circulo, ipsi sunt Æthiopes nimio ca ore perusti.

Isidorus in libro Etymologiarum tertio, capite vigesimo secundo Arcticos appellatur, eo quod intra eum arctorum signa inclusa prospiciuntur, quæ magis in ursarum speciem ficta, septentriones appellantur. Therinus tropicus idcirco dicitur, quia in eo circuitus sol Aquilonis finibus æstatem facit, et ultra eum circulum non transit, sed statim revertitur, et inde tropicus appellatur. Himerinos vel hismerinos, a latinis ideo æquinoctialis appellatur, eo quod sol cum ad eum orbem pervenerit, æquinoctium facit. Himerinos enim Latine dicitur dies atque nox, quo circulo dimidia spheræ pars constituta prospicitur. Cimerinos tropicus sive exemerinos propterea hiemalis sive brumalis a Latinis appellatur, quod sol cum ad eum circulum pervenerit, hiemem his qui ad Aquilonem sunt facit, æstatem autem his qui ad Austri partes commorantur. Antarcticos vocatur, ex eo quod contrarius sit circulo quem arcticum nominamus. Quorum circulorum divisiones, talis demonstrat figura.


Septentrionalis
Frigore inhabi-

Solstitialis sive
Terinus tropicus,
habitabilis

Himerinos, sive
quinoctialis,
inhabitabilis

Solstitialis, sive
brumalis,
vel exemerinos,
temperatus

Antarcticus
frigore inhabi-



lis arcticus.
bitans.

æstivus,
temperatus.

ve hisemerinos,
torridus.

ve hiemalis,
Cimerinos,
sive tropicus,
habitabilis.

Australis,
frigidus.

Qui facit arcturum et Oriona et Hyadas, et interiora Austri. Græco quippe eloquio *περός* pluvia vocatur. Et Hyades nomen a pluviis acceperunt, quia ortæ procul dubio imbres ferunt. Nec non et Oriona (s c),

in ipso pondere temporis hiemalis oriuntur, suoque ortu tempestates excitant, et maria perturbant. Hæc nomina stellarum dum in Scripturis legimus, vanis deliramentis poetarum assensum non præbeamus,

tum interdiu super terras exigit, tanto utique discrimine sub Boreas partes occultus quanto visus iter suum deflectens ad Austros. Porro in bruma tantum sub terræ inferiora longe lateque circumfertur quantum in solstitia supra terram edita longo latoque circumlabitur flexu. Similiter æstivo, id est, solstitiali, decurrens in circulo, tam brevem sub aquilonia terræ loca noctu facit digressum quam super meridiana ejus loca diebus hybernis brevem facit ascensum. Sicut enim quælibet anni vertentis nox illam habet longitudinem quam ante VI menses habuit, et post VI menses habitura est dies, ita omni nocte sol tantum agit iter sub terra, quantum ante VI menses egit, et post VI menses acturus est super terram; et tantum nunc noctu ad Aquilonem, quantum tunc interdiu gyrans ad meridiem. Sed et stellæ omnes,

A expleto VI mensium curriculo, illam cœli plagam interdiu, quam noctu antea lustrando, circumeunt, eandem replicato totidem mensium tempore repetentes, solitis noctu transigunt excubiis, tanto latiore quæque sub terris quanto angustiore supra, itaque tanto brevior subius quanto productior supra terras cursum peragentes. Unde fit ut in anno solari, Arcturus, Orion, et canis, sed et lacteus circulus, cæteraque militia cœli una vice plus terræ orbem quam sol ipse circumeat. Extra hos sane circulos solis tres, duos utrobique circulos, Septentrionalem ponunt et Australem: quorum Septentrionalis semper nostris visibus apparens, non solis, sed Arcturi, et quæ circa eum sunt stellarum ambitu conficitur; et quia vicinitate caret solis, frigidus esse non cessat. Cui similis est Australis, et ipse ob longinqua-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

qui falsis opinionibus vocabula ista in astris ex hominum nominibus, vel aliarum creaturarum vocabulis imposuerunt. Ita enim stellarum quarundam gentium sapientes nomina, sicut et dierum in literunt. Quod vero eisdem nomini us sacra utitur Scriptura, non eorum idcirco vanas approbat fabulas; sed faciens ex rebus visibilibus invisibilium rerum figuras, ea nomina pro cognitione hominum ponit, quæ late sunt cognita, ut quidquid incognitum significat, facilius per id quod est cognitum, humanis sensibus innotescat.

Qui extendit Aquilonem super vacuum. Gregorius: Aquilonis nomine in sacro eloquio appellari diabolus solet, qui ut temporis figure gentium coram constringeret, dixit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Qui super vacuum extenditur, quia illa corda possidet, quæ divini amoris gratia non replentur.

Arcturus ille est quem Latini septentrionalem dicunt, qui septem stellarum radiis fulgens in seipso revolutus rotatur; qui ideo plaustrum vocatur, quia in modum vehiculi volvitur, et modo tres ad summa levat, modo quatuor inclinatur. Hic autem in cœli axe constitutus, semper versatur, et nunquam mergitur; sed dum in semetipso volvitur, nox finitur. Per arcturum hunc, id est, Septentrionem, Ecclesiam septenaria virtute fulgentem intelligimus. Nam sicut in axe cœli arcturus semper inclinatur, rursusque erigitur, ita Ecclesia diversis quidem adversitatibus humiliatur, sed mox consurgens, sæpe et virtutibus elevatur; et sicut ex tribus et quatuor septenarius perficitur, ita Ecclesia ex fide Trinitatis et operationibus quatuor virtutum principalium consummatur; ex fide enim et operibus homo justificatur. Neque enim vel Antipodarum ullatenus est fabulis accommodandus assensus, vel aliquis refert historicus vidisse, vel audisse, vel legisse se, qui meridianas in partes solem transierint hibernum, ita ut, eo post tergum relicto, transgressis Æthiopum fervoribus, temperatas ultra eos hinc calore, illinc rigore, atque mortalium habitabiles repererint sedes.

In libro de Civitate Dei decimo sexto, capite nono, sic dicit, scilicet Augustinus: Quod vero Antipodas esse fabulantur, id est, homines a contraria parte terræ, ubi sol oritur, quando occidit nobis, adversa pedibus nostris calcare vestigia nulla ratione credendum est, neque ulla hoc historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi ratiocinando conjectant, eo quod intra convexa cœli terra suspensa sit, eundemque locum mundus habeat et infimum et medium. Et ex hoc opinantur alteram partem terræ, quæ infra est, habitatione hominum carere non posse. Nec attendunt, etiamsi figura conglobata et rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstratur, non tamen esse consequens ut etiam ex illa

B parte ab aquarum congerie nuda sit terra. Deinde etiamsi nuda sit, neque hoc statim necesse est ut homines habeat, quomodo nullo modo scriptura ista mentitur, quæ narratis præteritis facit fidem, eo quod ejus prædicta complentur. Nimisque absurdum est ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem Oceani immensitate trajecta navigare et pervenire potuisse, ut etiam illis ex illo uno primo homine genus institueretur humanum.

JOAN. NOV. SCHOLIA.— Sane quoniam de temporibus loquentes. Sunt quinque circuli in sphaera *κρίνωτη*, seu (ut recentiores vocant) materiali, *παράλληλοι*, de quibus, tametsi apud alios passim sit obvium, voluit tamen isto loco, ut beda vel a quolibet intelligatur, hos pauci exponere. Quinque igitur pinguntur, non quia enim quod non plures sint, sed quod plures conere super vacuum est: horum a sole describuntur tres, duo vel qui a stellis intelligendum est enim, circumacta sphaera, omnem notam describere circulum: qui a sole describuntur sunt æquator, circulus brumalis, et circulus solstitialis; facit enim sol in tribus cœli partibus quatuor discrimina diligenter studiosis annotanda. Nam cum est a nobis versus Austrum remotissimus, quod fit circa nonas Decembres, nec enim difficile est animadvertere quam sit tunc sol procul (in meridie semper intelligo) a nostro vertice digressus, eo, inquam, die circulum describit ex mundi circumactu, a quo post tridie iterum incipit ascendere, ac vertere sese ad nos; propterea circulus ille tropicus dicitur, quod ab eo loco sol semper revertitur. Græcis *τροπή χειμέριος* dicitur, id est, versio hiberna. cum diem vocant Latini brumam; quasi, ut Nonius annotavit, *βραχύημαρ*, id est, brevem diem. Propterea a nostris circulus brumalis vocatur, et fit existente sole in prima parte Capricorni, unde et circulus capricorni dicitur. Deinde post dies nonaginta, medium mundi obtinet, ubi describit circulum æquinoctialem, quo die in qualibet regione dies et noctes sunt pates. Post hanc metam quotidie sol vicinior Septentrionibus redditur, usque ad solstitium, quo die describitur tertius parallelus, qui solstitialis dicitur, Græce *τροπή θέριος*, id est, versio æstiva significantius dicitur, Germanice quoque eadem ratione, des sommersche son vuedte. Fit quoque in prima Canceri parte, unde et tropicus Canceri seu circulus Canceri dicitur. Universum id quod extremis circulis et medio continetur, torrida zona apud scriptores dicitur, regiones enim his cœli locis subjectæ perpetuo æstu vexantur. Restant duo alii circuli paralleli circa polos mundi ducti intra quos stellæ quæ continentur nunquam occidunt, qui describuntur non omnibus eodem modo; nam in Græcia describitur a posteriore pede Ursæ majoris, Colonix a lyra seu fiducula. Sed alii hos circulos non a stellis, sed a polis signiferi ducunt qui in quolibet

tem solis gelidus, obque terræ objectum nobis semper absconditus. De quo utroque in Dei laude dicitur: *Qui facit Arcturum et Oriona, et Hyadas, et interiora Austri.* Et alibi: *Qui extendit Aquilonem super vacuum.* Meminit horum et Poeta:

Quinque tenent cælum zonæ, quarum una corusco
Semper sole rubens, et torrida semper ab igni.

Ipsa est æquinocialis, quam quia semper sol aut præsens, aut hinc vel inde vicinus illustrat, nimirum subjecta terrarum exusta flammis et cremata, cominus vapore torrentur.

Quam circum extreme destra lævaque tribuntur
Cerulea glaciæ concretae, atque nubibus atris.

Septentrionalem dicit et Australem, quibus sub-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

tractu sunt pares; sed hi qui describuntur a stellis nunquam occidentibus, pro climatum diversitate variant; ab-untibus enim ad Austrum, sunt angustiores, ad Septentrionem ampliores: dicuntur ab Aristotele hi circuli semper apparentes. Horum unus circa polum arcticum Septentrionalis dicitur vel arcticus, alter qui huic sub terra ad Austrum respondet, antarcticus. Tractus, qui inter hos circulos et torridam zonam sunt dicuntur zonæ temperatæ, quarum una nostra est, altera antichthonum; quæ sub circulis polaribus jacent, sunt intemperate frigidæ. Dæcet autem hoc subjecta figura.


Divisio est mundi per zonas, cui hoc loco ascriptæ sunt litteræ A B C D. Quomodo vero ducantur lineæ inter litteras, vides; nam spatia duo adversa sibi, id est, a C in I septentrionem, et a D in E aus-

jecta omnia, ob solis molliorumque siderum absentiam, infesta rigore et gelu premuntur æterno, teste ipso mari congelato, quod ab insula Thule diei unius navigatione distat ad Boream.

Has inter mediamque duæ mortalibus ægris
Munere concessæ divum.

Solstitialem et brumalem significat, quæ vicina utrinque ferventis et gelidarum sunt vi temperatæ; ideoque ambas dicunt habitabiles, id est, habitationi habiles, et nec frigoris immanitate, nec caloris mortalium a se repellentes accessum, quamvis unam solummodo probare possunt habitatam. Neque enim vel Antipodarum ullatenus est fabulis accommodandus assensus, vel aliquis refert Historicus vidisse,

trum intelliguntur prima [*Forte bruma*] obriguisse perpetua, siquidem id ostendunt lineæ ab I in G, et ab F in E; inter hos extremos circulos et medium sunt duæ mortalibus concessæ, ab I scilicet in N, et ab F in L; ab his quoque ducuntur lineæ ostendentes zonas ab N in M, et ab L in K. Nam inter I et N æstiva, inter L et F hiemalis constat, quæ utraque atrinsecus et frigoris et caloris temperie gaudent, quoniam ab N in L semper sole rubet, et in altera quoque minore, qui majore continentur quinque zonis, terræ superjacent quinque zonæ cæli, quæ distinguuntur litteris O P Q R, quibus sic dividitur, atque magnis orbis litteris A B C D. Ex his igitur constat singulas terræ partes, a singulis cæli partibus super verticem suum positis qualitatem mutuari.



Unde fit in anno solari arcturus Orion, etc. Singuli planetarum orbis contra cælum ab occasu in exortum moventur, unde dum ipsi integrum cæli circulum absolvunt, semel minus quam ipsum firmamentum terram circumiverunt. Itaque cum Saturnus tricenis unum circuitum perdidit, sol singulis annis (quætidie enim it contra cælum unam partem) luna vi-

ginti septem diebus et triente semel minus quam ipsum firmamentum circa mundum versa est quod nisi esset in sole, toto anno eisdem horis eadem nobis orientur sidera, sed diversum observamus; nam Orion aliquando media nocte, aliquando vesperi, aliquando diluculo exoritur.

Arcturus. Arcturus, stella est primæ claritatis

vel audisse, vel legisse se, qui meridianas in partes A solem transierunt hybernum, ita ut eo post tergum relicto, transgressis Æthiopum fervoribus, temperatas ultra eos hinc calore, illinc rigore, atque habitabiles mortalium repererint sedes. Denique solertissimus naturalium inquisitor Plinius Secundus qui non negat terram, etsi sit figuræ pinæ nucis, nihilominus undique incolæ, vide quid de iis scribens zonis dicat. « Circa, inquit, duæ tantum inter exustam et rigentes temperantur, æque ipsæ inter se non perviæ propter incendium sideris. Facillimum sane harum zonarum dant exemplum, qui gelidissimo hiemis rigore ad focum oblongo schemate factum sese calefaciunt, ubi ignis ipse quasi media zona, et proxima quæque illi prorsus intangibilia sunt ob ardorem; quæ vero sunt longius a flammis hinc vel inde remota B communi frigore torpent. Porro quæ inter hæc utrinque temperata sunt, et ad calefaciendum accommoda, sive ex una, sive ex utraque ignis parte stare voluerint, qui hunc sibi algidæ noctis in tenebris sub divo ad lucem fotumque pararunt. Qui si circumire ignis in modum solis posset, quinque nimirum circulos redderet; quia vero stat, lineas quinque facit, unam in medio fervidam, duas circum gelidas, totidem inter has temperatas. »

CAPUT XXXV.

De quatuor temporibus, elementis, humoribus.

Tempora sunt anni quatuor, quibus sol per diversa C

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

intra pedes Bootæ. Orion magnitudine (inquit Aristoteles) et multitudine stellarum sidus maximum est, vulgo quoque notum, propter asterismi claritatem. Canis inter Galaxiam et Orionis pedes est collocatus, cujus ea quæ in ore ponitur canicula vocatur, Sirius autem a Græcis propter siccitatem, quæ est dum hoc astrum cum sole exoritur.

Neque enim Antipodarum. Antipodæ, seu Antipodes (utroque enim modo Latini possunt inflectere, teste Prisciano) a Lactantio et Augustino negantur. Verum his a recentioribus satis est responsum. Si enim propterea putarint non esse, quod ex adverso in altera parte cæli, eadem non sit mundi figura quæ apud nos, mundum negant esse rotundum; atqui hoc jam a multis satis est demonstratum. Si ob id, quod in ea parte orbis crediderint non esse homines, sed maria, aut inculta loca, navigationibus id nunc deprehensum est.

CAPUT XXXV.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Tempora sunt vices mutationum quibus sol accedendo vel recedendo anni temperat orbem. Hiems enim, illo longius morante, frigidus est et humidus, ver illo redeunte humidum et calidum; æstas illo superfervente, calida et sicca; autumnus, illo decedente, siccus et frigidus. Hæc antiqui sexto die ante Idus Februarias et Maias, Augustasque et Novembres inchoabant, ut solstitia et æquinoclia in medio essent temporum. Ver autem orienti comparatur, quia tunc ex terris omnia oriuntur; æstas meridiano, eo quod pars ejus calore flagrantior sit; autumnus occiduo, eo quod ob confinium caloris et frigoris graves morbos habeat; hiems septentrioni, eo quod frigore torpeat.

Tempora sunt anni quatuor, quibus sol per diversa cæli spatia discurrendo, subjectum temperat orbem. Tempus juxta Hebræos integer annus est, secundum illud in Daniele: *Tempus et tempore, et dimidium*

cæli spatia discurrendo subjectum temperat orbem, divina utique procurante sapientia, ut non semper eisdem commoratus in locis, fervoris ariditate mundanum depopuletur ornatum, sed paulatim per diversa commigrans, terrenis fructibus nascendis maturandisque temperamenta custodiat. A quo temperamento videtur temporibus inditum nomen, vel certe quia quadam suæ similitudine qualitatis ad invicem con- temperatavolvuntur, tempora recte vocantur. Hiems enim, utpote longius sole remoto, frigida est et humida. Ver, illo super terras redeunte, humidum et calidum. Æstas, illo superfervente, calida et sicca. Autumnus, illo ad inferiora decedente, siccus et frigidus; sicque fit ut amplexantibus singulis medio moderamine quæ circa se sunt, orbis instar ad invicem cuncta concludantur. Quibus æque qualitatibus disparibus quidem per se, sed alterutra adinvicem societate connexis, ipsa quoque mundi elementa constat esse distincta. Terra namque sicca et frigida, aqua frigida et humida, aer humidus et calidus, ignis est calidus et siccus; ideoque hæc autumno, illa hiemi, iste veri, ille comparatur æstati. Sed et homo ipse, qui a sapientibus microcosmos, id est, minor mundus appellatur, iisdem per omnia qualitatibus habet temperatum corpus, imitantibus nimirum singulis iis, quibus constat humoribus, modum temporum quibus maxime pollet. Sanguis siquidem qui vere crescit, humidus et calidus. Cholera rubea, quæ æstate, calida et sicca. Cholera nigra, quæ autumno,

temporis. Per tempus, annum significat; per tempora, duos annos; per dimidium, menses sex. Juxta Latinos autem unus anni quatuor tempora ascribuntur: hiemis, veris, æstatis atque autumnus. Juxta allegoriam, hiems temporalis intelligitur tribulatio, quando tempestates et turbines sæculi incumbunt. Æstas est fidei persecutio, quando doctrina perfidiæ ariditate siccatur. Ver est novitas fidei sive pax, quando, post hiemis tribulationem, tranquillitas Ecclesiæ redditur, quando mensis novorum, id est, Pascha agni celebratur, quando terra floribus, id est, Ecclesia sanctorum cætibus decoratur. Item veris et autumnus, cum pleiades media fere die vel nocte orientur vel occidunt, ponentes ingressum. Pleiades sunt multæ juges stellæ, quas etiam botrum appellamus a multitudine stellarum. Nam et ipsæ septem esse dicuntur, sed amplius quam sex nullus conspiciere potest. Hæc ab Oriente surgunt, et appropinquante diei claritate stellarum ejus ordo distenditur. Pleiades autem a pluritate vocatæ sunt, quia pluralitatem Græci ὀπὸ τοῦ πλείστον appellant. Has Latini Vergilias appellaverunt, eo quod post ver exoriantur; et eo magis cæteris prædicantur, quod his orientibus æstas significatur: occidentibus vero hiems ostenditur, quod aliis penitus non est traditum signis. His autem stellis ab eo quod septem sunt, et splendide micant, sancti omnes septiformis Spiritus virtute fulgentes significantur; ab eo autem quod sibi vicinantur, sed non se contingunt, charitate proximos, sed tempore divisos Dei prædicatores ostendunt.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Horum autem temporum principia.* Jam supra meminimus auctores variare in ratione horum temporum. Plerique respiciunt eorum qualitates, quæ sunt ex calido, frigido, humido et sicco; quæ ubi natura primum movet atque excitat, manifestis operationibus inde subsequentibus, statuuntur ex eo temporum discrimina; sed quia omni-

sicca et frigida. Phlegmata, quæ hyeme, frigida sunt et humida. Et quidem sanguis in infantibus maxime viget, in adolescentibus cholera rubea, melancholia in transgressoribus. id est, fel cum fæce nigri sanguinis admixtum, phlegmata dominantur in senibus. Item sanguis eos in quibus maxime pollet facit hilares, lætos, misericordes, multum ridentes et loquentes. Cholera vero rubea facit macilentos, multum tamen comedentes, veloces, audaces, iracundos, agiles. Nigra bilis, stabiles, graves, compositos moribus, dolososque facit. Phlegmata, tardos, somnolentos, obliviosos generant. Horum autem principia temporum diverse ponunt diversi. Isidorus namque Hispaniensis episcopus, hyemem IX Calendarum Decemb., ver VIII Calend. Mart., æstatem IX Calendas Junias, autumnum X Calendas Septembres habere dixit exortum. Græci autem et Romani, quorum in hujusmodi disciplina potius quam Hispanorum auctoritas sequi consuevit, Hyemem VII Id. Novemb., ver VII Id. Februa., æstatem VII Id. Maii, Autumnum VII Id. Augusti inchoare decernunt, hiemis videlicet et æstatis initia, vespertino vel matutino Vergiliarum ortu occasuque signantes. Item veris et autumnus, cum Pleiades media fere die vel nocte oriuntur et occidunt, ponentes ingressum. Denique et in libris cosmographorum authenticis ac nobilissimis, ita

A eadem tempora ad lineam distincta reperitur, adnotato etiam ortu Vergiliarum VII, Id. Maii, occasu quoque eorundem VII Id. Novemb. Et Plinius Secundus, in libro secundo naturalis Historiæ, eodem modo distinguenda judicavit. Sed et homo Ecclesiæ sanctus Anatolius, in opere suo paschali, cum de æquinocitiis et solsticiis, deque horarum ac momentorum incrementis subtilissime disputasset, ita disputationem suam simul et ipsum libellum terminavit : « Hoc autem non ignores, quod ipsa quatuor, quæ prædiximus temporum confinia, licet mensium sequentium Calendis approximentur, unumquodque tamen medium temporum, id est, verni et æstatis, autumnus et hiemis teneat, et non exinde temporum principia inchoentur, unde mensium Calendæ initiantur, sed B ita unumquodque tempus inchoandum est, ut a prima die veris tempus æquinocitium dividat, et ætatis IX Cal. Jul., et autumnus VIII Calendas Octob., et hiemis VIII Calendas Jan., similiter dividat. » Ubi autem Dei populus in lege temporum faceret initia, testatur Scriptura, quæ præcepit dicens : *Observa mensem novarum frugum, et verni primum temporis, et facies Phase Domino Deo tuo.* Quem secuti esse Ægyptii videntur, ex eo quod eruditissimus eorum antistes Protereus ait : Illud etiam oportet attendere, quod errent nimium, qui primi mensis

GLOSSÆ ET SCHOLIA.


bus annis pari ratione non accidit, distincta sunt tempora exortibus stellarum fixarum. Habent autem singulæ partes qualitates elementares, ut ver, humidum et calidum, aeris naturam sortitum est; æstas, sicca est et calida velut ignis; autumnus, frigidus et siccus; hiems, frigida et humida, qualis et natura humoris est. Nam et hiems ab *ἕτην* dicitur, quod est pluere.

Media inter illos hieme Etesiarum flatu. Etesiarum

venti sunt quos anniversarios quidem vocant, qui flant post exortum canis spatio quadraginta dierum ex Septentrionibus, quorum flatus validiores sunt in Austrinis quam in arctois regionibus. Vide libro secundo *Μετεωρῶν*.

Figuras quas hic subjeci, sic pictas inveni in exemplari scripto, quæ quia nonnihil ad hoc caput faciebant, videbantur non esse omittendæ. Priori figuræ sic fuit adscriptum.

(De temporibus ac partibus ejus, et qualitatibus anni, schema.)



initium lunaris cursus a XXV die mensis Phame-
noth, qui est XII Calendas April. omnino esse consti-
tuunt, eo quod tunc initium verni temporis ab iis
qui hoc invenire voluerunt cum omni diligentia
præfixum esse videatur. Vocatur autem ver, quod in
eo cuncta vernalia, hoc est virescant. Æstas ab æstu
qui in ea maturandis fructibus datur. Autumnus, de
autumatione fructuum, qui in eo colliguntur. Porro
hiems a doctoribus frigus interpretatur, et sterilitas.
Et hæc quidem nostris partibus temporum vocabula
congruunt. Verum Indos, ubi alia cæli facies, alii
sunt ortus siderum, binas æstates in anno binas ha-
bere perhibent messes, media inter ¹ illos hieme
Etesiarum flatu, nostra vero brumali lenes ² ibi auras
et mare navigabile narrant. Sed et Ægyptus nostra

A hieme media, maxime campos herbis floreat, et syl-
vas fertur habere pomis onustas.

CAPUT XXXVI.

De annis naturalibus.

Annus vel ab innovando cuncta quæ naturali or-
dine transierant, vel a circuitu temporis nomen
accepit, quia veteres *am* pro *circum* pōnere sole-
bant, ut Cato dicit in Originibus, *oratorum amterminum*,
id est, *circumterminum*; et *ambire* dicitur, pro *circum-*
B *ire*. Est autem annus lunaris, est et solaris, est et
errantium discretus stellarum, est et omnium plane-
tarum unus, quem magnum specialiter nuncupant.
Sed lunaris annus quadrifarie accipitur: primus est
namque, cum luna XXVII diebus et VIII horis zodia-

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, *illas*.

² C, *ubi*.


GLOSSÆ ET SCHOLIA.

S, signum semis significat, quælibet enim dicitio men-
suræ, seu in partibus assis suam (*sic*) quemdam cha-
racterem, de quibus et apud Bedam de partibus assis
et plerosque alios vetustiores grammaticos; sed
descriptorum inscitia vel negligentia corruptæ sunt.

C Neque enim cujusmodi apud Bedam ponuntur, res-
pondent antiquitatibus sculptis aut pictis.

Subjeci hic alteram figuram, quam in Codice ve-
tustissimo sic ad litteram inveni, cui hoc adscriptum
fuit.

(De convenientia cosmi, microcosmi et anni.)



CAPUT XXXVI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Annus ab innovando cuncta
quæ naturali ordine transierant, vel a circuitu temporis
nomen accepit, quia veteres *no* *circum* *am* *ponere* so-

D *lebant*, etc. Annus solaris vel civilis est, dum sol
ccclxv diebus et quadrante zodiacum peragit: quem
Romani a bruma, Hebræi ab æquinotio verno,
Græci a solstitio, Ægyptii ab autumno inchoant.

cum percurrens, ad id signum ex quo egressa est revertitur. Secundus duobus diebus et quatuor horis prolixior, qui consuecte mensis appellatur, cum solem, a quo nova digressa est, XXIX diebus et XII horis exactis jam desecta repetit. Tertius, qui XII mensibus huiusmodi, id est, diebus CCCLIV expletur, et vocatur communis, eo quod duo sæpissime tales pariter currant. Quartus qui ἐμβολισμὸς Græce dicitur, id est, super augmentum, et habet XIII menses, id est, dies CCCLXXXIV, qui uterque apud Hebræos a principio mensis paschalis incipit, ibidemque finitur. Apud Romanos vero ab incipiente lunæ mensis Ianuarii sumit initium, ibique terminatur. Item solis est annus, cum ad eadem loca siderum rediit, peractis CCCLXV diebus, et VI horis, id est, quadrante totius diei, quæ pars quater ducta cogit interponi diem unum quod Romani bissextum vocant, ut ad eundem circuitum redeatur. Quartus solaris gyri annus bissextilis est, ceteris tribus uno die prolixior, quo confecto, sol ad cuncta signorum loca eisdem dierum nocturnisque quibus ante quadriennium revertitur horis. Annus errantium stellarum est quo illarum quæque zodiaci ambitum perlustrat, de quo supra diximus. Annus magnus est, cum omnia simul errantia sidera ad sua quæque loca, quæ simul habuere, recurrunt. De quo Josephus, in primo Antiquitatum libro, cap. 4,

A cum longævitate primorum hominum describeret, ita meminit: « Nullus autem ad vitam modernam, et annorum brevitatem, quibus nunc vivimus, vitam comparans antiquorum, putet falsa quæ de illis sunt dicta, et eo quod nunc vita tanto non ducatur tempore, cedat neque illos ad vitæ illius longitudinem pervenisse. Illi namque cum essent religiosi, et ab ipso Deo facti, cumque eis pabula opportuniora ad majus tempus existerent præparata, tantorum annorum curriculis rite vivebant; deinde propter virtutes, et gloriosas utilitates, quas jugiter perscrutabantur, id est, astrologiam et geometriam, Deus eis amplius vivendi spatia condonavit, quæ nunc haud ediscere potuissent, nisi sexcentis viverent annis, per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. »
 B Annus autem civilem, id est, solarem, Hebræi ab æquinoctio verno, a solstitio Græci, Ægyptii ab autumno, a bruma incipiunt Romani. »

CAPUT XXXVII.

De disparibus antiquorum annis.

Hæc de annis sint dicta naturalibus, cæterum antiquos diversarum gentium populos diverse in observatione annali a vero deviasse etiam beatus Augustinus edocet, qui cum, duodecimo de civitate Dei libro, contra eos ageret qui etiam sanctam Scripturam

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

Annus communis lunaris, duodecim lunis, id est, diebus CCCLIV, embolismus XIII lunis et diebus CCCLXXXIV impletur, a luna paschali sumentes initium. Annus magnus est, dum omnia sidera certis cursibus exactis ad locum suum revertuntur, quem de annis solaribus Josephus dicit impleri. Deinde propter virtutes et gloriosas utilitates, quas jugiter perscrutabantur, id est, astrologiam et geometriam, Deus eis amplius spatia vivendi condonavit. Geometria est disciplina magnitudinis et formarum. Nam geometria de terra et de mensura nuncupata est. Terra enim Græce γῆ vocatur, Metra mensura. Astronomiam primi Ægyptii invenerant; astrologiam vero et nativitatis observantiam Chaldæi primi docuerunt. Inter astronomiam autem et astrologiam aliquid differt. Astronomiæ ratio modis plurimis constat. Definit enim quid sit mundus, quid cælum, quid spheræ situs et cursus, quid axis cœli et poli, quid sint climata cœli, quid cursus solis et lunæ cursus atque astrorum; astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est. Naturalis dum exsequitur solis et lunæ cursus, vel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa enim est illa quam mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur, quique etiam duodecim cœli signa per singula animæ vel corporis membra disponunt, siderumque cursu nativitates hominum et mores prædicare nituntur.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Annus ab innovando.* Hactenus Beda per quamdam præparationem ad anni temporis descriptionem explicavit solis effecta quædam ac alias circumstantias: ab hoc autem capite usque ad principium annalium, congressit quædam de annorum varietate. Annus enim postrema temporis erat pars, ex his quas in principio libri proposuimus. Et ordo requirebat ut priusquam annales exponeret, redderet rationem annorum. Est autem annus (ut generaliter definiamus) certum temporis intervallum, quod fit dum sidus aliquod errans signiferum orbem suo motu per signorum ordinem integre absolvit. Unde et annorum epitheton, apud veteres quoque sumpsit ex astrologia, *vertens annus*, quod fit planetæ

cujuslibet per zodiacum conversione, quo epitheto aliqui utuntur scriptores, ad exprimendam naturam anni, aliquando ad differentiam annorum, qui non stellarum motibus computantur, sed arbitrio hominum. Ut vere vertens annus solis constat diebus CCCLXV et quadrante, at vulgaris est quadrante minor, bissextilis est semisse et quadrante major, sic et luna anni, aut sunt vertentes, aut vulgares, id est, quibus nos propter faciliorem computationem aut detraximus, aut addidimus aliquid.

Quia veteres am, pro circum. Sic et F. Pompeius. *Am*, inquit, præpositio loquelaris significat *circum*; unde *servus ambactus*, id est, circumactus. Quin et Græci eodem respicientes annum vocant ἐνιαυτον, quod in sese redeat, quæ natura est ambitus et circuli.

Quem magnum specialiter nuncupant. Magnum annum vocant dum omnes siderum motus etiam tardissimi semel suos cursus conficiunt. Hic vere vertens a Cicerone dicitur, in extenuatione humanæ vitæ, libro sexto de Repub., in quo multa millia annorum vertentium continentur. Sed de eo numero nondum satis constat: recentiores terminant LXIAM annorum solarium; qua de re si plusecula cognoscere libet, vide Macrobius in Somnium Scipionis. Dicuntur et solares anni magni respectu lunarium, ut apud Poetam.

Interea magnum sol circumvertitur annum.

Ex quo versu et ratio vertentis anni constat.

Embolismus. Id est, adjectivus. Vide Macrobius, sed ille menses ἐμβολισμοὺς, non annum, vocat.

Annus magnus est. Vocant et hunc annum Platonium, mira enim fuerunt ejus de hoc anno placita.

CAPUT XXXVII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Qui etiam sanctam Scripturam putabant aliter primis sæculi temporibus annos computasse, id est, tantæ brevitatis, ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Ideo hoc putabant, quia non credebant homines vivere in primis sæculi temporibus noningentos annos, nec etiam

putabant aliter primis sæculi temporibus annos com-
putasse, id est, tantæ brevitatis, ut unus annus nos-
ter decem illos habuisse credatur, dicentes: Cum au-
dierit quisque vel legerit nongentos annos quemque
vixisse, debet intelligere nonaginta, decem quippe
illi anni unus est noster, et decem nostri, centum
illi fuerunt; dicit inter alia. « Ut autem aliter annum
tunc fuisse computatum non sit incredibile, adjiciunt
quod apud plerosque scriptores historiæ reperitur,
Ægyptios habuisse annum IV mensium, Acarnan-
as VI mensium, Lavinios XIII mensium. » Pli-
nius Secundus cum commemorasset relatum fuisse
in litteras quemdam vixisse CLII, alium decem am-
plius, alios ducentorum annorum habuisse vitam,
alios trecentorum annorum, alios quadringentorum,
quosdam ad quingentos, alios ad sexcentos, nonnul-

los ad octingentos etiam pervenisse, hæc omnia in-
scitia temporum accidisse arbitratus est. « Ali-
quippè, inquit, æstate determinabant annum, et alte-
rum hyeme; alii quadripartitis temporibus, sicut
Arcades inquit, quorum anni trimestres fuerunt. »
Adjecit etiam aliquando Ægyptios, quorum parvos
annos quaternorum mensium fuisse supradiximus,
lunæ fine limitasse annum. « Itaque apud eos, inquit,
in singula millia annorum vixisse produntur. »

CAPUT XXXVIII.

De ratione bissexti.

De ratione bissexti non nova nunc cudere, sed
quæ in epistola roganti amico quondam dixi, etiam
us inserere opusculis placuit, ubi post præfationem
congruam ita subjeci. « Sicut, inquam, saltum lunæ

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

amplius quam modo vivunt. Idcirco æstimabant san-
ctam Scripturam computasse spatium annorum aliter
quam nunc temporis, quod nullo modo credendum
est. Itaque apud eos, inquit, et singula millia annorum
vixisse produntur. Post hæc igitur verba parvo facto
intervallo, beatus Augustinus ita subinfert: Quid di-
cam de Cainan, qui cum apud nos centum septuaginta
reperiatur, apud Hebræos septuaginta legitur fuisse
annorum, quando genuit Malaleel? Qui genuerat
homo septennis, si tunc anni septuaginta nuncupa-
bantur, qui septem fuerunt. Sed cum hoc dixerò,
continuo refertur illud Judæorum esse mendacium
Item post pauca: Nunc jam videamus quonam modo
evidenter possit ostendi non tam breves ut illi decem
unus esset nostrorum, sed tantæ prolixitatis annos,
quantæ nunc habemus, quos utique circuitus conficit
solis, illorum hominum vita prolixissima computatos.
Sexcentesimo nempe anno vitæ Noe, scriptum est,
factum esse diluvium. Cum ergo ibi legitur: Et aqua
diluvii facta est super terram sexcentesimo anno in
vita Noe, secundo mense, decimo septimo die mensis,
si annus ille minimus, quales decem faciunt unum
nostrum, triginta sex habebat dies, tantillus quippe
annus si antiquo more hoc nomen accepit, aut non
habet menses, aut mensis ejus est triduum, ut habeat
duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est
sexcentesimo anno, secundo mense, decimo septimo
die mensis, nisi quia tales quales nunc sunt, etiam
tunc erant menses? Nam quo pacto aliter decimo
septimo die mensis secundi diceretur coeptum esse
diluvium? Deinde postea in fine diluvii ita legitur: Et
sedit arca in mense septimo; septima et vicesima die
mensis super montes Ararat. Aqua autem minue-
batur usque ad decimum mensem; decimo autem
mense, prima die mensis, apparuerunt cacumina
montium. Si igitur tales menses erant, tales profecto
et anni erant, quales nunc habemus. Menses quippe
illi tridui viginti et septem dies habere non pote-
rant. Aut si pars trigesima tridui tunc appellabatur
die, ut omnia proportione minuantur, ergo nec toto
quadriduo nostro factum est illud tam grande diluvium,
quod memoratur factum quadraginta diebus et no-
ctibus. Quis hanc absurditatem et vanitatem ferat?
Promde removeatur hic error, qui conjectura falsa
ita vult astuere Scripturarum nostrarum fidem, ut
abbi destituat? Prorsus tantus etiam tunc dies fuit,
quantus et nunc est, quem viginti et quatuor horæ
diurno curriculo nocturnoque determinant. Tantus
mensis quantus et nunc est, quem luna cæpta et finita
concludit. Tantus annus quantus et nunc est, quem
duodecim menses lunares, additis propter cursum
solarem quinque diebus et quadrante, consummant,
quanti anni sexcentissimi vitæ Noe secundus erat
mensis, ejusque mensis decimus septimus dies,

quando coepit esse diluvium, in quo dies quadraginta
continuatæ ingentes pluvie memorantur. Qui dies
non binas aut paulo amplius, scilicet quatuor minuta
horas habent, sed vicenas et quaternas die noctuque
transactas; ac per hoc tam magnos annos vixerunt
illi antiqui, usque amplius quam DCCC, quantos po-
stea vixit Abraham CLXX et V, et post eum filius ejus
Isaac CLXXX, et filius ejus Jacob prope CL, et quantos
interposita aliquanta ætate Moyses CXX, et quantos
etiam nunc vivunt homines LXX, vel LXXX, vel non
multo amplius, de quibus dictum est: Et amplius
ejus labor et dolor.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Plinius secundus cum com-
memorasset, etc.* Locus est apud Plinium de spatii
vitæ longissimis, libro septimo, capite quadragesimo
octavo.

Arcades, inquit, quorum anni trimestres faciunt.
Arcades primi mortalium putantur, primumque ob-
servasse tempora ex lunæ cursu, unde fabula vulga-
tum est eos fuisse luna antiquiores. Est et lunæ spe-
cies crescentis (quæ *πηνοςιδης* dicitur) etiamnum
insigne et Arcadiæ et Græciæ, quod sibi usurpat natio
Turcarum.

CAPUT XXXVIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Quia sol annum cæli am-
bitum, id est, duodecim s. qua circuli zodiaci nota sima,
non in CCCLV diebus, sed superadditis sex horis,
adimplere cognoscitur.* Si vis scire unde oritur bis-
sextus, scito quia sol stat in unoquoque signo triginta
diebus et decem semis horis. Quapropter multiplica
duodecies triginta, fiunt CCC X. Iterum quia stat de-
cem horis, multiplica duodecies decem, et fiunt CXX
horæ. Has igitur divide per viginti quatuor. Viginti
quatuor horæ faciunt unum diem, XL et VIII duos,
XCVI quatuor, CXX quinque. Ecce CCCLV dies. Iterum
quia stat decem semis horis, multiplica duodecies se-
mis, et fiunt sex horæ. E quibus bissextus annuatim
succrescere solet. Primo igitur anno præparationis
bissexti, prima hora hoc is quæ diem XV Kal. April.
præcedit, intrat sol in Arietem. Hæc igitur glossa jam
superius pleniter est scripta.

*Bissextus ex quadrantis ratione per quadrienni m
conficitur, dum sol ad id signum ex quo egressus est,
non in CCCLV diebus, sed quarta diei parte super-
adjecta revertitur.* Verbi gratia, si nunc æquinoctia-
lem cæli locum sol oriens intraverit, in hunc anno
sequente meridie, tertio vespere, quarto medio no-
ctis, quinto rursus in exortu recurrens, necessariò
diem præmonet augendum, ne si forte non addatur
per CCCLV annos æquinoctium vernale solstitiali die
proveniat. *Quem Ægyptii, anno suo expleto, id est,
quarto Kalend. Septemb., Romani sexto Kalend. Mart.,
unde et nomen accepit; interponunt.* Breviori autem
et vulgari ratione bissextum retardatio generat solis,

quem dicunt, locus et hora citior incensionis ejus per X et IX annos efficit; ita e contrario bissextum non alia causa quam tarditas solaris cursus generat. Sunt enim nonnulli qui facilitate computandi absque labore comprehendant quanta bissexti crescentis particula per singulos annos, vel menses, vel etiam septimanas, et dies incessantes adimpleatur. Nec tamen dicere noverint qualiter eadem particula crescat, vel quæ sit causa quæve ratio incrementi ipsius, quidve nasceretur erroris infesti, si non ipse dies bissexti suo juxta morem necessarium intercalaretur in ordine. Bissextus igitur ex quadrantis ratione per quadriennium conficitur. Quadrantem namque solent appellare quartam partem cujuslibet rei, verbi gratia, pecuniæ, temporis, loci, et ideo quarta pars diei, qui XXIV horis cum sua nocte completur, id est, horæ VI quadrans consueve vocatur. Quadrantis, autem hujusce per quadriennium in diem integrum colligendi, et in loco suo intercalandi hæc est ratio, quia sol annum cæli ambitum, id est, XII signa circuli zodiaci notissima, non in CCCLXV diebus, sed superadditis VI horis adimplere cognoscitur; unde fit, ut si, verbi gratia, nunc æquinoctialem cæli locum mane oriens intraverit, in hoc anno sequente meridie, tertio vespere, quarto media nocte, quinto rursus in exortu diei, utpote completo diei totius circuitu recurat, sicque necessario diem superfluum admoneat ubilibet interponendum, annique quartæ plenitudini esse copulandum. Quem Ægyptii anno suo solemni expleto, id est, IV Calendarum Septembrium, Romani autem VI Calendarum Martiarum die, unde et bissextum vo-

cant, intercalare consueverunt. Quod si quis calculatorum facere negligens CCC solum ac LXV diebus omnes se annos agere debere putaverit, magnum sibi mox inveniet annui circuitus occurrisse dispendium, ita ut post aliquot annorum vertentium curricula, æstivis mensibus vernum tempus, vernis brumale, brumalibus autumnale, autumnalibus æstivum se offendisse perversus computator horrescat. Si cui sane quæ de signifero et cæli ambitu paucis diximus, forte habentur incognita, huic vulgari, et fortassis compendiosiori, ac manifestiori ratione satisfacere curavimus, ut qui cæli signis intendere puerili in schola non dedit, saltem horologii lineis in terra, quæ necessaria quærit apprehendat. Et hic ergo sciat solem morulis suis et tarditate quotidiana quadrantis hujus annui disponente opere Creatoris esse ministrum, quem diligentior inquisitio declarat, non ad eandem horologii lineam per CCCLXV dies posse plene reduci, sed si, verbi gratia, præenti anno in æquinoctio vernali, quod juxta Ægyptios, qui calculatorum palmam tenent, XII Calendarum Aprilium die solet venire, a medio orientis surrexerit, eadem die post annum aliquanto inferius oriri, et tertio, quarto, quintoque anno eandem diminutionem in tantum naturali sui cursus augere temperantia, ut nisi dies bissextilis antea juxta morem intercalatur, jam XI Calendarum Aprilium die facturus æquinoctium a medio surgat orientis, eandem nihilominus tarditatis suæ constantiam in cæteris quoque per totum annum servaturus exortibus simul et occasibus.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

non ad eandem lineam per CCCLXV dies plene redeuntis, quem si, verbi gratia, in æquinoctio vernali, quod juxta Ægyptios XII Calendarum Aprilium die provenit, surgentem a medio Orientis diligenter annotaveris, hunc anno sequente, die videlicet eodem, aliquanto inferius oriri, et tertio, quarto, quintoque anno eandem diminutionem in tantum augeri reperies, ut nisi diem ante superadjicias, undecimo Kalend. April. æquinoctium facturus sol a medio surgat Orientis, eandem scilicet tarditatem in cæteris quoque servaturus exortibus.

JOAN. NOV. SCHOLIA.— Sunt enim nonnulli qui faci-

litate computandi. Non est difficilis computandi hic modus, fit enim sectione partium dodecamorii, præterea distributione minorum in singulos dies, quibus annus solaris constat, quot minutis videlicet sol quotidie minus promoveat in signifero, quam integram partem tricesimam dodecamorii portionem, de qua et supra commemoravimus. Sed hoc loco indicem subjicere libuit motuum solis ac lunæ, quantum scilicet singulis temporum momentis in signifero spatii conficiant.

	SIG.	P.	M. PR.	M. SEC.	TERT.	QUARI.	QUINT.	SEXT.	SEPT.
Sol qualibet hora.	0	0	2	27	50	49	3	10	4
Sol quolibet die	0	0	59	8	19	57	19	13	50
Sol quolibet anno	11	29	45	59	22	1	59	45	40
Sol anno et horis vi	12	0	0	26	26	56	19	54	4
Luna qualibet hora	0	0	32	55	27	53	7	57	41
Luna quolibet die	0	13	10	55	1	15	11	4	55
Luna diebus xxvii et viii horis	12	0	9	17	14	15	2	45	13

In hac figura primus ordo ostendit quot signa sidus per id tempus in cælo transeat; secundus, partes tricesimas dodecamorii; tertius, quot minuta prima: dicuntur autem minuta prima sexagesimæ partes uniuscujusque partis tricesimæ seu gradus; quartus, minuta secunda; quintus, minuta tertia. Progrediuntur enim mathematici in infinitum hac sectione, quæ fit per minuti antegressi sexagenariam divisionem.

Constat ex hoc indico, per computationem additionis aliquanto plus intercalari, quam verus solis motus exigat: id contingit solstitium, et brumam, et æquinoctia citius venire (quod ad computationem

mensium attinet) ætate nostra, quam Ciceronis, aut Plinii; de qua re superius plura sunt dicta.

Quem Ægyptii anno suo solemni expleto. Tametsi Ægyptii aliter intercalent quam Romani, eadem tamen utrobique ratio. Uterque enim diem intercalarem ultimo mensi apponunt, quia adjectione crescere debent extremæ magnitudinum partes. Romanis autem fuit primus Martius, antequam intercalarent. Sic Ægyptii circa autumnum exeunte anno.

Saltem horologii lineis in terris. Horologium intelligendum est quale superius descripsi, vas scilicet horoscopium, quam scaphen Vitruvius vocat; in aliis namque nescio quo pacto id deprehendi possit.

CAPUT XXX X.

De mensura clementi et bissextilis.

Sed de mensura clementi bissextilis ne te nostra lateat sententia, dicimus quadrantem ejus diei, id est, sex horas per annum accrescere, horam autem per duos menses, dimidium vero horæ per unum mensem, solis dico naturalem; porro quartam partem horæ, id est, punctum per medium mensis, quia solem novimus zodiacum circulum, id est, duodecim signa horoscopi per CCCLXV dies et VI horas ambire; singula autem signa ejusdem zodiaci per XXX dies et X horas ac semissen naturali cursu peragere, dimidium vero signi cujusque per XV dies V horas et quadrantem unius horæ percurrere. Nec omnino putamus eorum suscipiendam esse sententiam, qui, quasi nocti nihil tribuentes, tres tantum horas per annum bissexto adcrecere confirmant. Quod si ita esset, non ante annorum VIII circuitum dies qui creverat totus compleretur, diem namque totum, id est, cum sua nocte XXIV habere horas, etiam vulgus ignobile novit. Qui dum totus per quadriennium non negetur impleri, qua ratione quarta pars ejus per singulos IV annorum negatur impleri? Verum si quis nostram in hoc spernendam putat assertionem, legat beati Aurelii Augustini quartum de sancta Trinitate libellum, ubi de senarii numeri, in quo mundus factus est, perfectione disserens, etiam hujus quadrantis mentionem facere, imo et eum certi mysterii gratia per omnipotentem conditoris sapientiam prosum factumque docere non omisit. « Unum enim, inquit, et duo et tria, sex fiunt; qui numerus propterea perfectus dicitur, quia partibus suis completur. Habet enim eas, tres, sextam, tertiam et dimidiam, nec ulla pars alia, quæ dici possit quota sit invenitur in eo. Sexta ergo ejus unum est, tertia duo, dimidia tria. ¹ Una autem, et duo et tria consummant eundem senarium, cujus perfectionem nobis Scriptura sancta commendat in eo maxime, quod Deus VI diebus fecit opera sua, et sexto die factus est homo ad imaginem Dei, et sexta ætate generis humani, Filius Dei venit, et factus est filius hominis, ut nos reformaret ad imaginem Dei. Annus etiam unus, si XII menses integri considerentur, quos triceni dies complent, talem quippe mensem veteres observaverunt, quem circuitus lunaris ostendit, senario numero pollet. Quod enim valent sex in primo ordine numerorum, qui constat ex unis ut perveniatur ad X; hoc valent LX in secundo ordine, qui constat ex denis, ut perveniatur ad centum. Sexagena-

A rius ergo numerus dierum sexta pars anni est. » Et paulo post: « Proinde, inquit, per senarium primi versus multiplicatur, tanquam senarius secundi versus, et fiunt sexies sexageni trecenti et sexaginta dies, qui sunt integri XI menses. Sed quoniam sicut mensem circuitus lunæ ostendit hominibus, sic annus circuitu solis animadversus est, restant autem V dies, et quadrans diei, ut sol impleat cursum suum, annumque concludat; quatuor enim quadrantes faciunt unum diem, quem necesse est intercalare ex cursu quadriennio, quod bissextum vocant, ne temporum ordo turbetur; etiam ipsos V dies et quadrantem si consideremus, senarius numerus in eis plurimum valet, primo, quia, sicut fieri solet, ut a parte totum computetur, non sunt jam dies quinque, sed potius sex, ut quadrans ille accipiatur pro die; inde quia in ipsis quinque diebus sexta pars mensis est, ipse autem quadrans VI horas habet, totus enim dies, id est, cum sua nocte XXIV horæ sunt, quarum pars quarta, qui est quadrans diei, VI horæ inveniuntur; ita in anni cursu senarius numerus plurimum valet. » Hæc de tanti auctoris excerpta dictis libuit, ut de natura bissexti mæ pusillitatis sensum relegens, non solum hanc per se, ac horas annuatim crescere, sed et multiplicem ejusdem senarii numeri perfectionem, qua et annus ipse constat, ex ore doctissimi tractatoris intelligas.

CAPUT XL.

Quare sexto Calendarum martias intercaletur.

Ob hoc autem bissexti diem in mense Februario placuit intercalare Romanis, quia hic brevior cæteris et extremus anni mensis erat. Verum ideo nondum expleto eo, quemadmodum Ægyptii et Græci decurso totius anni sui curriculo facere volebant, ne omnino discissa lege sua veteri, initium Martii mensis a Februarii fine sejungerent. Ideo non ante sextam Calendarum Martiarum diem, quia Deum Terminum colentes, Terminalia sacra, quæ vicesimo tertio mensis ejusdem die semel instituerant, in alium diem mutare prorsus non audebant, sed his rite celebratis, sic tandem necessarios aliquandiu per plures, crescente autem per ætates sæculi peritia, unum quadrantis interponebant diem. Heu miseri desipientes! qui nescientes eum cujus regni non erit finis, qui dixit: *Ego sum principium, ² quod et loquor vobis,* terminum divino cultu honorandum, et ei sacra ac sacrificia credebant agenda. Sed multo miserius dementes qui habentes promissionem regni cœlestis, his potius quæ termino sunt obnoxia adhærere petitura quam ad æterna volunt properare, sine fine victuri.

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, *Unum.*² C, *qui.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XXXIX.

BRID. RAMS. GLOSSÆ. — *Senario numero pollet, etc.* Sex enim particuli sunt. Primus ordo numerorum est, ab uno usque ad decem; secundus, a decem usque ad centum; tertius, a centum usque ad mille; quartus, a mille usque ad decem millia; quintus, a decem millibus usque ad centum millia;

sextus, a centum millibus usque ad nongenta millia. Hoc valent sexaginta in secundo ordine. Sicuti senarius numerus continetur in sex, in primo ordine numerorum, sic et senarius numerus continetur in sexaginta, in secundo ordine. Sexies enim unus, sex, sexies decem, sexaginta.

CAPUT XLI.

Quod et luna quadrantem habeat.

Inter hæc autem meminisse debet calculator ut lunam mensis Februarii cæteris annis XXIX dierum, anno autem bissextili computet XXX, sive illam ante intercalatum quadrantem, seu postmodum, terminari contingat. Cujus adjectione diei efficitur lunarem tunc annum, si communis sit, CCCLV, si embolismus, CCCLXXXV diebus compleri. Palam namque apparet quadrantem de quo sermo est, non ad solis tantummodo, sed ad lunæ cursum æque pertinere, quia si lunæ quoque quadrantem accommodare negaveris, sed bissextili anno ejusdem quantitatis mensis lunarem Februario, cujus et antea solebas, aptaveris, fit profecto ut et quarta decima luna paschalis ejusdem anni pridie quam debuerat adveniat. Ideoque paschalis ratio vacillet, et totius mox anni cursus titubet, statusque ille semper inviolabilis circuli decennovenalis magis magisque turbatus evertatur. Quare oportet ut sicut, dictante quadrantis ratione, quarto anno, quem bissextilem dicimus, in una eademque sexta Calendarum Martiarum linea, verbi gratia, tertiam quartamque solemus po-

A nere seriam, ita etiam tunc ibidem lunam, verbi gratia, tertiam simul ac quartam computare meminimus: hac semper industria pervigiles, ut cum lunam mensis Februarii tunc uno die plus quam solebat habere fecerimus, in diebus tamen Calendarum Martiarum, excepto solum undecimo circuli decennovenalis anno, ipsam quam et ante consueverat luna servet ætatem. Nam et ideo maxime lunæ quadrantem dandum monemus, ne major solito in Calendarum Martias existendo, ratum paschalis observantiæ cursum recto a tramite deflectat. Quibus autem quantisve temporum particulis idem lunæ quadrans accrescat, majore quæsitu indiget; namque cum ipso quadrante etiam crebra embolismorum interruptio, et saltus quoque ratio, ne tota discursus lunaris mensura ad purum dignosci queat, ob-

CAPUT XLII.

De saltu lunæ.

De quo tamen saltu verisimile apparet quod eum citior quam vulgo putatur lunaris incensionis locus et hora procreet. Nam quomodo fieri posset ut per annos denos et novenos unum necesse esset solito

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XLI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.— *Quare oportet ut sicut dictante quadrantis ratione quarto anno, quem bissextilem di imus, in una eademque sexta Calendarum Martiarum linea, verbi gratia, tertiam quartamque solemus ponere seriam, ita etiam tunc ibidem lunam, verbi gratia, tertiam simul ac quartam computare meminimus: hac semper industria pervigiles, ut cum lunam mensis Februarii, tunc uno die plus quam solebat, habere fecerimus, in diebus tamen Calendarum Martiarum, excepto solum undecimo circuli decennovenalis anno, ipsam quam et antea consueverat luna servet ætatem.* Quisquis istud argumentum legerit, et fortasse illam falsidicam glossam invenerit, quæ unam ætatem lunæ bis in una luna, scilicet in sexto Kalend. Mart. hodie, et similiter in sexto Kalend. Mart., crastina die, id est, primam hodie, et primam crastina die (turbato ordine computare docet); caveat ut nequaquam illam credat, sed recto atque ordinato tramite eam pronuntiet, videlicet hodie primam, cras secundam; vel si hodie secundam, crastino tertiam; aut si hodie tertiam, mane autem quartam. Sic et de cæteris ætatibus suis a prima usque ad trigessimam intelligendus est, quia aliter Februarium bissextili anno tricesimam lunam habere non potest, et aliter decima quarta luna in termino paschali non erit, sed potius, quod nefas est dicere, quinta decima.

CAPUT XLII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.— *Saltum lunæ locus et hora citior incensionis ejus per novemdecim annos efficit. Quamvis enim quidam singulas lunas viginti novem semis diebus computantes, incensiones earum medio diei et medio noctis semper alternent, non in hoc tamen veritatem naturæ, sed calculandi facilitatem inquirunt. Nam si naturam quæras, luna primi mensis quæ nunc meridie, et secundi quæ in medio noctis accenditur, anno futuro, hora et decem momentis, et dimidio momenti, et nona decima parte dimidii momenti, ante medium diei vel noctis illustratur. Hæc tamen distinctio, non ad certum embolismi vel communis anni terminum, sed ad æquam divisionem novemdecim tendit annorum. Sicque enim per novemdecim annos paulatim lunaris accensio sese præoccupando unius diei spatium amittens, ul-*

timum decennovenalis cycli annum CCCLXXXIII diebus facit computari. Quod si facere negligas, per XV decennovenales cyclos 15 tibi lunæ ubi prima putatur occurret.

C *Saltum lunæ.* Sicut unus dies propter retardationem solis interpōnitur, ita unus dies propter velocitatem lunæ prætermittitur, quem saltum lunæ calculatores vocant. *Incensionis ejus*, scilicet lunæ. *Singulas unos*, id est, unamquamque lunam XXIX semis, id est, duodecim horis. *Computantes*, scilicet illi. *Incensiones earum*, scilicet lunarum. Computatores dicunt, vel media die, vel media nocte, semper accendi lunam, non observantes in hoc veritatem naturæ. Nam licet aliquando hoc fiat, non tamen semper media nocte vel media die accenditur. *Si naturam*, scilicet incensionis lunæ quæras, *luna in circuitu lunari primi mensis post saltum*, id est, Augusti, *quæ nunc meridie accenditur*. *Secundi mensis post saltum*, id est, Septemb. luna, *quæ nunc medio noctis accenditur, anno futuro*, id est, secundo vel sequente, *hora una et decem momentis*, quod est unus punctus, *et decima nona parte unius puncti ante medium diei vel noctis illustratur*. scilicet, sic omni anno citius ac citius. *Distinctio*, id est, divisio, *communis anni terminum*, scilicet pertinet, *novemdecim tendit annorum*, scilicet solarium, non communium vel embolismorum.

D *Item unde supra.* — Primo sciendum est quod in toto decennovenali circulo unus dies saltus lunæ accrescat, deinde querendum est, quomodo paulatim per singulas lunationes augescendo ad integrum diem perveniat. Nam in decem et novem annis CCXXXV lunationes sunt cum embolismis. Et ideo necesse est ut prælatum diem in tot dividas partes, quot in decennovenali cyclo sunt lunationes. Hoc autem nullo compendiosius modo, quam si horas diei viginti quatuor dividas per minuta. Una hora decem minuta recipit. Multiplica ergo decem minuta vi res et quater, et habebis CCXL minuta. Ex his CCXL minutis, de suprascriptis CCXXXV lunationibus totidem minuta, scilicet unicuique lunationi minutum, et erunt quinque minuta residua. Quæ vero quinque minuta faciunt medietatem unius horæ, id est, viginti momenta. Partire unumquodque momentum per duodecim uncias, et invenies CCXI uncias. Unciæ nam-

dierum lunæ numero auferri, si non hoc velocitas aliqua lunaris gyri paulatim toto circuli decennovenalis tempore procuraret? Quomodo e contra tarditate cursus solaris agi probatum est, ut unus per quadriennium ejus cursui dies, augeatur. Hujus autem velocitatis et, ut ita dicam, anticipationis, tamen ordo non facile patet, mensura nequaquam latet. Constat enim quia diminutio illa atque ablatio diei unius, quæ, quoquo modo agitur, per denos et novenos annos tota conficitur, hora per annos singulos, et uno puncto, et nona decima parte unius puncti, augeatur. Dies namque XXIV habet horas, e quibus cum XIX totidem annis circuli decennovenalis distribueris, remanent V; has per IV multiplica, quia videlicet hora quatuor punctis constat, fiunt

XX; da singulos annis singulis, et remanet unus: hunc divide per XIX, et videbis quod ad saltum lunæ complendum, ut diximus, annuatim, hora et punctus, et nona decima pars puncti unius adcrevit. Non ergo unis iisdemque vel articulis temporum, vel cœli climatibus lunæ celebratur accensio, sed semper aliquanto citius quam præcedenti mense provenerat, ut sit unde unus anno nono decimo transihatur dies. Diversis autem locis circuli decennovenalis diversi quique calculatores hunc eundem lunæ saltum interponendum, id est, mensem lunarem, qui cæteris annis tricenos dies habere consueverat, unde triginta dierum esse faciendum putavere; et ratio quidem naturalis in promptu est, cuncta hujusmodi crementa, vel detrimenta solis et

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

que duodecim vicies multiplicatæ, præfatum complent numerum, et remanent adhuc de prædictis CCXL unciis, quinque. Has quinque iterum divide per atomos ducentos triginta quinque. Tot enim sunt lunationes circuli decennovenalis, sicut supra annolavinus, et invenies quod in unaquaque lunatione jam dicti circuli crescit saltus lunæ minutum, et unciam unius momenti, et atomum. *Præoccupando*, præveniando et præcedendo. *Amittens*, perdens *Ultimum decennovenalis cycli annum* CCCLXXXIII diebus facit computari, scilicet quartus, ratione saltus absumitur. *Quod si jacere negligas*, id est, si saltum non feceris per quindecim decennovenales cyclos, id est, CCCLXXXV annos, cum debeas lunam computare primam, occurret 15.

Item unde supra. — Si quis calculator subtilius de saltu lunæ investigare voluerit, scire debet quod in viginti et septem diebus, et octo horis luna zodiacum circum perustrat; sed ut ad incensionem ejus usque perveniat, necesse est duos dies et quatuor horas addi, hoc est, ut dies viginti et novem, et duodecim horas habeat. Sed antequam perficiat duodecimam horam, perdit ex ea quatuor momenta, unciam unam, et quingentesimam sexagesimam quartam partem momenti. Siquidem momentum quingentis et sexaginta quatuor atomis constat. Idcirco si hoc nosse desideras, collige per unumquemque mensem lunarem, id est, de incensione ad incensionem, momenta quatuor, et duodecimam partem momenti, et atomum unum, quæ anticipant incensionem lunæ, et invenies in decem et novem annis viginti quatuor horas, id est, diem integrum, in quo saltus lunæ perficitur. Collige supradictos menses per decem et novem annos, ex quibus duodecim sunt communes, quorum unusquisque habet menses duodecim, et dies CCCLIV, et septem sunt embolismi, qui habent menses tredecim, dies vero CCCLXXXIV. Quapropter multiplica momenta quatuor integra quoddecies, id est, per duodecim menses in anno communi, fiunt momenta quadraginta et octo. Item quadraginta et octo duodecies secundum numerum communium annorum multiplicata fiunt DLXXVI. Similiter per tredecim lunares embolismi anni menses, id est, tredecies multiplicata quatuor momenta, et fiunt quinquaginta duo septies, hoc est per septem embolismates annos multiplicata, et CCCLXIV momenta. Quæ cum DLXXVI supradictis juncta simul fiunt DCCXL. Quæ divisa per quadragenarium, quia hora quadraginta momentis constat, viginti tres reddunt quadragenarios, id est, horas viginti tres, et insuper unum vicenarium, qui est medietas viginti quatuor, hoc momenta viginti. Sicque ex solis integris momentis, per decem et novem annos, horæ XXIII et semis vicesimæ quartæ conficiuntur. Restat ut medietas horæ vicesimæ quartæ, quæ remansit, ex partibus momentorum atque atomorum supplea-

tur. Sciendum ergo est quod in decem et novem annis inter communes et embolismos, menses CCXXXV continentur lunares. Quot menses, tot duodecimas partes momenti, tot denique atomos sumere necesse est. Quæ partes per duodenarium divisæ, decies novies duodenos, id est, CCXXVIII reddunt, quæ sunt momenta decem et novem, quia in anni circulo, qui CCCLIV constat diebus, per has partes integrum momentum efficitur; et restant adhuc partes septem de CCXXXV mensibus, quæ propter illos septem embolismos, accidunt annos. Habes itaque momenta decem et novem integra ad vigesimam quartam horam, ex partibus momentorum collecta per decem et novem annos. Hæc junge ad superiora viginti, et habebis triginta novem momenta, et adhuc deest unum momentum. Sume igitur illas septem duodecimas partes, quas superesse prædiximus, et de sex partibus fac dimidium momentum, et remanent septem. Sume ergo atomos decem et novem annorum per singulos menses, id est, CCXXXV, et divide per quadraginta septem, quæ est duodecima pars momenti, et invenies quinquies quadraginta septem. Hos junge ad septimam partem supradictam, quæ remanserat, fac dimidium momentum. Cui alterum dimidium supra inventum adde, et habes integrum momentum, quod habet atomos DLXIV. Quod momentum ad supradicta triginta novem momenta connectens, habebis quadraginta momenta, quæ faciunt horam integram diei. Hanc horam ad supradictas viginti et tres horas adjunge, et habebis integrum diem viginti quatuor horarum.

Item unde supra. — Si vis scire quomodo dies lunæ, quæ dicitur saltus, præparatur et crescit per decem et novem annos, et quantum de hoc augmento crescit in unaquaque lunatione, hoc est, in unoquoque lunari mense, per CCXXXV (tot enim mensis lunares sunt in cyclo decennovenali), multiplica ducenta triginta quinque quater, sive quatuor ducentes trigesies quinquies, quia quatuor momenta in unoquoque mense crescut, propterea omnes menses ducentos triginta quinque multiplicantur quater, qui faciunt nonaginta quadraginta momenta. Hic autem totus numerus per quadraginta si partitus fuerit, reddit viginti tres quadragenos, et viginti momenta, hoc est viginti tres horas et dimidiam. Illa autem altera dimidia hora, quæ deesse videtur, si scire volueris quomodo colligitur, et quomodo crescit, sine dubio ita intelligitur. Non solum enim quatuor momenta in unoquoque mense de hoc augmento lunari crescut, verum etiam duodecima pars momenti insuper et atomus, id est, quingentesima sexagesima quarta pars momenti crescit in omni mense lunari, et sic in duodecim mensibus unum momentum colligitur. Interim illos atomos dimitte, de quibus postea dicemus; et ita per decem et novem annos quasi fuissent omnes communes septem embolismi interim

lunæ in partibus æquinoctiorum, ubi primo creata sunt, initium finemque sortiri, solis quidem in verni, lunæ vero in autumnalis loco æquinoctii. Denique Anatholius, qui verissime in æquinoctio verno initium mensium, et caput circuli totius, terminumque decernit, non ipse hanc in capite vel fine sui circuli decennovenalis, sed decimo quarto ejus anno, qui est ultimus ogdoadis, mutationem lunæ posuit, faciens illam ascendere in æquinoctio de octava in vicesimam. At contra Victorius tertio ad finem ogdoadis anno, hanc interserendam censuit lunam Calendarum Januariarum, de quarta in sextam decimam convertens. Porro Ægyptii, in quorum sententiam catholica nunc consentit Ecclesia, eandem mutationem primo anno circuli decennovenalis ad-

figunt, facientes epactas lunæ annuas, quarum locus est in XI Calendas Aprilis, de octava decima in nullam facere saltum. Ideoque annum eundem, si non bissextus adsit, diebus trecentis quinquaginta tribus consummantes. Quod etiam Dionysius in epistola tangere videtur, cum ait: « A decima quinta luna paschalis festi, anni, verbi gratia, præcedentis, usque ad decimam quartam sequentis, si communis annus est, CCCLIV dies habebit; si embolismus, CCCLXXXIV. Quod si unus dies plus minusve contigerit, evidens error est, excepto videlicet anno primo sæpe dicti decennovenalis cycli, quem a decima quarta luna paschæ ultimi, id est, noni decimi anni usque ad quartam decimam lunam ejusdem primi numerare curamus. » Propter quod idem ul-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

deserentes, crescunt decem et novem momenta. Unum autem momentum, quod deesse cernitur, colligitur ex septem mensibus embolismis, et atomo uniuscujusque mensis. Ex sex... mensibus embolismis dimidium momentum colligitur, in quo sunt atomi ducenti octuaginta duo, et aliud dimidium momentum colligitur ex uno mense embolismi, hoc est duodecima pars momenti, in qua parte sunt atomi quadraginta septem. Collige ergo atomum uniuscujusque mensis, qui sunt ducenta triginta quinque; mitte simul cum quadraginta septem, fiunt ducenta octuaginta duo, hoc est, aliud dimidium momentum. Mitte simul CC et CC, fiunt cccc. Item octuaginta et octuaginta, centum sexaginta. Duo et duo, quatuor; et ita simul DLXIV atomi, hoc est unum momentum. Quod super decem et novem additum, viginti momenta efficit, hoc est altera dimidia hora. Mi te super viginti tres horas et dimidiam, fiunt viginti quatuor, hoc est, unus dies naturalis, qui dicitur saltus lunæ.

Recapitulatio hujus argumenti. — Nam quomodo fieri posset ut per annos denos et novenos unum necesse esset solito dierum lunari numero auferri, si non hoc velocitas aliqua lunaris gyri paulatim toto circulo decennovenalis tempore procuraret? Auferretur enim lunæ una dies per novem et decem annos, quia in fine decennovenalis cycli, in Kalend. August., ubi debuisset trigesima esse, sit prima. Hoc igitur secundum Ægyptios, quorum sententiam in hac ratione nos sequimur. Similiter secundum quosdam septimo Kalend. Decemb., ubi debuisset esse trigesima, sit prima; et ubi prima, sit secunda; et ubi secunda, sit tertia, et reliqua usque ad finem anni.

Denique Anatholius qui verissimo in æquinoctio verno initium mensium, et caput circuli totius terminumque decernit. Anatholius autem non eo ordine facit cyclum suum quo nos; nam ubi apud nos est octavus annus, scilicet ogdoas, apud illum est decimus quartus annus cycli sui. Ergo luna quæ fuit anno præterito, id est, anno decimo tertio, octava; non adjicit XI, sed XII, ut sit saltus; et sit sequenti anno, id est, decimo quarto, in æquinoctio vicesima; apud illum enim octavo Kalend. April. æquinoctium est. Est ergo inter nos et illum una luna semper, quoniam ille a meridie ad meridiem computat lunam. Itaque septimo anno cycli nostri est luna undecimo Kalend. April. sexta; decimo Kalend. septima, nono Kalend. octava, octavo Kal. nona, quam ille octavam facit; adjiciensque illi duodecim sequenti anno, hoc est ogdoadis, est vigesima. Et ideo dixit *De octava in vicesimam*, dum apud nos est de nona in vicesimam, qui non adhuc fecimus saltum. At contra Victorius tertio ante finem ogdoadis anno, hanc interserendam censuit lunam Kal. Januar., de quarta in decimam sextam convertens. Contra, scilicet sententiam Anatholii. Altero, scilicet anno, Kal. Januar.

de quarta in decimam sextam convertens, scilicet dum nos de quarta in quintam convertimus lunam Kal. Januar., qui in fine decennovenalis facturi sumus saltum, et ideo minorem ætatem lunæ habemus. Ille enim de quarta in decimam sextam convertit, ut quæ fuerat quarta, in quinto anno in Kal. Jan. sequenti, id est, septimo anno in iisdem Kal. quæ debuerat computari decima quinta, propter saltum computabitur decima sexta. Et ideo dixit: *De quarta in decimam sextam*, dum apud nos est de quarta in decimam quintam, qui non fecimus adhuc saltum. Porro Ægyptii, in quorum sententia catholica nunc consentit Ecclesia, eandem mutationem primo anno circuli decennovenalis affigunt, facientes epactas lunæ annuas, quarum locus est in undecimo Kal. April. de decima octava in nullam facere saltum. Ecclesia Græcum est, quod in Latinum vertitur convocatio, propter quod omnes ad se vocet. Catholica, universalis sive generalis interpretatur. Non enim sicut conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur; sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. Pro peregrinatione autem præsentis, Ecclesia Sion dicitur, eo quod ab hujus peregrinationis longitudine posita, promissionem rerum cœlestium speculetur, et idcirco Sion, id est, speculationem accipit, pro futura vero patriæ pace Jerusalem vocatur, quia Jerusalem pacis visio interpretatur. Item. *De decima octava in nullam facere saltum.* In nullam, id est, trigesimam. In fine enim decennovenalis cycli fit luna in Kal. Mart. Per argumentum XXVII computa illam, et invenies in ipso anno in undecimo Kal. April. lunam decimam octavam; adde ad XVIII, non undecim sicut in cæteris annis, sed duodecim propter saltum, et invenies in primo decennovenalis circuli anno in undecimo Kal. Apr. lunam tricesimam. Et hoc est quod dicit. *De 18 in nullam*, id est, in tricesimam. Annus lunaris est minor solari in undecim diebus, et ideo ut annus lunaris conveniat ad solarem, epactæ sequentis anni supra epactas antecessentis anni in duodecim diebus. Et propterea ascendunt in ipso anno de decem et octo in nullam, scilicet epactam, id est, in triginta, duodecim additis. Semper enim quando saltus est, adduntur duodecim ætates lunæ, in aliis vero annis undecim. Qui saltus naturaliter in ultimo anno decennovenalis circuli ponitur, et ideo Anatholius et Victorius non in congruo loco ponunt saltum, dum in aliis annis eum ponunt, ideoque annum eundem, si non bissextus adsit, diebus CCCLIII consummantes. Subaudis, si vero bissextus ipso anno fuerit, tunc recipit ipsam lunam causa bissextili anno una ætas lunæ crescit, scilicet in mense Februario, et habet ipse annus dies CCCLV. Et in ipso anno ubi saltus sit, una ætas lunæ decrescit, et habet ipse annus trecentos octuaginta tres dies; quartus vero ratione saltus absumitur. Qui profecto saltus

tinus epactas, id est, adjectiones lunares XVIII tunc retinens, primo anno non XI, ut in cæteris annis fieri solet, sed XII dies accommodat. Et quia XXX dierum sinevolvuntur, nulla epacta in principio ipsius cycli ponuntur. Secundus autem annus epactas XI suscipit. Et ideo, sicut diximus, a quinta decima luna paschæ primi cycli, usque ad finem ejus in communibus annis et embolismis præfixos dies nos invenire non dubium est. Hujusmodi ergo cogit diversitas, sex solum primos circuli decennovenalis annos æquali nobiscum ætate lunam putare Victorium. Nam deinceps inserta mutatione saltus, una semper die majorem nobis eam usque dum etiam nos finito eam circulo toto inserimus habere non cessat; qui profecto saltus non alibi aptius quam XII Calendarum Aprilium die videtur anno reddendus, propter originem videlicet quam præfati sumus conditionis siderum, ut luna mensis Martii, quæ eo fit die vi-

cesima nona, dehinc vertatur in nonam. Sed sunt qui hoc nobis in luna Novembris mensis agendum magis autument, quatenus hujusmodi impedimentis cum præcedentis anni sine absolutis, novum de cætero annum libero possint computo ingredi, juxta exemplum videlicet Ægyptiorum, qui hoc in penultimo anni sui mense, qui est noster Julius, facere perhibentur. Sed sive hic, sive illic, sive alibi feceris, necesse est ibidem, ni fallor, tres pariter menses undetricenorum computare dierum.

CAPUT XLIII.

Quare luna aliquoties major quam computatur, appareat.

Notandum sane quod hujus ratio saltus lunaris, longa sui facit exundantia crementi lunam aliquoties majorem quam putatur videri, adeo ut e iam die tricesima vesperascente illam non gracilem in celo-apparere contingat, et quanto circuli decennovenalis

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

non alibi aptius quam duodecimo Calendarum Aprilium die videtur anno reddendus, scilicet juxta naturam; tamen non ponitur ibi saltus, propter terminalem. *Quem a decima quarta luna Paschæ ultimi, id est, decem et novem anni, u que ad decimam quartam ejusdem primi numerare curamus.* Ideo Dionysius prædictum annum a decima quarta luna, et non a decima quinta inchoat, ne propter saltum lunæ unus eidem anno dies deesse videatur. Sed tamen talis compositio, id est, ut unus dies pro duobus computetur, nil prodest, quia nullo modo ccccliv, sed revera ccccliii constat diebus. Non enim movere hoc quempiam debet, quod Dominus Beda saltum lunæ duodecimo Kal. April. die aptum esse dicit, quia ipse quoque statim subinfert: *Sive hic, scilicet du decimo Kal. April., sive illic, scilicet in luna Novembri, sive alibi, scilicet tertio Kal. August., sicut Ægyptii, feceris, etc., juxta exemplum videlicet Ægyptiorum, qui hoc in penultimo anni sui mense, qui est noster Julius, facere perhibentur.* Ægyptii enim in suo penultimo mense, id est, in Julio, dum a Septembri annum incipiunt, ponunt saltum, sicut quidam in penultimo faciunt nostro, id est, in Novembri. Et ideo in decimo nono anno, quando saltum faciunt, non ascendit luna Julii tricesima, una luna videlicet causa saltus amissa, sed vigesima nona; et ob id luna Kal. August. tertia redditur, quæ juxta argumentum secunda computatur. Tertio Kal. August. apud Ægyptios saltus ponitur, id est, prima luna loco tricesimæ; inde venit tertia luna in Kal. August. ipso anno. Illi autem qui saltum ponunt in septimo Kal. Decemb., id est, primam lunam loco tricesimæ, computant septimam lunam in Kal. Decemb. ipso anno. Et ab Augusto usque ad Decembrem discordant cum Ægyptiis, qui calculatorum tenent palmam, eo quod simul tertio Kal. August. non faciunt saltum. Post hæc autem ad unam concordiam. Sed tamen rectius Ægyptii, quam illi terminant saltum, quia illi in Kal. Septemb. et Octob. nec non et Novemb. discordant cum epactis; Ægyptii vero in unis tantum, id est, Kalend. August., ut supra dictum est.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — Lunæ saltus hæc ratio est, quod plus temporis per embolismos intercalatur in lunaribus temporibus quam ipsa requirit; velocior enim est paulo, quam computatur. Exiguum namque in quo citius ad solem redit propter minutam sectionem non potest facile animadverti: quæ temporis superfluitas tollitur anno decimo nono, a prima detractio. Eodem modo, ut supra docuimus, plus intercalari in annis bissextilibus, quam omnino sol requirit; unde fit ut bruma nostra ætate ante idus Decembres proveniat, quæ stebat Ciceronis tempori-

bus juxta Kalendas Januarii; sed hic temporis redundantia saltu non tollitur propter tarditatem.

CAPUT XLIIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Quid enim rationis est lunæ mutationem meridianis computare ab horis, cum nec imposita tunc in celo, nec sit egressa super terram, sed nec ulla legis solemnitas meridianis vel postmeridianis, sed omnia vespertinis incipiant, simul et consummentur in horis, nisi forte quia Adam peccans, ad auram post meridiem increpatus a Domino, et de paradisi est gaudiis pulsus, qua exulare cœpimus, debuit hora notari, ut dum dicimus lunæ initium in meridie, quæ defectivam habet naturam, recolamus et nos eadem hora de paradiso expulsos, et defectum inchoasse? Gregorius: « Neque enim Adam post culpam in divinitatis substantia videre Dominum potuit, sed increpationis verba per angelum audivit. De quo scriptum est: Cum audisset vocem Domini deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se inter ligna paradisi. Quid est enim quod post peccatum hominis in paradiso Dominus non jam stat, sed deambulat, ut nisi quod lux ferventior abscesserat, et peccatricem animam culpæ suæ frigore constringebant? Increpavit ergo Adam deambulans, ut cæcis mentibus nequitiam suam non solum sermonibus, sed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo, et per verba quod fecerat audiret, et per deambulationem amisso æternitatis statu mutabilitatis suæ inconstantiam cerneat, et per auram fervore charitatis expulso, torporem suum animadverteret, et per declinationem solis cognosceret quod ad tenebras propinquaret. » Lege in Moralibus libri vigesimum novum, in quo hæc sacra verba inveni.*

Remigius: Plantaverat autem Dominus Deus paradysum voluptatibus a principio, id est, in initio remotis aquis a superficie terræ, et in unum collectis. Ubi autem nos habemus. Paradysum a principio, quidam codices habent: Eden ad ortum. Ex quo possumus conjicere, paradysum in oriente situm. In quacunque autem orbis parte sit, scimus eum terrenum esse, et interjecto Oceano et montibus oppositis, a nostro orbe longe remotissimum. Est enim in altissimo loco situs pertingens usque lunarem circum, unde et illuc aquæ diluvii minime pervenisse dicuntur.

In quo posuit hominem. Ex hoc quod positus in paradysum homo dicitur, datur intelligi, non ibi eum fuisse conditum, sed in hac nostra mortali terra, quia prævidit illum divina præscientia illic peccaturum, et ob hoc ab illa sancta terra in hanc convallem miseriæ propellendum. Allegorice autem paradysus præsentem significat Ecclesiam, quæ recte

terminus amplius instat, tanto hoc crebrius patiatur causa existente perspicua, quod saltus ille, de quo loquimur, jam maxima tunc sit ex parte perfectus. Sed in naturalis assertionem veritatis, quæ et Nicæno

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

hortus deliciarum dicitur, dum nobis in ea spirituales deliciae administrantur. Lignum vitæ in medio paradisi, Christus est in medio Ecclesiæ. De quo per quemdam sapientem dicitur: Lignum vitæ est his qui apprehenderint eum. Ipse est etiam fons, qui de Patris substantia descendens, ad irrigandam suam sanctam venit Ecclesiam. De quo per Zachariam dicitur: Erit fons patens domui David, in ablutionem peccatoris et menstruatæ. Domus David, sancta est Ecclesia, cui, id est, ad cuius salutem patet fons, id est, Christus in ablutionem peccatoris. Peccator est, qui malum quod mente cogitat operibus exsequitur. Menstruata est quæ alienam carnem non tangit, sed propria foedatur: significat peccatricem animam, quæ malum quod cogitat, nequaquam effectu explet; unde non extrinsecus quasi aliena carne deturpatur, sed intrinsecus velut propria carne suis cogitationibus inquinatur. Suspiremus itaque ad illam ardentius vitam æterna pace beatissimam, quando erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis septempler, sicut lux septem dierum. Et erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis septempler, sicut lux septem dierum. Quando erit istud? Tunc cum fuerit cælum novum, et terra nova. Omnia quæ omnipotens Deus per spatia sex dierum operatus est, propter hominem facta sunt, in cuius lapsu omnia elementa detrimentum sustinuerunt. Nam terra antea spinas et tribulos non proferebat. Aer iste non tantæ crassitudinis erat, sed purus erat. Sic sol, et luna, et sidera, detrimentum sui luminis sustinuerunt. In die autem iudicii determinato illo examine, cum fuerint omnes reprobi una cum diabolo in inferno conclusi, sustollet se Dominus Jesus pariter cum corpore suo, quod sunt omnes electi in cælum, et tunc mutuabit sibi luna splendorem solis, et sol septempler lucebit quam modo, sicut lux septem dierum, hoc est multipliciter, et recipiet lumen et splendorem solis, quem amisit peccante primo homine. Dicit etiam beatus Isidorus in libro Creaturarum, quod neque sol neque luna ad occasum venturæ sint postea, sed in loco quo creata sunt, sine fine manebunt, juxta illud Abacuc: Sol et luna steterunt in habitaculo suo, pro eo quod est, Stabunt. Et quare hoc? Ne claritate solis sive lunæ illi qui apud inferos erunt, perfruantur. De hoc etiam statu dicit Isaias: Non occidet tibi ultra sol tuus, et luna tua non minuetur. Item Isaias: Et erubescet luna, et confundetur sol, cum regnaverit Dominus in Sion et in Jerusalem. Erubescet luna, id est, tabescet in die iudicii, et confundetur sol. Nunquid ita confundentur ut cadant de cælo? Non. Ipse Dominus ait: Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et virtutes cæli movebuntur. Dicit enim beatus Augustinus, quia neque sol, neque luna, neque stellæ lumen suum amittent: sed ad comparisonem veræ lucis quæ est Christus, omnia sidera et luminaria videntur obscurari. Quem enim splendorem præstat lumen cerei, si positum fuerit in medio radio solis, aut quid luminis auget cernentibus illud? Nullum Joel: Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem. Hoc in passione Domini partim factum, partim ante diem Domini magnum, id est, iudicii futurum creditur. Tunc enim sol obtenebratus est, sed luna in sanguinem versa palam hominibus apparere non potuit: quæ tunc, ut puta in pascha decima quinta existens, interdum fuerat mortalium visibus objectu telluris occulta. Aliter. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis, hoc est, splendor quorundam fidelium ultima tribulatione deficiens, obscurabitur, et Ecclesia martyrum sanguine cruentabitur. Sin autem post occubitum solis

A concilio probata firmatur, hæc est specialiter regula tenenda, ut lunæ ætatem non juxta quosdam a meridiana vel dimidia post meridiem, sed a vespertina potius hora mutare noverimus, quia nimirum luna

accendatur, non tamen primam prius quam vespere miderit, sed trigessimam potius oportet æstimari. Si enim ante vesperam accendatur luna, non propter hoc ante vesperam computatur prima, sed in vespere. Similiter si post vesperam, id est, post occubitum solis accendatur, non computabitur propter hoc prima, donec ad aliam vesperam venerit, et ibi videatur, id est, vespere, scilicet propter primam conditionem. Quod si quis gravius huic insistenti quæstioni, dixerit se novam lunam eo anno quo saltus inserendus est, hoc est, ultimo circuli decennovenalis biduo priusquam prima caneretur, multis cum testibus vidisse, id est, quanto nonarum Aprilium die. Ex hoc autem probatur quia naturaliter in ultimo cycli decennovenalis anno ponitur saltus, quod pene omnes lunæ ipsius anni videntur biduo antequam dicentur primæ, quod in aliis annis nullo modo fit. Et hoc solitum est fieri in appropinquatione saltus, in elongatione vero sicuti videtur, ita computatur. Paternæ ceterum auctoritatis subsidio fulcimur dum Nicæna synodi scita sectamur, quæ decimas quaras festi paschalis lunas tam firma stabilitate præfixit, ut decennovenalis earum circuitus nusquam vacillare, nusquam fallere possit. Nicæa civitas est metropolis Bithyniæ, in qua Constantinus imperator, sicut decimus liber Ecclesiasticæ historiæ narrat, congregavit synodum cccxviii episcoporum, ubi Arius anathematizatus est. Inde dicitur Nicæna synodus, quæ in Nicæa facta est. Synodus autem ex Græco interpretari potest, comitatus vel cœtus; cœtus vero conventus est vel congregatio, a coeundo, id est, conveniendo in unum. Unde et conventum est nuncupatum, sicut conventus, cœtus vel concilium, a societate multorum in unum. Scita sunt, quæ plebes tantum constituunt; et vocata scita, quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur et rogat ut fiat. Quid enim? Nunquid credendum est quia illam quam nos quanto nonas Apriles novam vidimus lunam, nemo viderit de illis trecentis decem et octo pontificibus, qui in Nicæno concilio residebant? Viderunt ergo illi accendi lunam in quarto nonas Apriles, nec tamen primam dinumeraverunt eam, ne contrarietas communis et embolismi regulæ inde nutrireretur. Tunc ergo sub sanctæ memoriæ papa Zosimo, usque ad lucem aqua non venient, non consecrat, qui baptizandi fuerant recessunt. Tunc idem octavo Kalend. April. die, quando ipsi sanctum Pascha celebrandum esse putabant. Baptismus Græce, Latine tinctio interpretatur. Quæ ideo tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ in melius immutatur, et longe aliud quam erat efficitur. Nam sicut aqua purgatur exterius corpus, ita latenter ejus mysterium per Spiritum sanctum purificat et animam, cujus sanctificatio ita est: Invocato enim Deo, descendit Spiritus sanctus de cœlis, et medicatis aquis sanctificat eas de semetipso, et accipiunt vim purgationis, et in eis et caro et anima delictis immundata mundetur.

La da ill'er vinci ga debat. Gau lebat enim superari ab Orientalibus, qui secundum Nicæni concilii definitionem faciebant, quamvis suis Occidentalibus favere videretur.

JOAN. NOV. SCHOLIA.—*Notandum sane.* Facile hoc liquet ex superiori capite, uni namque mensi detrahatur, quod singulis (si fieri posset) oportuit. Subita igitur detractio facit ut lunæ fulsio majorem ostendat ætatem, quam computatur, facta unus diei detractio.

Bachomus monachus ins gnis. Hujus Bachomi seu, ut alii scribunt, Pachubi libellum nuper nactus sum a studioso quodam, qui dum mihi copiam faceret, propter antiquitatem et pietatem indicavi dignum esse editione.

quæ respere primum mundo exorta est vespertinis ex eo semper horis necesse est aliam aliamque sumat ætatem, singulas quasque vicenis et quater, is explicans horis, sicut e contrario sol qui mane primo ortus est, teste Genesis Scriptura a mane usque ad mane diem complevit unum. Quid enim rationis est lunæ mutationem meridianis computari ab horis, cum nec imposita tunc in cœlo, nec sit regressa super terram, sed nec ulla legis solennia meridianis vel pomeridianis, sed omnia vespertinis incipiant simul et consummentur in horis? Nisi forte quia Adam peccans ad auram post meridiem increpatus a Domino, et de paradisi gaudiis est pulsus, ad remunerationem cœlestis vitæ quam sæculi hujus ærunna mutavimus, mutatio lunaris, quæ crementis decrementisque perennibus labores nostros imitatur, in ea specialiter qua exulare cœpimus debuit hora notari, ut ex ipsa lunaris hora mutationis quotidie versiculi illius admoneremur, quia stultus ut luna mutatur, nam sapiens cum sole permanebit, suspiraremusque, ad illam ardentius vitam pace æterna beatissimam, quando erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis septempliciter sicut lux VII dierum. Verum quia, sicut scriptum est, *a luna signum diei festi*, et quo modo prima lunæ lux a vespera mundum irradiavit, ita omnis dies festus in lege a vespera incitari, in vesperam perfici debere præcipitur, congruentius aetas lunaris a vespertina hora quam aliunde nova computabitur, eandemque ætatem quam vespere inchoat, sequentem usque servabit ad vesperam. Et siquidem eam paulo ante vesperam accendi a sole contigerit, mox sole occidente primam computari et esse necesse est, quia videlicet illam temporis horam, qua primum terris fulgere cœpit, adiit. Sin autem post occubitum solis accendatur, non tamen primam priusquam vesperam viderit, sed tricesimam potius oportet æstimare. Etiam si XXIII horas post occasum solis accensa suppleverit, illam tamen quam occidente sole habuerat, ne primæ conditionis ordo turbetur, usque ad alium ejus occasum retinere debet ætatem. Nec mirum lunam cum tot horas nova transegerit manifestam in cœlo monstrari, cum aliquoties etiam sexta vel septima post accensionem appareat hora. Sæpe namque evenit, maxime posita ea in Ariete, una eademque die illa mane simul et vespere cerni, motu videlicet ascensionis circa meridiem facto. Quod si qui gravius huic insistens quæstioni, dixerit se novam lunam eo anno quo saltus inserendus est, hoc est, ultimo circuli decennovenalis biduo priusquam prima caneretur multis cum testibus vidisse, id est, quarto Nonarum Aprilium die, cum ejusdem anni XIV luna paschalis in circulo memorato XV Calendarum Maiarum sit adnotata, ideoque non nisi pridie Nonas Aprileas esse prima valeat, rationemque a nobis hujus causæ exegerit, hic nostra pusillitas, ne sui fragilitate deficiat, ad paternæ, imo divinæ auctoritatis auxilium concurrat. Paternæ etenim auctoritatis subsidio fulcimur, dum Nicænæ synodi scita sectamur, quæ quartas decimas festi pas-

chalis lunas tam firma stabilitate præfixit, ut decennovenalis earum circuitus nusquam vacillare, nunquam fallere possit. In quo videlicet circuitu, lunam paschalem anni de quo agitur II Nonas Aprilis fieri primam nulli calculantium in dubio est. Ideoque hanc aliter definire nulli fidelium fas est. Qui enim? numquid credendum est quia illam quam nos IV Nonas Aprilis novam vidimus lunam, nemo viderit de illis CCCVIII pontificibus qui in Nicæno concilio residebant, nemo de minorum cœtu graduum, qui illorum conciliis aderant et statutis, et non potius intelligendum, quia cum lunam anni illius paschalem a pridie Nonas Aprilis incipere signabant, aliud majus periculum per hoc declinaverint, ne videlicet si aliter decernerent, indissolubilis ille communium annorum et embolismorum status solveretur, quem inviolabiliter observandum divinæ legis auctoritate Hebræis tradentibus agnoverant? Sed et specialiter divinæ auctoritatis indicia observantiam lunarem quam tenemus defendimus. Legimus namque, scribente beato Cyrillo Alexandriæ episcopo, quia Pachomius monachus insignis factis apostolicæ gratiæ, fundatorque Ægypti cœnobiolorum, ediderit ad monasteria quæ regebat litteras, quas angelo dictante perceperat, ut non errorem incurrerent in solemnitate paschalis ratione, scirentque lunam primi mensis in anno communi et embolismo. Legimus, eodem referente Cyrillo, quia si non scripsisset synodus Nicæna cyclum lunarem primi mensis, sufficeret cyclus lapidis selenitis in Perside ad exemplum rationis paschalis, cujus candor interior cum luna primi mensis crescit et decrescit. Legimus, item, scribente sancto Paschasino Lilybæi antistite ad beatissimum papam Leonem, quia tempore Zosimi papæ cum esset ultimus circuli decennovenalis annus, et declinarent quidam decimo Calendarum Maiarum die Pascha tenere, celebrantes octavo die Calendarum Aprilium, id est, pro embolismo communem tenentes annum, quæ esset paschalis observantiæ veritas multiplici miraculo supernæ virtutis claruerit. Quædam, inquit, vilissima possessio Melthinas appellatur, in montibus arduis ac sylvis densissimis constituta, illic per parva atque vili opere constructa ecclesia est, in cujus baptisterio nocte sacrosancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex sese repletur, paucisque qui fuerint consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut venerat aqua, ex sese discedit. Tunc ergo sub sanctæ memoriæ papa Zosimo usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati qui baptizandi fuerant recesserunt. Illa vero nocte quæ lucebat in diem Dominicam, decimo die Calendarum Maiarum, fons sacer hora competentis repletus est; evidenti ergo miraculo claruit occidentalium partium fuisse errorem. Liqueat itaque quia vetus hæc de hac ætate lunari quæstio est, etiam olim beati papæ Leonis industria diligenter exquisita, ipsa est quæ longam inter Orientis et Occidentis Ecclesias gravemque controversiam fecit. Hæc et Hilarium papam post tot Nicæni concilii tempora no-

vum cyclum petere, et Victorium paschalem novum condere persuasit. In hujus certamine præfatus papa Leo adnitente Prospero viro doctissimo ac disertissimo vincere sedulus, instans tandem unanimitate eorum qui Nicænæ synodi decretis invincibiliter adhærebant laudabiliter vinci gaudebat. Unde mihi meisque in eadem quæstione nil melius agendum, nil dicendum reperio, quam quod illum fecisse comperio, qui nobis in tantum scientia, merito, auctoritate præcellit, certam videlicet Patrum reverendissimorum sententiam in eis quæ nobis dubia sunt et incerta sectari. Nequè enim putandum est nos vel acutius antiquis diversitatem lunaris discursus deprehendere, vel salubrius posse dignoscere, quæ in eadem diversitate potissimum sit via sequenda.

CAPUT XLIV.

De circulo decennovenali.

Decennovenalis circuli ordinem primus Eusebius, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, ob quartas decimas lunas festi paschalis; ipsumque diem Paschæ invenendum, composuit, eo quod luna cujuslibet ætatis post tantum temporis ad eundem redeat anni solaris diem, non quod Ægyptus, vel cætera per Orientem Christi Ecclesia, verum eatenus lunæ cursum, vel diem, nescierit rite invenire paschalem, sed quia ea quæ ipsis temporibus annuatim cum labore investigata et per orbem mandata sæpius in quæstionem venire solebant facilius, præfixa semel regula circulari, semper observari et sine scrupulo ambigendi poterant edisci. Denique fertur antiquitus Alexan-

drinæ Ecclesiæ antistiti delegatum ut officiose operam curamque investigationi computi paschalis impenderet, quatenus pontifici apostolicæ sedis adnuncians, per eum diem Paschæ solemnem cæteros Ecclesiarum principes agnoscere faceret. Unde beatissimus papa Leo Martianum principem postulans ut Alexandrino antistiti delegaret, quatenus paschale sancti Theophili, in quo VIII Calendarum Maiarum die Pascha videtur affixum, diligenti perscrutaretur examine, arbitratus ab eo non recte memoratum diem fuisse conscriptum, inter alia hæc dicit: « Studuerunt quidem sancti Patres occasionem hujus auferre, omnem hanc curam Alexandrino antistiti delegantes, quoniam apud Ægyptios hujus supputationis antiquitus tradita videbatur esse peritia, per quem quotannis dies prædictæ solemnitate sedi apostolicæ indicaretur, cujus scripti ad longinquiores Ecclesias indicium generare percurret. Verum ut hujusmodi labor aliquando quiesceret, composuit memoratus vir circulum nunc longe lateque notissimum, quo decimas quartas lunas primi mensis ex ordine comprehendendo, diem Paschæ, qui mox sequenti dominica futurus erat, facillime cuilibet invenendum relinqueret. Cujus circuli Proterius Alexandrinæ urbis antistes, ad inquisitionem sancti papæ Leonis, luculentissimam reddens rationem, talis rescripti ab eo meruit tenore prædicari. Lætificaverunt me litteræ dilectionis tuæ, quas frater et coepiscopus noster Nectarius pio adportavit officio. Oportebat enim ut ab Alexandrinæ Ecclesiæ præsule talia scripta ad sedem apostolicam mitterentur, quæ os-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XLIV.

BRID. RAMES. GLOSÆ. — Cyclum decennovenalem, propter quartas decimas lunas paschales Nicæna synodus instituit, eo quod ad eundem anni solaris diem, unaquæque luna per decem et novem annos, ducentis triginta quinque circumacta vicibus, inerrabili curâ redeat, qui dividitur in Ogdoadas et Hendecadas, hoc est, in octo et undecim annos. Octo enim anni lunares totidem annos solares duobus tantum diebus transcendunt, quorum alter ad explementum accurrit hendecadis, alter ratione salus absumitur. Alioquin hendecadas solaris uno die transcendet lunam, licet quidam violenter hos dies ex bissextis octo annorum supplere nitantur, cum bissextus soleat in mense Februario soli superfluous, et lunæ futuro tempore nihil prejudicare, et ipsi nullam hendecadi bissextam addant. Ut ergo apertius dicam, duo lunæ dies, qui supersunt in ogdoade, duos qui desunt in hendecade supplebunt.

Circulum decennovenalem. Cycli lunaris et cycli decennovenalis pene idem sunt, nam decem et octo annis ambo implentur. Sed in hoc distant, quia per cyclum lunarem, qualis sit luna in Kalend. Jan. reperitur, ubi et initium est anni, et ubi ipse circulus inchoatur; per cyclum vero decennovenalem, quomodo pascha debeat pronuntiari, deprehenditur. Ejus initium 14 luna paschali fit.

Dicitur autem decennovenalis, quia decem et novem expletur annis, estque compositum nomen, ex decem, et novem, et anno. *Eo quod*, id est, propter eam institutionem decennovenalem, *ad eundem*, scilicet terminum paschalem, in quo semper sit luna paschalis 14, qui terminus semper a duodecimo Kalend. April. usque in decimum quartum Kalend. Maias.

Decennovenalis circuli ordinem Eusebius Cæsareæ Palæstinæ episcopus ob quartas decimas lunas festi paschalis, ipsumque diem Paschæ invenendum composuit. Quod autem superius dominus Beda dicit, cyclum decennovenalem propter quartas decimas lunas paschales a Nicæna synodo institutum fuisse, verum dicit, et sic intelligendum est. Multi autem prius in hoc multis modis laboraverunt, sicut prædictus Eusebius, Hippolytus episcopus, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus, atque Victorius, necnon et Cyrillus Alexandrinæ urbis episcopus, qui, multiplicatis ejusdem festivitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt. Postea vero quidquid de hac re ipsa synodus firmiter reperit, confirmare studuit, sicut liber decimus ecclesiasticæ historiæ in hunc modum refert: « Igitur cum de his prout divinarum legum reverentia poposcerat decrevissent, sed et de observatione paschæ antiquum canonem, per quem nulla de reliquo varietas oriretur, Ecclesiis tradidissent, omnibus rite dispositis, Ecclesiarum pax et fides, in Orientis atque Occidentis partibus una atque eadem servabatur. » Cycli autem vocatur, eo quod in orbem digestus sit, et quasi in circulo dispositus, ordinem complectitur annorum sine ulla varietate et sine ulla arte.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Decennovenalis circuli Eusebius.* Decennovenalis circulus ad lunæ computationem factus est, constans novem numerorum ordinibus, quorum primus continet annos Domini, secundus indictiones, tertius epactas, quartus concurrentes, quintus cyclos lunares, sextus decimas quartas lunas, septimus dies Dominicæ Paschæ, octavus lunæ ætatem ejusdem diei, nonus ogdoadas et hendecadas, quorum deinceps Beda rationem reddet.

tenderent magisterio beatissimi Petri apostoli hoc ab initio per beatum Marcum ejus discipulum didicisse Ægyptis, quod constat credidisse Romanos. »

CAPUT XLV.

De embolismis et communibus annis.

Dividitur autem circulus idem in embolismos, annosque communes, quos Hebræorum quoque prisorum auctoritate constat observatos : communes quidem annos, id est, CCCLIV dierum XII, embolismus autem, id est, CCCLXXXIV dierum, continens VII. Primus namque et secundus communes, tertius est embolismus, quartus et quintus communes, sextus embolismus, septimus communis, octavus embolismus, nonus et decimus communes, undecimus embolismus, duodecimus et tertius decimus communes, quartus decimus embolismus, quintus decimus et sextus decimus communes, septimus decimus embolismus, octavus decimus communis, nonus decimus embolismus. Qui utrique, sicut et supra dictum est, ab exordio primi mensis, quem Hebræi Nisan vocant, hoc est, ab accensione lunæ paschalis, initium sumunt, cujus exordium mensis hac regula debet observari, ut nunquam luna paschæ XIV vernalis præcedat æquinoctium, sed vel in ipso æquinoctio, hoc est XII Calendarum Aprilium die, vel eo transgresso, legitima procedat. Unde fit ut ab octavo Iduum Martiarum usque in Nonarum Aprilium diem lunaris anni sint quærenda primordia. Ipsa autem luna decima quarta, cum primum XII Calendas Aprilis, cum no-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XLV.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Dividitur autem circulus idem in embolismos annosque communes, quos Hebræorum quoque prisorum auctoritate constat observatos. Emblemata, varietas pavimenti, vel abundantia. Inde embolismus annus dicitur superabundans. Embolismi autem anni et communes sic inveniuntur. Si enim a decima quarta luna paschæ præcedentis, usque ad decimam quartam sequentis CCCLXXXIV dies fuerint, embolismus annus est; si vero CCCLIV, communis. Denique in annis communibus ad rationem solaris anni XI dies lunæ deesse cernuntur; in embolismo vero decem et novem diebus eundem annum solaris videtur transcendere. Annus autem lunaris minor est solare diebus undecim. Qui colliguntur per tres annos et fiunt triginta tres dies, unde tertio anno embolismus fit, hoc est, augetur tunc annus lunæ triginta diebus, quomodo undecim ter ducti triginta tres faciunt. Tres autem qui supersunt, adjectis tribus trium annorum sequentium qui supersunt, etiam triginta sex fiunt. Quos sex duobus annis adice qui habent viginti duos dies, ex undecim bis solaris anni, et fiunt dies viginti et octo. Propterea septimum annum non sequitur communis, quomodo adiciuntur statim viginti et octo dies, unde unus mensis fit, licet duo desint dies, qui tamen ex hendecade solare complentur. Sciendum præterea eos errare qui putant quod annus solaris simul et communis vel embolismus incipiant. Nam in initio anni decennovenalis circuli in accensione lunæ mensis Aprilis finis est embolismi. Verbi gratia, præsentis anni, qui est septimus circuli decennovenalis, finis erit embolismi in accensione lunæ Aprilis, quoniam anno præterito, id est, sexto decennovenalis ab accensione lunæ Aprilis initium sumpsit. Commemorandum quoque quod luna embolismi nullius mensis est. Porro Romani qui dispares habent menses, non uno quolibet in loco embolismis computando interponere voluerunt, sed potius ubilibet mediis anni temporibus vacuum congruumque inter Kalend. locum invenire potuissent. Primam igitur embolismorum lunam quarto Non. Decemb., tertiam pridie Non. Mart., quartam pridie Non. Decemb., quintam quarto Non. Novemb., sextam quarto Non. August., septimam tertio Non. Mart. nasci dixerunt.*

Argumentum de septem lunationibus embolismorum.

In primo igitur anno embolismi, hoc est in ogdoade tertio, sunt epactæ viginti duæ, et ideo est luna in Kalend. Septembr. et Octobr. vigesima septima, in Kalend. Novemb. et Decemb. vigesima nona. Ipsa autem luna quæ vigesima nona est in Kalend. Decemb. et exstinguitur illic, sua luna est. Illa vero luna quæ in quarto Non. Decemb. incipit, et terminatur trigesima, secundo Kalend. Januar. embolismi est; quæ autem in Kalend. Jan. est prima, luna ipsius est, quam et

lunam embolismi in primo anno embolismi, secundo Kalend. Janv. trigessimam.

De secundo anno embolismi, hoc est, in ogdoade sexto.

In secundo anno embolismi, id est, in ogdoade sexto, sunt epactæ viginti quinque, luna vero in Kalend. Septemb. trigesima, et exstinguitur illic, quia luna ipsius est. Illa autem luna quæ incipit prima in quarto Non. Septemb. et finitur trigesimo in Kalend. Octob., embolismi est; et illa quæ incipit prima in sexto Non. Octob. et in tertio Kalend. Novemb. finitur, vigesima nona luna Octob. est. In Kalend. Novemb. et Decembr. fit luna secunda, in Kalend. Jan. quarta, sicut ordo est.

De tertio anno embolismi, hoc est, in ogdoade octavo.

In tertio anno embolismi, id est, in ultimo anno ogdoadis, sunt epactæ septemdecim, luna vero in Kalend. Septemb. et Octob. vigesima secunda, in Kalend. Novemb. et Decemb. vigesima quarta, in Kalend. Januar. vigesima sexta, in Kalend. Februar. vigesima septima, in Kalend. Mart. vigesima sexta, in Kalend. April. et Maii vigesima septima, in Kalend. Junii et Julii vigesima nona, in Kalend. Augusti prima, in Kalend. Septemb. tertia. Quare facis unam ætatem lunæ in Kalend. April. et in Kalend. Maii, quia nusquam sic in calculo reperitur? Ideo quippe, quia luna quæ secundo Nonas Mart. incipit, et vigesima septima est in Kalend. April., in quarto Non. April. vigesima octava, in tertio Non. April. vigesima nona, in secundo Non. April. trigesima. embolismi est, et exstinguitur illic. Et illa quæ incipit prima in Non. April. ipsa est Paschalis, et evenit decima quarta XIV Kalend. Maii, et terminatur vigesima nona, v Non. Maii. Luna vero quæ est prima in quarto Non. Maii, et finitur trigesimo, in IV Non. Junii, luna Maii est. Luna enim quæ incipit prima, III Non. Junii, finiturque vigesimo nono in Kalend. Julii, luna Junii est. Luna namque quæ incipit sexto Non. Julii, terminaturque trigesimo, secundo Kal. Augusti, luna Julii est. Postea autem fit luna in Kalend. Augusti. prima, Septemb. tertia, sicut ordo est. Nam si non fecisses unam ætatem lunæ in Kalend. April. et in Kalend. Maii, evenisset tibi in ipso anno in termino paschali, qui est XIV Kalend. Maii, non 14, sed 15, et fuisset error in Pascha, et in ætatibus lunæ.

De quarto anno embolismi, in hendecade primo.

In primo igitur anno embolismi in hendecade, sunt epactæ viginti, et idcirco est luna in Kalend. Septemb. et Oct. vigesima quinta. In Kalend. Nov. et Decemb. decima septima. Illa autem luna quæ pridie Non. Decemb. incipit prima, et exstinguitur tertio Non. Januar. trigesima, embolismi est. Illa vero quæ tertio Non. Januar. incipit, et exstinguitur trigesima in Kalend. Febr. Januar. est. Et illa quæ

vissime XIV Calendas Maias occurrere, diem festi paschalis ad XI Calendas Aprilis, usque in VII Calendas Maias faciat inquirendum. Embolismorum autem, sicut Dionysius ait, ista ratio probatur existere, quod annorum communium videtur damna supplere, quatenus ad solare tempus lunaris exæquetur excursio. Quamvis enim solis annum cyclum per singulos menses luna circumeat, tamen ejus perfectionem duodecim suis mensibus implere non prævalet. Denique in annis communibus ad rationem solaris anni undecim dies lunæ deesse cernuntur. In embolismis vero decem et novem diebus eundem annum videtur solarem luna transcendere. Et Hebræi quidem, qui solos lunares in lege noverant, et observabant menses, juxta naturalem lunæ cursum tricenis, undetricenisque diebus communium annorum menses duodecos explicabant, et tertio vel secundo ubi decebat anno, tertium decimum in fine anni mensem triginta dierum apponebant embolismum. Porro Romani, qui dispares habent menses, non unoquolibet in loco embolismos computando interponere voluerunt, sed

potius ubilibet mediis anni temporibus vacuum congruumque inter Calendas locum invenire potuissent. Primam igitur embolismorum lunam quarto Nonas Decembris, secundam quarto Nonas Septembris, tertiam pridie Nonas Martias, quartam pridie Nonas Decembris, quintam quarto Nonas Novembris, sextam quarto Nonas Augusti, septimam tertio Nonas Martias, nasci dixerunt, solerissime quantum potuerunt curantes ut cujuscunque ætatis luna in Calendas occurrisset, ipsa ejusdem mensis luna diceretur esse putanda. Quod tamen non usquequaque valuerunt obtinere propter præfixum paschalis lunæ cursum, cujus cum extrema nonnunquam in Calendas Maias incurran^t, et secundum quoque vel etiam tertium post Calendas diem teneant, non tantum Maii mensis, sed potius Aprilis lunæ, sicut semper esse dicenda est.

CAPUT XLVI.

De ogdoade et hendecade.

Est et alia præfati circuli divisio, qua in ogdoadem et hendecadem, id est, in VIII et in XI, distinguitur

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

quarto Non. Febr. prima incipiens, finitur sexto Non. Mart. 29, Februarii est. Et si bissextus ipse fuerit anno, tunc ipsa luna Februarii trigesima computatur, sicut et in aliis bissextilibus annis. Porro luna Mart. v Non. ipsius incipit, et finitur trigesimo, in Kalend. April. Illa enim quæ quarto Non. April. incipit, et finitur vigesimo nono, in Kalend. Maii, luna April. est; quæ autem in Kalend. Maii evenit prima, ipsius luna est. Cæteræ vero ordinem suum sequuntur. Hujus igitur embolismi lunam, quam nos secundo Non. Decemb. ideo dico, ut qui unque utrumque legerit, utrumque firmum esse sciat.

De quinto anno embolismi, in hendecade sexto.

In ipso autem anno sunt epactæ viginti tres. Luna enim in Kalend. Septembr. et Octob. vigesima octava, in Kalend. Novemb. et Decemb. trigesima. Illa autem luna quæ in Kalend. Novemb. trigesimo terminatur, luna ipsius Novembr. est; et illa quæ iv Non. Novemb. incipit, et in Kalend. Decembr. trigesimo finitur, embolismi est. Quæ vero prima quarto Non. Decembr. inchoat, finiturque 29 tertio Kalend. Januar. ipsa est Decembr., in Kalend. Januar. 2, in Kalend. Februar. 3; cæteræ vero ordinem suum sequuntur.

De sexto anno embolismi, in Hendecade nono.

In ipso enim anno sunt epactæ viginti sex, nullatenus tamen lunam embolismi per ipsas epactas reperies, nisi ad epactam anni communis superioris revertaris. Nam in anno communi præterito, fuerunt epactæ quindecim. Ideo autem luna in Kalend. August. vigesimo nono, ibique terminatur, quia luna ipsius est. Illa vero quæ iv Non. August. inchoat prima, finiturque trigesimo in secundo Kalend. Septemb. embolismi est. In Kalend. igitur Septemb. et Octob. per epactas viginti sex, fit luna prima; cæteræ vero deinceps ordinem suum sequuntur.

De septimo anno embolismi, qui est ultimus cycli decennovenalis.

Sunt namque epactæ in ultimo embolismo hendecadis octodecim. In Kal. Septemb. et Octob. luna vigesima tertia, in Kal. Novemb. et Decemb. vigesima quinta, in Kal. Jan. vigesima septima, in Kal. Febr. vigesima octava, in Kal. Mart. vigesima septima, in Kal. April. vigesima octava, et in Kal. Maii trigesima, in Kal. Julii prima, in Kal. August. tertia, propter saltum, in Kal. Septemb. quarta. Ideo namque facimus unam ætatem lunæ in Kal. April.

et Maii, quia luna quæ tertio Non. Mart. incipit, et in Kal. April. est vigesima nona, in quarto Non. April. vigesima nona, in tertio Non. April. trigesima embolismi est. Illa enim luna quæ secundo Non. April. incipit, et extenditur usque in sexto Non. Maii, vigesima nona April. est; et ipsa est paschalis, et evenit decimo quarto in decimo sexto Kal. Maii. Et si ita fecisses, evenisset tibi in termino paschali luna decima quinta, et fuisset error in pascha et in ætatibus lunæ. Luna vero quæ incipit in quinto Non. Maii, et finitur trigesimo, in Kal. Junii, luna Maii est. Junii, quoque luna, quarto Non. ipsius initium sumpsit, finiturque, in Kal. Julii vigesimo nono. Quæ ergo in Kal. Julii est prima, et exstinguitur vigesimo nono, quarto Kal. August. luna Julii est. Et quamvis tertio Kal. August. trigesima terminari debuisset, unum, id est, trigesimum amittit diem, propter rationem saltus, et computatur luna August. in Kal. ipsius 3, cum hanc ratio argumenti secundam existere doceat. Quæ etiam 29 vi Kal. Septemb. finitur; et cæteræ ordinem suum sequuntur.

CAPUT XLVI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Est et alia præfati circuli divisio, qua in ogdoadem et hendecadem, id est, in octo et undecim distinguitur annos, eo quod octavo et undecimo anno luna paschalis supremas suæ nativitatis metas subeat. Supremas, id est, inferiores, id est, decimo quarto Kal. Maii. Metas, id est, finis. Subeat, intrat. Ultra illum terminum non ascendit luna paschalis, qui est octavo et undecimo anno, qui est ultimus decennovenalis cycli; ibi enim tenet ultimum terminum suæ nativitatis. In 8 enim anno in Non. April. prima luna paschalis, et decimo quarto Kal. Maias, fit decima quarta. In undecimo vero anno fit prima secundo Non. April., et decima quarta in decimo quinto die Kal. Maiarum. Octies ccc sexageni et quinque faciunt nm,ccccxx. Ogdoas solis habet dies nm,dccccx. Ogdoas autem lunæ habet dies nm,dccccxii. Hendecas solis habet dies nm,xv. Hendecas autem lunæ habet dies nm,xiv. Tolle unum saltus diem, et remanent nm,xiii. Habet enim plus hendecas solaris hendecade lunari in duobus diebus. Quos duos dies quibus abundat hendecas solaris super hendecadem lunarem, tribuit ogdoadi solari qui minor est ogdoade lunari in duobus diebus. Et sic tandem lunæ cursus et solis, ad unam concordiam veniunt in fine hendecadis. Adde embolismorum dies cxx, fiunt nm,xiv. Tolle unum saltus

annos, eo quod octavo et undecimo anno luna paschalis supremas suæ nativitatis metas subeat, et utrumque eorum ¹ solito embolismis more unus communis præcedat annus; vel certe quia antiquis visum est VIII annos solares totidem lunaribus annis dierum numero æquari, quod ab eruditioribus ævo sequente doctoribus expertum est, nisi annis XI adjectis, nequaquam fieri posse, ad indicium utriusque observationis ogdoadibus est et hendecadibus tota lunæ digesta conversio. Nam et Græci quondam, quos et antiquissimi Romanorum perhibentur imitati, cum ad lunæ cursum adhuc annos computarent, VIII annis communibus pari ratione confectis, embolismos trium mensium pariter intercalabant. Si enim octies undecim, et quartam partem, volueris supputare, XC dies, hoc est, tres menses efficiēs. Verum etiam nunc sunt qui solis octo annos totidem annis lunaribus, itemque solis XI totidem putant annis lunaribus dierum æqualitate componi. Ubi primo dicendum, quod absque ulla contradictione est: Si octoni anni utriusque sideris aliquando longitudine concordant, semper idem facere habebunt, neque ullum undenorum annorum æqualitas locum inveniet. Si autem vel semel XI anni amborum simul incipiunt, simulque terminantur, semper ipsum facturi sunt, nec erit quando octonorum concordia redire possit annorum. Deinde numerus ipse pulsandus, videndumque quia octo anni solares habent dies, exceptis bissextis, MMDCCCXX, octies enim trecenteni sexageni et quini faciunt IIMDCCCXX. At lunares anni totidem vide quot habeant dies, octies trecenteni quinquageni et quaterni faciunt MMDCCCXXXII, adde XC trium mensium embolismorum dies, fiunt MMDCCCXXII. Sed duo qui minus habentur in ogdoade solari duorum bissextorum superant adjectione supplenda. Videamus et hendecadem utriusque sideris, si forte

ibi sol bissextile quærat auxilium; utrumque enim tempus necesse est una regula complectatur. Undecies trecenteni sexageni et quini fiunt IIMXXV, Item undecies trecenteni quinquageni et quaterni fiunt MMDCCCXCHIL. Adde embolismorum mensium dies CXX, fiunt IIMXIII. Tolle unum saltus diem, remanent IIMXIII. Vide igitur si hic opus habeat hendecas solis subsidio bissextili, ut additis videlicet duobus vel tribus diebus, lunarem compensare sufficiat hendecadem. Non utique eget quadrantili juvamine ad æquiparandam lunæ hendecadem, quam duobus insuper diebus exsuperare probatur, sed suis potius superabundat diebus, quod minus est in ogdoade solis adimplet. Liquidoque patet in horum concordatione temporum nihil præjudicare bissextos, sed quotquot in circulo decennovenali incurrerint, omnes utroque sideri, juxta quod supra docuimus, æqualiter esse proficuos. Denique ut rei ipsius evisceremus interna, primo anno circuli decennovenalis nullæ sunt epactæ, quia in XI Calendas Apriles lunæ finitus est cursus. Item nono ejusdem circuli anno, id est, post dies MMDCCCXXII, nono Calendarum Aprilium die, trigesima est luna, quod etiam epactarum, quæ tunc XXVIII sunt, ordo manifeste testatur. Quid ergo opus erit ad completionem lunaris ogdoadis duos solaris cursus superadjicere dies, id est decimum et nonum Calendarum Aprilium, si hoc duo bissextiles poterant perficere dies? Non ergo duos dies qui in ogdoade solis a lunari ogdoade minus sunt, duorum intercalatione bissextorum, sed duorum magis qui in hendecade ejus a lunari plus sunt adjectione supplentur. Nec nocet quod saltum lunæ, quem quidam in ogdoadis initio ponunt, in hendecade ponendum memoravimus. Ubicunque enim interposueris, eodem proposita quæstio sine solvetur, et habet circulus decennovenalis menses solares

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, insolito.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

diem; remanent IIM,XIII. Centum viginti et unus dies crescunt in hendecade ex undecim annis diebus, et insuper unus, id est, centum viginti duo. Quia in decimo nono anno non tantum undecim ut in cæteris annis, sed duodecim dies accrescunt, propter saltum. Quod ita probari potest. Nam hendecas solis habet dies IIM,XV. Divide illos per CCCLIV, id est, per lunares annos. Undecies CCCLIV fiunt IIM,DCCCXIV. Ex his subtrahere unum, eo quod ultimus in cyclo decennovenali lunaris annus CCCLIII, constat, remanent IIM,DCCCXIII. Et adhuc restant ex hendecade solare centum viginti duo dies, e quibus quatuor embolismos, et insuper duos dies, quorum auxilio ogdoas solaris indiget suppleri. Non dubium est liquidoque patet in horum concordatione temporum nil præjudicare bissextos, sed quotquot in cyclo decennovenali incurrerint, omnes utroque sidere, juxta quod docuimus, æqualiter esse proficuos. In octo annis, id est, in ogdoade, fiunt duo bissexti; in undecim vero, id est, in hendecade, fiunt duo bissexti, et octodecim horæ de quinto, scilicet bissexti. In solari vero cyclo, id est, in viginti et octo annis, septem bissexti fiunt. Primo anno circuli decennovenalis, nullæ sunt epactæ, quia in undecimo Kal. April. lunæ finitus est cursus. Trigesima est ibi luna, et ideo finitus est cursus ejus, quia sem-

per in undecimo Kal. April. finitur cursus lunæ, si trigesima luna inveniatur ibi. Item nono ejusdem circuli anno, id est, post dies IIM,DCCCXXII, nono Kal. April. die, trigesima est luna, quod etiam epactarum quæ tunc viginti octo sunt, ordo manifeste testatur. Si æqualitas dierum solaris cursus et lunaris esset in fine ogdoadis, sicuti est in fine hendecadis, esset ibi luna trigesima in undecimo Kal. April. sicuti est in fine hendecadis. Nunc autem, quia ogdoas lunaris superat duobus diebus ogdoadem solarem, est ibi luna trigesima in nono. Kal. April. non in XI Kal. April. Et est necesse addere ogdoadem solarem decimum et nonum Kal. April. diem, qui fiunt post XI Kal. ut conveniat solaris cursus ad lunarem. Decimus et nonus Kal. April. dies adduntur ad lunas, quæ crescunt super ogdoadem solarem.

Brevis recapitulatio.

Claret enim duos dies plus habere ogdoadem lunarem quam solarem; et hendecas lunaris duobus diebus minor est hendecade solari, sicut ogdoas solaris minor est duobus diebus ogdoade lunari. Sume ergo duos dies de ogdoade lunari, suoque hendecadi tribue, et tunc invenies ogdoades et hendecades utriusque sideris per omnia æquales.

CCXXVIII, lunares CCXXXV, dies, exceptis bissextis, VIMCCCCXXXV; decies novies enim duodeni CCXXVIII; adde VII, fiunt CCXXXV. Item decies novies trecenteni sexageni et quini VIMCCCCXXXV; decies novies trecenteni quinquageni et quaterni VIMDCCXXVI; adde embolismorum VII mensium dies CCX, fiunt VIMDCCGCCXXXVI; subtrahere unum saltus lunaris diem, et uno eodemque dierum numero solis et lunæ cursum decennovenalem cyclum includere probabis. Item ogdoas solis habet menses XCVI, lunæ autem XCIX, hendecas vero solis menses habet CXXXII, lunæ autem CXXXVI. De numero dierum supra dictum est.

CAPUT XLVII.

De annis dominicæ Incarnationis.

Primo decennovenalis circuli versu temporum ordo præfigitur, quem Greci calculatores a Diocletiani

A principis annis observavere. Sed Dionysius venerabilis abbas Romanæ urbis, et utriusque linguæ Græcæ videlicet ac Latinæ non ignobili præditus scientia, paschales scribens circulos, noluit eis, sicut ipse testatur, memoriam impij et persecutoris innectere, sed magis elegit ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi annorum tempora prænotare, quatenus exordium spei nostræ notius nobis existeret, et causa reparationis humanæ, id est, passio Redemptoris nostri evidentius eluceret. Qui in primo suo circulo quingentesimum tricesimum secundum dominicæ Incarnationis annum in capite ponendo, manifeste docuit secundum sui circuli annum ipsum esse quo ejusdem sacrosanctæ Incarnationis mysterium cœpit. Quia enim lunaris circulus decennovenalis est, solaris autem XX et VIII conficitur

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XLVII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Primo decennovenalis circuli versu, temporum ordo præfigitur, quem Greci calculatores a Diocletiani principis annis observavere. Et post pauca: Quia enim lunaris circulus decennovenalis est, solaris autem viginti octo conficitur annis, multiplicatis per se invicem ambobus, summa quingentorum triginta duorum colligitur annorum. Ista enim luna, quæ in præsentî appellatione est, non erit in eadem appellatione usque ad decem et novem annos, et ideo circulus decima nona luna est; solaris autem annus viginti octo annis conficitur, quia non ante potest consummari quam bissextus cunctos septimanæ dies contingat. His igitur ita se habentibus, annum passionis dominicæ diligenter inquire. Nec ignota quærendi via est, si non computus errat alicubi. Nec ignota quærendi via est, scilicet, sed nota quærendi annos a passione Domini, si non computus errat alicubi. Errat tamen, et ideo ignota est via quærendi annos a passione Domini, quia si cœperis ab ipso anno numerare, ubi Dionysius incarnationem Domini esse putavit, non invenies per ipsum in trigésimo quarto anno, decimam quartam lunam, et nono Kalend. April. in quinta feria, et diem paschæ Dominicum, et lunam decimam septimam in sexto calend. April. Habet enim, ni fallor, Ecclesiæ fides Dominum in carne paulo plus quam triginta et tres annos usque ad suæ tempora passionis vixisse, quia videlicet triginta annorum fuerit baptizatus, sicut evangelista Lucas testatur; et III semis annos post baptismum prædicaverit, sicut non solum Evangelio suo Joannes commemorato redeuntis paschæ tempore perdocet, sed et idem in Apocalypsi sua. Daniel quoque in suis visionibus prophetice designat. Triginta annorum fuerit baptizatus, sicut evangelista Lucas testatur, scilicet capite tertio, ubi dicit: Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph. Dominus et Salvator noster Jesus Christus triginta annorum erat, quando ad Joannem baptizandus venit, tunc etenim initium evangelicæ prædicationis instituit. Refert autem eum divina Scriptura omne doctrinæ suæ tempus exegisse sub pontificibus Anna et Caïpha; quomodo scilicet Annæ pontificatus tempore incipiente, docere cœpit, ejusque ad initium Caiphæ pertenderit, in quibus spatiis nec toti quatuor concluduntur anni. Et tres semis annos post baptismum prædicaverit, sicut non solum in Evangelio suo Joannes commemorato redeuntis paschæ tempore perdocet, scilicet cap. XVIII, ubi dicit: Cohors, et tribunus, et ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum, et adduxerunt ad Annam primum; erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Sed et idem in Apocalypsi sua scilicet XII, ubi dicit: Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus MCLX. Et paulo post: Et datæ sunt mulieri duæ alæ*

aquilæ magnæ, ut volaret in desertum, ubi alitur per tempus, et tempora, et dimidium temporis, a facie serpentis. » Si hujus versiculi expositionem teaudire delectat, ad tractatum Haimonis recurre, qui inter cætera sic dicit: Nam sicut Antichristus mille CCLX diebus regnabit, ita et Christus mille CCLX diebus, id est, tribus annis et dimidio prædicavit. Ideoque totum præsens tempus possumus accipere per hunc numerum, a quo divina prædicatio cœpit, in quo et per novissimos prædicatores terminabitur. Daniel quoque in suis visionibus prophetice designat, scilicet cap. IX, ubi dicit: « Et tradentur in manus ejus usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis. » Tempus in loco hoc annum significat. Tempora juxta Hebraici sermonis proprietatem, qui et ipsi dualem habent numerum, duos annos præfigurant. Dimidium autem temporis sex menses, quibus sancti postestati Antichristi permittendi sunt, ut damnentur Judæi, qui, non credentes veritati, susceperunt mendacium; de quo tempore et Salvator in Evangelio loquitur: « Nisi abbreviati essent dies illi, nequaquam salva esset omnis caro. » Et ipsis testatur indiculis, quæ suis in cereis annuatim scribere solet, scilicet quia triginta tres anni sunt minus a passione, annuatim in vigilia paschæ. Numerum annorum, scilicet Domini, triginta semper et tribus annis minorem, scilicet a passione Domini. Septingentesimo, indictione decima quarta. In tempore Bedæ fuit hoc. In cereis, sanctæ Mariæ scriptum vidisse, et inde descripsisse referebant: A passione Domini nostri Jesu Christi, anni sunt DCLXVII. Dum in septingentesimo primo anno fuerunt ibi et viderunt annos a passione Domini DCLXVII scriptos in cereis sanctæ Mariæ, apparet quia triginta et tres anni minus sunt a passione. Triginta tres a nativitate usque ad passionem Domini. Ipse est ergo annus Dominicæ passionis et resurrectionis a mortuis, id est, 566, quia sicut quingentis triginta tribus primo, ita 566 tricesimo quarto, scilicet a nativitate Domini, quo fuit passus et resurrexit, per universos solis et lunæ concordat discursus. Sicut fuit concursus siderum in trigésimo tertio vel trigésimo quarto post revolutionem, id est, post primum circulum Dionysii finitus erit, scilicet concursus siderum; sicut DXXXIII concordat primo scilicet anno nativitatis Domini, ita quingentesimus sexagesimus sextus, scilicet annus Domini, concordat trigésimo quarto a principio Dionysii post primum circulum finitum. Et diem paschæ Dominicum sexto Kal. April. luna decima septima, scilicet ipsius diei. Ita fuerunt omnia ista ipso anno, quando passus fuit Dominus. Age Deo gratias, quia quod quærebas, sicut ipse promisit te invenire donavit. Ironice dicit hoc, dum nullo modo invenitur. Ironia est sententia per pronunciationem contrarium habens intellectum. Et ironia est species, quæ laudando aliquem deridet, ut Elias dicebat: « Clamate voce majore. Deus enim Baal, et forsitan loquitur,

annis, multiplicatis per se invicem ambobus, summa DXXX et II colligitur annorum. Qua tandem replicata, totus solaris lunarisque recursus ordo in se sua per vestigia revolvitur, eandemque decemnovalis lunarisque cycli annum, easdem epactas lunæ, solis quoque dies concurrentes, eandem quartam decimam lunam, eundem dominicæ Paschæ diem ac lunam ipsius ex ordine restituens. Quod etiam Victorius, quamvis alterius institutionis, paschalem condens, descripto tot annorum circulo, manifeste probavit. Quia ergo secundo anno circuli quem primum Dionysius scripsit, quingentesimus tricesimus tertius ab Incarnatione Domini completus est annus, ipse est nimirum juxta concursus siderum ille in quo incarnari dignatus est, quia hic secundus annus decemnovalis octavus decimus est cycli lunaris, XI habens epactas, V concurrentes septimanæ dies, lunam paschæ decimam quartam VIII Calendas Apriles; omnia tunc fuere simillima, et si esset qui tunc Pascha more nunc Ecclesiis usitato die Dominica faceret, ipsa nimirum dies, quo modo hic adnotatum est, VI Calendas Apriles veniret, ac lunam haberet decimam sextam. Denique Dionysius ipse nobis quodammodo tacite quæ dicimus in paschalibus quæ scripsit argumentis ostendit, ubi ad inveniendum quotus sit annus circuli decemnovalis, sumere annos Domini, et priusquam hōs per X et IX partiamur unum præcipit adjicere, significans illo incarnato unum circuli decemnovalis annum jam fuisse completum. Item ad sciendum quotus sit annus cycli lunaris, sumere monet annos Domini, et subtrahere semper duo, ac sic per X et IX partiri, ut, videlicet, duobus qui reliqui

A tunc erant annis sublatis, cæteros calculatos per nonam decimam partem dividens, quod reliquum foret teneret; porro ad investigandum quot sint epactæ lunares, annos Domini rite sumere, dividere, multiplicare. Item dividere, sed nullo dempto vel addito, jubet, quia nimirum secundo decemnovalis cycli anno, incipientes epactæ, ad inveniendum suum statum, addi quid vel demi de annis Domini qui secum inchoaverant, minime poscebant. Item si velimus scire adjectiones solis, id est, concurrentes septimanæ dies, sumere annos Domini jubet, et addita quarta parte, III insuper regulares semper adjicere docet, ac sic tandem per VII partiri, quia nimirum V erant concurrentes anno quo natus est Dominus, ut et computandi fixa series procurrare posset, necesse habeat B computator III quæ præcesserunt annectere. His igitur ita se habentibus, annum passionis dominicæ diligenter inquire, nec ignota quærendi via est, si non computus errat alicubi. Habet enim, ni fallor, Ecclesiæ fides, Dominum in carne paulo plus quam XXXIII annis usque ad sua tempora passionis vixisse, quia videlicet XXX annorum fuerit baptizatus, sicut evangelista Lucas testatur, et tres semis annos post baptismum prædicaverit, sicut Joannes in Evangelio suo non solum commemorato redeuntis Paschæ tempore perdocet, sed et idem in Apocalypsi sua. Daniel quoque in suis visionibus propheticæ designat. Sancta siquidem Romana et apostolica Ecclesia hanc se fidem tenere et ipsis testatur indiculis, quæ suis in cereis annuatim scribere solet, ubi tempus dominicæ passionis in memoriam populis revocans, numerum annorum triginta semper et tribus annis minorem quam C

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

et in diversorio est, aut dormit, ut excitetur. » Hanc enim nisi gravitas pronunciationis adjuverit, confiteri videbitur quod negare contendit. Nam quod Dominus decima quinta luna feria sexta crucem ascenderit, et una Sabbatorum, id est, Dominica, resurrexerit a mortuis, nulli licet dubitare catholico. Unam Sabbatorum, primam Sabbati intelligere debemus, id est, primam diem post Sabbatum, quam ob honorem et reverentiam Dominicæ resurrectionis, Dominicam nominamus. Sicut enim nos prima feria, secunda feria, tertia feria, et cæteros per ordinem dicimus, sic Judæi prima Sabbati, secunda Sabbati, tertia Sabbati, nominabant.

Quamvis Theophilus Cæsariensis, antiquus videlicet, vicinusque apostolicorum temporum doctor, in epistola synodica, etc. Synodica, scil. quam fecit in synodo adversus eos qui decima quinta luna cum Judæis pascha celebrabant. Illam igitur epistolam hic ponere nolui, quia magis irrisionem præstat insipientibus, quam ædificationem sapientibus, eo quod Dominum nostrum Jesum Christum undecimo Kal. April. fuisse passum, et octavo Kalend. eum resurrexisse pronuntiat, quod nimis absurdum est. Et impium non est, ut passio Dominica, tantum sacramenti mysterium, foras limitem excludatur? scil. multum est impium. Interrogative legendum. Theophilus dicit Dominum XI Kalend. April. fuisse passum, et octavo Kalend. resurrexisse: sed non est verum, quia non jacuit quatuor dies in sepulchro. Et miror quare aliquis tam absurdam rem ad memoriam reduxisset Beatus Augustin. in libro de sancta Trinitate IV, dicit eum octavo Kal. April. fuisse conceptum, quo et passum. Et beatus Hieronymus, in

Martyrologio testatur, dicens: Octavo Kal. April. Hierosolyma Dominus crucifixus est, et sexto Kal. April. Hierosolymæ resurrectio Domini nostri Jesu Christi celebrata est. Quomodo tres dies foras terminum excludentur? Videntur enim Theophilo excludi tres dies Dominicæ passionis ab Occidentalibus qui octavo Kal. April. die dicunt Christum fuisse passum. Si octavo Kal. April. celebraretur passio, quomodo tres dies, id est, 11, 10 et 9, foras terminum excludentur? Contra nos hoc dicit, quique Kal. April. celebramus Dominicam passionem. Constitutumque est illa synodo, ut ab undecimo Kal. April. usque in VIII Kal. Maias Pascha debeat observari, scilicet dum apud nos ab XI Kal. April. usque in VII Kal. Maii observatur.

D Nam Galli quacunque die octavo Kal. April. fuisset, quando Christi resurrectio tradebatur, Pascha semper celebrabant. Non enim ad diem Dominicum, neque ad regulam decimæ quartæ lunæ attendebant, sed in quacunque die octavo Kal. April. fuissent, pascha celebrabant. Quem ritum sancti patres in Nicæa synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem, et mensem inquirere, sed etiam et diem resurrectionis Dominicæ observare. Sin vero annum qualem quærebatur, scilicet a passione, id est, 565, in loco quem putabas inveniri non poteris, vel chronographorum, id est, temporum scriptorum, incivium, id est, negligentæ, vel tuæ potius tarditatis culpam ascribe, dicendo Dominum salvatorem vel decimo quinto, vel decimo sexto imperii Tiberii Cæsaris, vel vigesimo nono, aut trigésimo suæ ætatis anno, sacrosanctum crucis subisse mysterium. Non enim in decimo quinto anno Tiberii Cæsaris, vel trigésimo suæ ætatis anno fuit crucifixus, sed baptizatus.

ab ejus incarnatione Dionysius ponat, adnotat. Denique anno ab ejus incarnatione juxta Dionysium septingentesimo primo, indictione quarta decima, fratres nostri qui tunc fuere Romæ, hoc modo se in natali Domini in cereis sanctæ Mariæ scriptum vidisse, et inde descripsisse referebant: « A passione Domini nostri Jesu Christi anni sunt DCLXVIII. » Quoniam igitur, ut supra memoravimus, DXXXII annis circulus paschalis circumagitur, his adde XXXIII vel potius XXXIII, ut illum ipsum quo passus est Dominus attingere possis annum, fiunt DLXVI. Ipse est ergo annus dominicæ passionis et resurrectionis a mortuis. Quia sicut quingentesimus tricesimus tertius primo, ita quingentesimus sexagesimus sextus tricesimo quarto per universos solis et lunæ concordat discursus. Et ideo circulis beati Dionysii apertis, si quingentesimum sexagesimum sextum ab incarnatione Domini contingens annum, quartam decimam lunam in eo IX Calendarum Aprilium quinta feria repereris, et diem Paschæ dominicum VI Calendarum Aprilium luna decima septima, age Deo gratias, quia quod quærebas, sicuti ipse promisit, te invenire donavit. Nam quod Dominus XV luna feria sexta crucem ascenderit, et una Sabbatorum, id est, die Dominica resurrexerit a mortuis, nulli licet dubitare catholico, ne legi, quæ per agnum paschalem decima quarta die primi mensis ad vesperam immolari præcipit, pariter et Evangelio, quod Dominum, eadem vespera tentum a Judæis, et mane sexta feria crucifixum ac sepultum, prima Sabbati resurrexisse perhibet, videatur incredulus. Quod autem VIII Calendarum Aprilium crucifixus, VI Calendarum earundem die resurrexerit, multorum late Doctorum ecclesiasticorum constat sententia vulgatum. Quamvis Theophilus Cæsariensis, antiquus videlicet vicinusque apostolicorum temporum doctor, in epistola synodica quam adversus eos qui decima quarta luna cum Judæis Pascha celebrabant, una cum cæteris Palæstinæ episcopis scripsit, ita dicit: « Et impium non est ut passio dominica tanti sacramenti mysterium foras limitem excludatur. Passus namque Dominus ab XI Calendas Apriles, qua nocte a Judæis est traditus, et ab VIII Calendas Apriles resurrexit. Quomodo tres dies foras terminum excludentur? » Constitutumque est in illa synodo ut ab XI Calendas Apriles usque in VIII Calendas Maias Pascha debeat observari, ut in eodem libro superius scriptum est. Nam Galli quacunque die VIII Calendas Aprilis fuisset, quando Christi resurrectio fuisse tradebatur, pascha semper celebrabant. Sin vero annum qualem quærebas, in loco

A quem putabas invenire non poteris, vel Chronographorum incuriæ, vel tuæ potius tarditati culpam adscribe, tantum diligentissime cavens, ne Chronicorum scripta defensando intemerabile legis vel Evangelii testimonium videaris impugnare, dicendo Dominum salvatorem vel XV vel XVI imperii Tiberii Cæsaris, vel XXIX aut XXX suæ ætatis anno sacrosanctum crucis subisse mysterium, cum Evangelia manifeste significant XV anno Tiberii præcursorem Domini prædicare cœpisse, ipsumque mox inter alios baptizasse Jesum, incipientem jam fieri quasi XXX annorum.

CAPUT XLVIII.

De indictionibus.

Secundus ordo circuli decennovenalis complectitur B indictiones XV annorum circuitu in sua semper vestigia reduces, quas antiqua Romanorum industria comperimus ad cavendum errorem qui de temporibus forte ¹ oboriri poterat, institutas. Dum enim, verbi gratia, quilibet imperator medio anni tempore vita vel regno decederet, poterat evenire ut eundem annum unus historicus ejusdem regis adscriberet temporibus, eo quod ejus partem regnaret; alter vero historicus eundem successori illius potius attributum putaret, eo quod et hic partem æque ejus haberet in regno. Verum ne per hujusmodi dissonantiam error temporibus inoleceret, statuerunt indictiones, quibus uterque scriptor, imo etiam vulgus omne, temporum cursum facillime servaret, quas pro facilitate quoque calculandi XV esse voluerunt, ut planissimo numero, et ad multiplicandum promptissimo, compendiosius transacti temporis status in memoriam possit reduci. Quidam autem putant, quia ² quondam in republica post censum quinto anno peractum urbs Roma lustrabatur, ad indicium terræ lustrationis et census indictiones esse conditas. Incipiunt autem indictiones ab VIII Calendas Octobris, ibidemque terminantur

CAPUT XLIX.

Argumentum inveniendi quota sit indictio.

Hoc autem argumento quota sit anno quocunque computare volueris indictio reperies: sume annos ab Incarnatione Domini quotquot fuerint in præsentî, verbi gratia, DCCXXV; adde semper tria, quia quarta D indictione secundum Dionysium natus est Dominus, fiunt DCCXXVIII; ³ hæc partire per XV, quindecies quadragenî, sexcenti, quindecies octoni centumvies, remanent octo: octava est Indictio. Si vero nihil remanserit, decima quinta est.

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, aboriri.² Forte, quoniam.³ C, hos.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT XLVIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Secundus ordo circuli decennovenalis complectitur indictiones xv annorum circuitu, in sua semper vestigia reduces.* Id est, revertentes, quia reducuntur post quindecim annorum circuitum. *Industria*, id est, diligentia, prudentia.

Quidam autem putant, quia in re quondam publica. Res publica quasi popolica, eo quod ad omnem po-

pulum pertinet. Indicare est præcipere. Inde indicium, vel edictum, imperiale præceptum. Indicare est generale præceptum tributariorum quod generaliter omnibus per universum orbem imperabatur. Peragebatur autem indictio per quindecim annos; et primo quinquennio nummus indicebatur aureus, secundo argenteus, tertio lustro solvebatur æneus.

CAPUT L.

De epactis lunaribus.

Tertia præfati circuli linea continet epactas lunares, quæ ad cursum solis annuatim undenis diebus accrescere solent; inde epactæ Græco vocabulo, id est, adjectiones dictæ, quod per annos singulos XI dierum, ut diximus, accumulenter augmento. Vel certe quia ad inveniendas quotæ sint lunas Calendarum, IX per totum adjiciuntur annum, ut supra docuimus: epactæ jure, id est, adjectiones, vocantur, et quidem per totum anni vertentis orbem¹ suos quæquæ dies habet adjectiones lunares XI. Nam, verbî gratia, si hodie cum scribo quinta est luna, isto ipso die post annum decima sexta erit luna, post duos annos vigesima septima, post tres octava, nec eadem huc quæ nunc est priusquam XXIX annorum peracto circulo redit. Sed proprie quæ in circulo decenovenali annotatæ sunt epactæ lunam quæ sit in XI Calendas Apriles, ubi paschalis est festi princi-

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, suas.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT L.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. *Nam verbî gratia, hodie cum scribo, si quinta est luna isto, ipso die post annum decima sexta erit luna, post duos annos vigesima septima, post tres octava.* Hujus igitur versiculi glossa jam superius est scripta, cujus initium est: Si vis scire qualis luna fuerit in transacto anno in uno quodque datarum. *Hodie*, quasi hoc die. Quotidie, non cotidie, ut si quot diebus. Cras, quod est postea. Extremum est pridie, et dictum extremum ab eo, quod jam dies ipse sit a nobis extraneus, et prætereundo alienus. Pridie autem, quasi priori die. Perendie, id est, per ante diem, vel in antecessum, id est, prius. *Hanc præfixam sui cursus regulam semper observantes, ut quoties minorem decimum quintum numerum habent, paschalem lunam præferant.* Si enim majorem numerum habuerint epactæ xv, in xi Kal. April., non ostendunt illæ epactæ lunam paschalem. Per epactas igitur in hoc loco ætatem lunæ intellige. Talis est ratio: si decima quinta fuerit luna in xi Kal. April. decima quarta luna paschalis non debet præire æquinoctium, sed sequi, aut aliquando in ipso æquinoctio decima quarta fieri. Unde multum errare constat eos qui lunæ paschalis initium a tertio Nonarum Martiarum die quærendum definiunt, quia videlicet ibi nata luna ante tempus æquinoctii plenilunium ostendit. Prima igitur ætas lunæ, quæ fuit in initio mundi, sic fuit, decimo quarto vèro Kalend. April. quasi octavo Idus Martii fuisset nata; propterea errant, qui lunæ paschalis initium a tertio Nonarum Martiarum die requirunt.

Quia sicut luna et stellæ non a seipsis ut perhibent, sed a sole habent ut luceant, sic et Ecclesia sanctique omnes non suæ merito virtutis, sed gratia largitoris habent bonum quo vivunt. Stellæ lumen a sole mutuantes cum mundo verti, ut puta uno loco fixæ, et non stante, mundo vagæ ferri dicuntur, exceptis his quæ planetæ, id est, errantes vocantur, easque diei adventu celari, nec unquam cælo decidere, fulgor plenilunii et solis probat deliquium, quamvis videamus igniculos ex æthere lapsos portari ventis, vagique lumen sideris imitari trucibus orientibus ventis. Sidera autem alia sunt in liquorem soluti humoris fecunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in nives, aut glaciati in grandines; alia flatus teporis, alia vaporis, alia roris, alia frigoris. Nec solum errantia, ut Saturnus, cujus transitus imbriferi fiunt, sed et quædam fixa polo cum errantium fuerint accessu, vel radiis impulsa, ut succulæ in fronte Tauri, quas ob id

A pium, signant, hanc præfixam sui cursus regulam semper observantes, ut quoties minorem XV numerum habent, paschalem lunam præferant; quoties autem majorem, in sequentem lunam pascha quærendum præmonstrent. Quia nimirum lunæ paschalis plenitudo non æquinoctium præire, sed, sicut in principio creaturarum ordinatum est, sequi potius debet, quando primum ortus est sol inchoatione diei vernalis tenens æquinoctium, deinde orta est luna in inchoatione noctis autumnalis æquinoctii tenens ipsa particulam. Unde multum errare constat eos qui lunæ paschalis initium a tertio Nonarum Martiarum die quærendum definiunt, quia videlicet ibi nata luna ante tempus æquinoctii plenilunium ostendit. Ideoque solennitati paschali inhabilis est, in qua, sicut diximus, primum solem primitivæ creationis statum, ac deinde lunam necesse est conscendere, ut et hic per æquinoctii transgressum longitudinem noctis superet, et illa per plenilunium totam ejus quantula-

Græci pluvio nomine Hyadas appellant. Quin et sua sponte quædam statutisque temporibus, ut Hædorum exortus, et arcturi, qui per Idus Septemb. cum procellosa grandine surgit; et nimbosus Orion, et Canicula, quæ nimium fervens xv. Kalend. August. emergit.

Stellæ lumen a sole, scilicet sicut sancti a Christo mutuantes, id est, accipientes. Stellæ omnes et luna, a sole lumen accipiunt. Licet enim sint igneæ naturæ, et licet ex eadem luce sint factæ qua et sol, tamen non tantæ virtutis sunt, ut possint per se lucere sine sole. Illuminantur enim cuncta radiis solis, quod exhibetur nobis in figura Christi sanctorumque illius, qui quod virtutis habent ab ipso accipiunt.

Stellæ non habere proprium lumen, sed sole illuminari dicuntur; nec eas unquam de cælo abscedere, sed veniente sole celari. Omnia enim sidera obscurantur sole oriente, et non cadunt. Nam dum sol ortus sui signa præmiserit, omnis stellarum ignis sub ejus luminis fulgore evanescit, ita ut præter solis ignem nullius sideris splendor videatur. Hinc etiam et sol appellatur, eo quod solus appareat obscuratis cunctis sideribus. Nec mirum hoc de sole, cum etiam plena luna et tota nocte fulgente, pleraque astra non luceant. Esse autem per diem stellas in cælo, probat solis deliquium, quod quando sol objecto orbe lunæ fuerit obscuratus, clariora in cælo astra videntur. Stellæ dictæ a *stando*, quia fixæ stant semper in cælo. Stellæ immobiles sunt et cum cælo perpetuo motu feruntur. Feruntur quæ cælo fixæ sunt, et cum cælo volvuntur; moventur vero quædam, sicut planetæ, id est, erraticæ, quæ cursus suos vagos certa definitione conficiunt. Stellæ, et sidera et astra inter se differunt. Nam stella est quælibet singularis; sidera vero sunt stellis plurimis facta, ut Hyades, Pleiades. Astra autem stellæ grandes, ut Orion, Bootes. Sed hæc nomina scriptores confundunt, dum et astra pro stellis, et stellas pro sideribus ponunt. Stellæ autem secundum mysticum intellectum sancti viri intelliguntur, de quibus dictum est: Qui numerant multitudinem stellarum. Sicut enim omnes stellæ a sole illuminantur, ita sancti a Christo gloria cælestis regni clarificantur. Et sicut præ fulgore solis et vi maxima luminis ejus sidera obtunduntur, ita et omnis splendor sanctorum in comparatione gloriæ Christi quodam modo obscuratur. Et quemadmodum stellæ sibi differunt claritate, ita justorum diversitas meritorum discretionem.

cunq̄ue est longitudinem illustret. Quod ad Christi et Ecclesiæ sacramentum respicere nemo est fere qui ambigat, de quo et in primordiis hujusce opusculi aliqua perstrinximus, et nunc paucis replicemus. Quia sicut luna et stellæ non a seipsis, ut perhibent, sed a sole habent ut luceant, sic et Ecclesia, sanctique omnes non suæ merito virtutis, sed gratia largitoris habent bonum quo vivunt. Et sicut non nostri vigore arbitrii fortitudinẽ nostram, sed illo nos suscipiente, illius misericordia præveniente custodimus, nec sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, ita etiam in tempore quo nostræ redemptionis insignia celebramus, solaris perfectio splendoris quæ illuminat lunareia quæ illuminatur antecedere debet.

CAPUT LI.

Quomodo errent quidam in primi mensis initio.

Sed error eorum qui aliter sapiunt, vide an ipsi saltem qui hujusmodi condunt leges iniquas, et scribentes injustitiam scribunt, ratus ac veritate videatur esse suffultus. Victorius qui illorum circulos scripsit, dicit in prologo ejusdem operis inter alia sic : « Latini namque a ¹ III Nonarum Martiarum usque ad III

¹ C, IV.

VARIANTES LECTIONES.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT LI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. *Quam Dominicam passionem, id est, sextam feriam ante lunam decimam quartam. Quam Dominicam, scilicet diem; ante lunam decimam quartam, id est, in lunam decimam quartam.*

Initium videlicet primi mensis ab octavo iduum Martiarum, usque in Nonarum Aprilium diem; quartas decimas vero lunas Paschæ a XII Kal. April. usque in XIV Kal. Maii. Constat igitur quod primo anno decemnovenalis cycli, quando nulla epacta in capite ponitur, in Kal. Mart. luna nona, et in octavo Idus Martii decima sexta occurrit. Hanc deduc trigesimam, et incipe primam, et Non. April. occurrit decima quarta, qui est terminus decemnovenalis. Iterum eisdem XVI quos anno priori in octavo Idus Mart. habuisti adde XI, occurrit eodem die vigesima septima. Hanc cum trigesimam deduxeris, occurrit sequens decima quarta luna octavo Kalendas Aprilis, qui est terminus secundus. Sicque lunationibus singulis usque decimum nonum annum, eodem die octavo Idus scilicet Martii addendo semper XI ad præcedentem ejusdem diei lunæ ætatem, anni præcedentis quotilibet intra trigesimam fuerit, deduc eam trigesimam, et deduc sequentem usque decimam quartam, et ubicunque decima quarta fuerit, ibi sine ulla ambiguitate terminus paschalis erit. Porro si eodem die trigesima inciderit, quod tamen non nisi semel per decem et novem annos fit, deduc more solito sequentem, et ubi decima quarta occurrerit, ibi et terminus erit. Prima vero cum octavo Idus occurrerit, eadem procul dubie paschalis erit. Et hoc certissime cave, ne prius natam lunam quam octavo Idus Mart. deutes paschalem, sed quotacunque eodem die occurrerit, aut trigesimam eodem die teneas, aut triginta deducas, et sequentem quolibet loco decima quarta occurrerit, paschalem esse non dubites. Iste ordo et hæc ratio nunquam ex eodem die quo statuta fuit, turbari ab ullo potuit, aut poterit; sed potius ille concussus erit, qui eam concutere visus fuerit. Expleto igitur anno decimo nono, statutoque ejusdem anni termino novissimo, si iterum probare volueris quod hæc ratio ratione constet, et hæc au-

A Nonas Aprilis, diebus scilicet XXIX, observandum maxime censuerunt, ut quocunque eorum die luna fuerit nata efficiat primi mensis initium, cujus luna decima quarta si feria sexta provenerit, subsequens Dominicus, id est, luna decima sexta festivitati paschali sine ambiguo deputetur. Sin autem die Sabbati plenilunium esse contigerit, et consequenti Dominico luna decima quinta reperire, eadem hebdomada transmissa, in alterum diem Dominicum, id est, lunam vigesimam secundam transferri debere Pascha dixerunt, ne minus ejusdem dominici peragendo mysterio destinarent quam sextam decimam, nec amplius quam vigesimam secundam lunam aliquando recipe- rent, eligentes potius in lunam vigesimam secundam diem festi paschalis extendi, quam dominicam pas- sionem ante lunam quartam decimam ullatenus inchoari. Quartas decimas porro lunas mensis ejusdem a XV Calendarum Aprilium usque in XVI Calendas Maias asserunt esse servandas. » Item in fine ejusdem prologi : « Cum vero contigerit, inquit, lunam vice- simam septimanam Sabbato, vel maxime die Calendarum Januariarum, provenire absque bissexto, noverit sanctitas vestra quod Pascha XIII Calendas Apriles secundum Latinos haud unquam celebrandum, etiamsi

ctoritas digna auctoritate subsistat, adde de eodem sæpe dicto die octavo Idus Mart. præcedentis lunæ ætati non undecim ut prius, sed propter saltum lunæ duodecim, et iterum occurrerit tibi luna, sicut in principio eodem die decima sexta, atque ita sequentia eodem quo prius ordine cuncta proveniant. Verum ne nos amatores Victorii temere illum aggressos lacerent, legant librum doctissimi et sanctissimi viri Victoris, videlicet Capuani episcopi de Pascha, quod XV Kalend. Maii putabatur celebrari debere, indictione decima tertio novies post consulatum Basilii. Gregorius. Fertur apud veteres mos fuisse, ut quisquis consul existeret, juxta ordinem temporum honoris sui locum teneret, ut si quis posterius ad consulatum veniens, consul non semel, sed bis fortasse aut tertio fieret, etiam illos laude et honore transcenderet qui non plus quam semel consules exstitissent. Consules appellati a *consulendo*, sicut reges a *regendo*, et sicut leges a *legendo*, eo quod consulerent, hoc est, providerent reipublicæ. Nam cum Romani regum superbam dominationem non ferrent, imperia annua, binosque consules sibi fecerunt. Nam factum regium non benevolentia consulentis, sed superbia dominantis erat. Hinc igitur consules appellati, vel a *consulendo* civibus, vel a *regendo* cuncta consilio, quos tamen ideo mutandos per annos singulos elegerunt, ut ne insolens diu maneret, et moderatior cito succurreret. Inde enim duo pares, quorum unus rem civilem, alter rem militarem ministrabant. Regnaverunt enim annis quadringentis sexaginta septem. Proconsules subjecti erant consulibus, et dicti proconsules, eo quod vice consulis fungerentur; sicut procurator curatoris, id est, actoris. Exconsules autem dicti, qui jam a consulatu exierunt sive discesserunt, peracto vicis suæ anno. Si ergo aliquis ex consulibus suo tempore bene rempublicam administraret, licet deponeretur de ipso consulatu, ad ejusdem tamen dignitatis officium administrandum decreto senatus reducebatur. Unde supra lectum est novies post consulatum Basilii.

luna conveniat, penitus invenitur. Aut VIII Calendas Maias secundum Ægyptios, quod aliquoties observandum est, reperiri non posse. Videamus ergo Latinos suos quomodo commendet Victorius. Dicit eos maxime censuisse a III Nonas Martias natam lunam efficere primi mensis initium, et decima sexta luna die Dominico Pascha celebrandum. Et iterum dicit, nunquam XIII Calendas Apriles, etiamsi luna conveniat, Pascha celebrandum secundum Latinos, sed magis secundum Ægyptios VIII Calendas Maias. Constat autem lunam III Nonas Martias natam, XIII Calendas Apriles esse sextam decimam. Obsecro te, sancte frater Victori, si III Nonas Martias nata luna facit primi mensis initium, quid rationis est, ut non in eo Pascha celebremus, sed potius alium differamus in mensem, cum lex toties imperet ut omnes qui possint in primo mense Pascha faciant, soli autem qui in via fuerint et immundi secundo hoc mense celebrent? Quid est, rogo, quod addis, absque bissexto? An forte quia quando Calendæ Januariæ Sabbato sunt, tertia decima Calendarum Aprilium dies in Dominicum occurrit, si bissextilis annus non est; si autem bissextus intercesserit, eadem dies secunda feria provenit, docere vis cum secunda feria fuerit XIII Calendas Aprilis in luna decima sexta, sequenti dominica VII Calendas Aprilis luna vigesima secunda Pascha rite celebrari; cum vero eadem dies XIII Calendas Aprilis lunam decimam sextam Dominica die habuerit, non posse in ea Pascha celebrari, quia necdum æquinoctium transierit; sed nec in sequenti dominica, quia luna superadulta, hoc est, vigesima tertia illam incidat in diem, atque hac cogente necessitate in secundi tempora mensis Paschæ differenda solennia? Mirus calculandi præceptor, qui principaliter doceas lunam III Nonas Martias natam efficere primi mensis initium, et rursus ratione ipsa superatus compelleris fateri, nisi interveniente bissexto, nullatenus lunam hac die natam, sed potius eam quæ post XXIX dies fuerit accensa, paschalibus festis congruam. Si vero adfuerit bissextus, tunc effici lunam sequentis anni primam, quæ absque illo fieri poterat extrema transacti. Et quid est quod ais: etiamsi luna conveniat, XIII Calendas Aprilis nunquam Pascha celebrandum penitus inveniri? Quomodo enim potest luna convenire paschalibus solenniis, ubi nunquam paschalia sunt celebranda solennia? Et si nunquam XIII Calendarum Aprilium Pascha celebrandum, etiamsi sexta decima provenerit, errant profecto Latini qui lunam paschalem a III Nonas Martias inchoare decernunt, in qua decimo sexto et decimo septimo eo quod æquinoctium non transierit, non licet Pascha fieri. Et merito illorum contempta observatione, cum Ægyptiis potius eo anno in octavo Calendas Maii Pascha differendum suades. Si autem magis observan-

A dum quod Ægyptii docent autumas, quare non illorum per omnia scientiam sectaris? Verum quia hoc facere non vis, sed inter utrosque medius incedens, magis Latinorum quos vituperas, quam Ægyptiorum quos præfers, calculum tuis legendum sequendumque contradis, nos Ægyptiam calculandi disciplinam, quæ et tuo iudicio, et universalis Ecclesiæ consensu verior apparet, omnibus sequendam novimus, initium videlicet primi mensis ab octavo Iduum Martiarum usque in Nonarum Aprilium diem; quartas decimas vero lunas Paschæ, a duodecimo Calendarum Aprilium usque in decimum quartum Calendas Maias; porro diem Paschæ dominicum ab undecimo Calendarum Aprilium usque in septimum Calendarum Maiarum, et hoc in luna decima quinta usque ad vigesimam primam esse quærendum. Verum ne nos amatores Victorii temere illum aggressos esse lacerent, legant librum doctissimi et sanctissimi viri, Victoris videlicet Capuani episcopi, de Pascha, quod quindecimo Calendas Maias putabatur celebrari debere, indictione autem decima tertia, novies proconsule Basilio, et quanti a prudentibus et catholicis Ecclesiæ doctoribus æstimatus sit suus magister invenient, cujus principium libri est: « Cum paschalis veneranda solennitas quam die potissimum proveniret per anni præsentis indictionem tertiam decimam a nobis sollicite quæreretur, et juxta Patrum venerabilium constituta octavo Calendarum Maiarum diceremus resurrectionem Domini procul dubio celebrandam, aliquibus minime rationalis visa est nostra responsio, eo quod Victorius quidam in circulo paschali quem edidit aliter diem dominicæ resurrectionis adfixerit, licet et hunc designaverit quem nos celebrandum pariter profiteamur. » Et in processu operis: « Sed nunc, inquam, ordo expetit, ut cyclorum quos Victorius edidit patefaciam evidenter errores, dum nescit legitimum diem definire paschalem, ut cum in præteritis ostensus hoc modo fuerit deliquisse, in præsentibus ac futuris et auctoritate careat, et occasionem pravæ persuasionis amittat. »

CAPUT LII.

Argumentum quot sint epactæ lunares.

Si autem vis cognoscere per annos singulos quot sint epactæ, sume annos Domini quot fuerint, utputa in præsentis octava indictione DCCXXV, hos partire per XIX: decies novies triceni DLXX, decies novies octoni cenquinquais dipondius, remanent III; hos item multiplica per XI, fiunt XXXIII; tolle XXX, remanent III. Tres sunt epactæ, id est, adjectiones lunares.

CAPUT LIII.

De epactis solis.

Quarto decennovenalis circuli tramite designantur epactæ solis, id est, concurrentes septimanæ dies unius semper ternos per annos, duorum autem per

VARIANTES LECTIONES.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT LIII.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.— Quarto decennovenalis circuli tramite, designantur epactæ solis, id est, concu-

rentes septimanæ dies. Concurrentes, hoc est, novus dies Kal. April. Quoniam si dividas annum in septem, remanet unus dies, qui turbat, ut non semper in

¹ C, inquit.

annum bissextilem usque ad septimum numerum adjectione crescentes, quarum circulus habet annos quater septenos, id est, XXVIII, quia nimirum non ante potest consummari quam bissextus, qui quarto redire solet anno, cunctos septimanæ dies contingat, dominicam videlicet, sextam feriam, quartam feriam, secundam feriam, Sabbatum, quintam feriam, tertiam feriam, hoc etenim illos ordine percurrit. Cumque suas quæque anni dies habeat concurrentes, hæ quæ in circulo adfixæ concurrentes sunt, specialiter quæ sit nono Calendarum Aprilium feria designant, videlicet ut propius festivitatis paschalis exordio positæ, facillime diem epactarum, vel decimæ quartæ lunæ quota sit feria pandant, ac per hoc ad paschalis inventionem diei dominici planum faciant iter. Contingit autem eadem concurrentium annua dies, quod calculatorem meminisse juvat, etiam II Calendas Aprilis, VII Idus Aprilis, XVIII Calendarum Maiarum, et XI Calendarum earundem. Cujus circuli talis est cursus, ut quæcumque bissextili anno sunt concurrentes, ipsæ et ante quinquennium fuerint, et post annos VI futuræ sint. Quæ primo post bissextum anno sunt, eadem et ante annos XI transierint, et post VI redeant. Quæ secundo post bissextum, eadem et ante annos VI transierint, et post XI remeant. Quæ tertio post bissextum, ipsæ et ante VI annos præterierint, et post V revertantur. Et hujus ordo discretionis cunctos annorum vertentium complectitur dies. Notandum sane quod hujus gyri solaris, qui XXVIII annis peragitur, causa facit decennovenales circulos XXVIII debere compleri, priusquam idem per omnia paschalis observantiæ cursus in seipsum redeat, ut omnis nimirum hujus circuli annus caput circuli decennovenalis instituat. Itemque annus quisque circuli decennovenalis hujus caput adsequatur, ac per hoc tota paschalis observantiæ series non minus quingentis triginta duobus annis explicetur.

CAPUT LIV.

Argumentum quot sint epactæ solis, et quando bissexti annus.

Quoniam vero communis atque indiscretus epacta-

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

hisdem diebus fiant Kalendæ, et alii dies, quia, verbi gratia, si prima feria fuerint Kalend. Januarii, sequenti anno non in prima, sed in secunda erunt; tertio autem anno in tertia feria erunt. Quarto igitur anno non in quarta, sed in quinta, propter bissextum. Circulus solaris ideo usque ad XXVIII annos extenditur, ut singulis feriis bissextus proveniat.

CAPUT LV.

BRID. RAMES. GLOSSÆ.—*Verbi gratia, trecenti decies habent XXX. Et propterea eadem concurrentes trecentesimo anno, quæ vigesimo sunt futuræ.* Verbi gratia, decem trigesima pars est trecentorum annorum; gemina decem, sunt viginti. Et ideo concurrentes quæ erunt vigesimo anno futuro, fuerunt in trecentesimo anno retro. Si quid residuum fuerit, scilicet post tricenas partes, id est, post xxx. Talis est sensus: si remanserit aliquid ultra triginta. Exempli causa, divide centum per triginta, remanent decem. Gemina tres, quare? quia ter triginta habuisti, sunt sex; hos junge ad residuum numerum, qui post tricenariam divisionem remansit, id est, ad decem,

rum, id est, adjectionum solis, cum bissexto cursus est, amborum pariter qui sit status argumento condisce. Si ergo vis scire quando bissextus dies sit, sume annos Domini DCCXXV, partire hos per IV, et si nil remanserit bissextus est; si vero unum, aut duo, vel tria remanent, primus, aut secundus, aut tertius est annus a bissexto, utputa quater centeni CCC, quater octogeni CCCXX, quater asse quarta, remanet unum, quia primus est annus a bissexto. Si vis nosse adjectiones solis, id est, concurrentes septimanæ dies, sume annos ab incarnatione Domini quot fuerint, utputa DCCXXV per indictionem octavam, et annorum qui fuerint quartam partem semper adice, id est, nunc CLXXXI, qui fiunt simul DCCCCVI; his adde IV, fiunt DCCCCX. Hos partire per VII, septies centeni DCC, septies triceni CCX, et non remanet aliquid, quia VII sunt epactæ solis, id est, concurrentes septimanæ dies.

CAPUT LV.

De reditu et computu articulari utrarumque epactarum.

Verum quia facillime diem Paschæ, vel cæteros temporum recursus, comprehendit qui solis et lunæ circulum memoriter tenet, excepto eo quod eosdem circulos per decem et novem et per viginti octo multiplicandos partiendosque novit, omnis calculator meminisse debet easdem concurrentes solis tricesimo abhinc anno quas et proximo secuturas, easdem sexagesimo quas et quarto, easdem nonagesimo quas et sexto, easdem centesimo vigesimo quas et octavo, easdem centesimo quinquagesimo quas et decimo, et cæteras in hunc modum esse redituras. Quocumque enim numero annorum transacto concurrentes scire desideras, eundem numerum vide quoties habeat XXX, et tricesima parte geminata, concordiam vertentium cognosces annorum. Verbi gratia, trecenti decies habent XXX, et propterea eadem concurrentes CCC anno quæ XX sunt futuræ, si quid residui fuerit, et hoc adjicies. Eodem modo etiam in præterita tempora concurrentium ordo respicit. Item quia circulus lunaris decennovenalis est, præsentis anni epactæ vicesimo anno redeunt, sequentis abhinc quadragesimo, tertii sexagesimo, quarti octua-

fiunt sexdecim. In hoc apparet quod illæ concurrentes quæ erunt in decimo sexto anno, similiter fuerunt in centesimo retro. Quod et de luna decima quarta paschæ, cæterisque quæ decennovenali circulo includuntur, æque sentiendum est. Quod si a præsentis aliquot annos, verbi gratia, post centum pascha scire velis, epactas tantum et concurrentes solis dies invenire sufficit. Partire autem centum per decem et novem, et remanent quinque. Illas ergo epactas scito centesimo, quas quinto anno futuras. Eodem modo centum per viginti octo dividens, eas centesimo, quæ sunt decimo sexto anno, concurrentes solis invenies.

Hæc sive hoc sive alio quisque calculator sibi ordinare voluerit modo. Si enim id ipsum alio modo vis agere, pone in prima feria primum concurrentem cum bissexto; in secunda secundum, in tertia tertium, in quarta quartum, in sexta sextum cum bissexto, et sic deinceps usque in finem. Hoc tantum cave, ut in quarto semper loco unum intermittas, quatenus bissextus cunctos septimanæ dies contingat.

gesimo, quinti centesimo, sexti centesimo vigesimo, septimi centesimo quadragesimo, octavi centesimo sexagesimo, noni centesimo octuagesimo, decimi ducentesimo, et cæteræ similiter. Quod et de luna decima quarta Paschæ, cæterisque quæ decennovenali circulo includuntur æque sentiendum est. Poterit diligens calculator hoc modo etiam prolixiores sibi temporum sequentium annotare recursus, quibus semper meminerit etiam præteriti ævi congruere statum. Memoratu autem dignum videtur quia quidam ob compendium calculandi utriusque ordinem circuli, et solaris videlicet et lunaris, transferunt in articulos; nam quia manus humana articulos habet, adjunctis unguibus, X et IX, singulis his singulos aptantes annos, lunarem cursum in læva manu intrinsecus a radice pollicis incipiunt, et in ungue minimi digiti intrinsecus eundem consummant. Item quia manus binæ articulos, exceptis unguibus, habent XXVIII, iis singulos annos singulis aptant, inchoantes a minimo lævæ digito, et in dexteræ pollice complentes, non ut in lunari cyclo singulos ex ordine digitos expedientes ad numerum, sed ob rationem quadrantis per quaternos transversim digitos quadriennium omne signantes, ita ut minimorum bis terni articuli digitorum totidem bissextiles contineant annos; item proximorum a minimis bis terni articuli digitorum proximos a bis ternis bissextis annos totidem explicent, secundi similiter secundos, et tertii

A digiti tertios totidem annos æqua ratione complentur; porro septimus bissextilis cum tribus sequentibus annis bis binos sibi pollicum vindicet articulos. ¹ Hoc sive alio quisque sibi calculator ordinare voluerit modo, nihilominus circulum utriusque sideris libenter capient manus. Sed innumera hujusce disciplinæ, sicut et cæterarum artium, melius vivæ vocis alloquio quam stili signantis traduntur officio.

CAPUT LVI.

De cyclo lunari.

Quinta circuli decennovenalis regione lunaris cyclus includitur, a quarto ² eas incipiens, et tertio completur in anno, qui proprie Romanorum est, et ad mensem Januarii pertinens; nam sicut annus quisque decennovenali circuli propter legalem Hebræorum observationem a paschali mense inchoat, ibidemque finitur, ita et hic Romanorum institutione a luna Januarii mensis inchoat, atque ibi desinit, sicut ille, sic et iste, primum et secundum communes annos, tertium habet embolismum, quartum et quintum communes, sextum embolismum, septimum communem, octavum embolismum. Hendecas quoque cycli lunaris instar decennovenalis circuli VII annos communes, et IV habet embolismos. Et habent communes anni menses lunares XII, id est, dies trecentos quinquaginta tres. Embolismi autem menses tredecim, dies videlicet trecentos octuaginta quatuor, præ-

VARIANTES LECTIONES.

¹ *Hæc sive hoc sive alio.*

² *C, ejus.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT LVI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Quinta circuli decennovenalis regione lunaris cyclus includitur, a quarto ejus incipiens, et tertio completur in anno. Qui tertius est secundum solem, quartus autem secundum lunam. Nam primus annus secundum solem secundus est secundum lunam; restant tamen duo menses adhuc de anno lunari. Primus annus est cycli lunaris, prima luna in Kalend. Januarii, tertius annus est decennovenalis usque ad decimam quartam lunam paschæ, et incipit quartus decennovenalis a decima quinta luna paschæ, manente eodem primo anno lunari, usque ad Kalend. Januar.*

Et quod Dionysius in mense Paschali, nos in Januarii facere curemus. Hunc igitur ordinem Dionysius ita prosequitur.

Anno decennovenali 1, lunari 17, a 15 Kalendas Maii usque Nonas Aprilis, quia communis annus est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 2, lunari 18, a viii Idus April. usque in octavo Kalendas April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 3, lunari 19, a vii Kalendas April. usque in Idus April., quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decennovenali 4, lunari 1, a xviii Kalendas Maii usque in quartum Non. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 5, lunari 2, a iii Nonas April. usque in undecimum Kalendas Aprilis, quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 6, lunari 3, a x Kalend. April. usque in iv Idus April., quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decennovenali 7, lunari 4, a iii Idus April. usque in iii Kalend. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

C Anno decennovenali 8, lunari 5, a ii Kalend. April. usque in xiv Kalend. Maii, quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decennovenali 9, lunari 6, a xiii Kalend. Maii usque in vii Idus Aprilis, quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 10, lunari 7, a vii Idus April. usque in vi Kalend. April., quia communis est, fiunt dies embolismus dies cccliv.

Anno decennovenali 11, lunari 8, a v Kalend. April. usque in vii [Fors] xvii Kalend. Maii, quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decennovenali 12, lunari 9, a vi Kalend. Maii usque in ii Non. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 13, lunari 10, a Non. April. usque in ix Kalend. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

D Anno decennovenali 14, lunari 11, a viii Kalend. April. usque in ii Idus April., quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decennovenali 15, lunari 12, ab Idus April. usque in Kalend. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 16, lunari 13, a iv Non. April. usque in xii Kalend. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 17, lunari 14, ab xi Kalend. April. usque in v Idus April. quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

Anno decennovenali 18, lunari 15, a iv Idus April. usque in iv Kalend. April., quia communis est, fiunt dies cccliv.

Anno decennovenali 19, lunari 16, a iii Kalend. April. usque in xv Kalend. Maii, quia embolismus est, fiunt dies ccclxxxiv.

ter unum duntaxat septimum decimum cycli hujus annum, qui est decennovenalis primus, in quo unus dies ratione saltus lunaris intercipitur. Quod ut manifestius fiat, singulorum ex ordine cursum videamus annorum, et quod Dionysius in mense paschali, nos in Januario, facere curemus.

Anno lunari primō, decennovenali quarto, a Calendis Januariis, usque in XIII Calendas Januarias, quia communis est, fiunt dies CCCLIII.

Anno lunari II, decennovenali V, a XII Calendas Januarias usque V Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari III, decennovenali VI, a IV Idus Decembris, usque in V Calendas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CLXXXIV.

Anno lunari IV, decennovenali VII, a IV Calendas Januarias, usque in XVI Calendas Januarias, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari V, decennovenali VIII, a XV Calendas Januarias, usque in VIII Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari VI, decennovenali IX, a VII Idus Decembris, usque in VIII Calendas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CCCLXXXIV.

Anno lunari VII, decennovenali X, a VII Calendas Januarias, usque in XIX Calendas Januarias, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari VIII, decennovenali XI, a XVIII Calendas Januarias, usque in IV Nonas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CCCLXXXIV.

Anno lunari IX, decennovenali XII, a III Nonas Januarias, usque in XI Calendas Januarias, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari X, decennovenali XIII, a X Calendas Januarias, usque in III Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari XI, decennovenali XIV, a II Idus Decembris, usque in III Calendas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CCCLXXXIV.

Anno lunari XII, decennovenali XV, a II Calendas Januarias, usque in XIV Calendas Januarias, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari XIII, decennovenali XVI, a XIII Calendas Januarias, usque in VI Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari XIV, decennovenali XVII, a V Idus Decembris, usque in VI Calendas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CCCLXXXIV.

Anno lunari XV, decennovenali XVIII, a V Calendas Januarias, usque in XVII Calendas Januarias, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari XVI, decennovenali XIX, a XVI Calendas Januarias, usque in Nonas Decembris, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari XVII, decennovenali I, a Nonis Decembris usque in X Calendas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CCCLXXXIV.

Anno lunari XVIII, decennovenali II, a IX Calendas Januarias, usque in II Idus Decembris, quia communis est, fiunt dies CCCLIV.

Anno lunari XIX, decennovenali III, ab Idibus Decembris, usque in II Calendas Januarias, quia embolismus est, fiunt dies CCCLXXXIV.

Idcirco autem septimi decimi lunaris anni computus ab ipso quo prior explicitus est annus die incipit, et non a sequente ut cæterorum, ne propter saltum lunæ, quem dicunt, unus eidem anno dies deesse videatur. Quod ipsum Dionysius decennovenalem cyclum hujusmodi ordine percurrens edocuit, ab eodem die quo ultimi conclusit anni metas primi inchoando principium.

CAPUT LVII.

Argumentum de eo: quota sit luna in colendis Januariis.

Potest qui vult a cyclo lunari facere argumentum, ad inveniendum quota sit luna Calendarum Januaria- rum. Sume enim cyclum lunæ quemlibet, ut puta quintum, multiplica per XI, fiunt LV; adde unum semper regularem, fiunt LVI; partire per XXX, remanent XXVI: vigesima sexta est luna in Cal. Jan., anno quinto cycli lunaris. Item sume octo, multiplica per XI; fiunt LXXXVIII, adde unum regularem, et partire per XXX, remanent XXIX: vicesima nona est luna in Calendas suprascriptas anno cycli lunaris octavo. Tantum memor esto, septimo decimo, octavo decimo, et nono decimo cycli memorati anno non unum, ut reliquis, sed duos adjicere regulares, et lunam Cal. Jan. sine errore reperies.

CAPUT LVIII.

Argumentum quotus sit annus cycli lunaris, vel decennovenalis.

Ipsa autem cyclus lunæ si vis nosse quotum agat annum, sume annos Domini, ut puta DCCXXV, et subtrahere semper duo, remanet DCCXXIII; hos partire per X et LX, remanet unum, primus annus est cycli lunaris. Quoties autem nihil remanet; nonus decimus est. Et quia decennovenalis circulus communem cum lunari viam quamvis ocyor currit, si vis scire et ejus quotus sit annus, sume annos Domini, ut puta DCCXXV, et unum semper adjice, fiunt DCCXXVI; hos partire per X et IX, remanent IV, quartus est annus cycli decennovenalis. Quod si nihil remanserit, ultimus est.

CAPUT LIX.

De quarta decima Luna paschæ.

Sextus sæpe dicti circuli locus amplectitur lunas XIII primi mensis, quæ paschalis dominicæ diem singulis annis absque omni ambiguitate demonstrent; nam quæ post XIII lunam Dominica dies occurrit, ipsa est paschalis dominicæ resurrectionis dies. Quæ quidem decima quarta luna primum in æquinoctio, id est, duodecimo Calendarum Aprilium, ultimum vicesimo nono abhinc die, id est XIII Cal. Maiarum suum vespere processum terris ostendit, quibus terminis per annos denos et novenos legali tempore paschalis observantiæ discursus constat esse comprehensos; et si fieri posset ut eadem omnibus anni Sabbati die luna decima quarta contigisset, nil nostræ paschalis observantiæ tempus a legali discre-

paret. Nam et ipsi, juxta legis edicta, semper decima quarta luna primi mensis ad vesperam immolantes, et comedentes agni immaculati carnem, sanguinemque illius ad repellendum exterminatorem nostris postibus aspergentes, id est, ¹ aquam baptismi, et paschaliū celebrantes solennia missarum, spirituales superemus Ægyptum, atque ilucescente mane in luna decima quinta ejusdem mensis primum azymorum diem intraremus, septemque dies ejusdem ² celebritatis legitimos a mane quinti decimi diei usque in vesperum vicesimi primi mensis; ipsius, id est, a Dominico Paschæ usque in Dominicum octavarum Paschæ debita cum veneratione completemus. Sed quomodo lunæ dies eadem diversas septimanæ devolvitur inferias; inde fit ut qui propter resurrectionem nostri Redemptoris in Dominicum diem Paschæ initium reservare docemur, aliquoties nostra festività septimo post legalium azymorum exordium die sumat ingressum, non tamen unquam contingat ut non nostra solennitas paschalis aliquem legalium paschæ dierum, sæpe autem omnes intra se complectatur. At contra hi qui Dominicum Paschæ diem a decima sexta luna usque ad vigesimam secundam celebrandum æstimant, duplici miseria laborant, quia et legitimum paschæ principium nunquam habent, et crebro evenit ut nullum dierum qui in lege præscripti sunt, in sua paschali observatione consequantur, dum et vesperam quanti decimi diei, quo Pascha initiari statutum est, et mane quinti decimi, quo septima Azymorum dierum solennitas inchoari præcepta, a sua prorsus festività repudiant. Atque insuper in hujus ³ poenam peccati vicesimum secundum diem, qui in tota paschali institutione per Moysen nec semel appellatus invenitur, frequenter in sui paschæ principium sanciri præcipiunt. Sunt qui in alteram partem a via veritatis, sed non minore labantur errore, cum Scriptura præcipiat via regia gradiendum, et neque ad dexteram neque ad sinistram ab ea divertendum. Qui, a ⁴ tertia decima luna usque ad vigesimam Dominicum Paschæ observandum decernendo, præoccupant sæpius initium paschæ legalis, dum quod ipsa in decima quarta luna fieri statuit, illi in decimam tertiam convertunt; et quod de vigesima statuit, sanctam eam et celeberrimam consecrans, quasi hæc ad pascha minimè pertineat, funditus contem-

A fensores etiam beatus Theophilus, Alexandrinæ antistes Ecclesiæ, manifesta ratione devincit, scribens imperatori Theodosio majori: « Sed quia accidere, inquit, interdum solet ut occasione decimæ quartæ lunæ mensis primi nonnulli in errorem cadant, si decima quarta ipsa luna in Dominicum diem veniat, quo facto, necesse est jam jejunium solvi Sabbati die, quando ^b decima tertia luna venire monstratur, et incipimus legi contraria facere. Convenit itaque diligenter advertere ut quoties decima quarta luna in Dominicum ^c incurrit diem, in sequentem septimanam paschalem diem potius differamus, duplici hoc modo: primum quidem, ne decimam tertia luna inventa in Sabbati die solvamus jejunium, quod consequens non est, quod nec ipsa lex præcipit, maxime cum et lumen ipsius lunæ imperfectum adhuc in proprio globo esse videatur; deinde, ne Dominica die luna decima quarta constituta jejunare cogamur, indecentem rem illicitamque facientes, hoc enim Manichæorum sectæ consuetudo possedit. » Quoniam igitur nec decima quarta luna veniente in Dominicum diem jejunare debemus, neque consequens est, ut si in Sabbati die decima tertia eveniat solvamus jejunium, necessario asserimus hoc in septimanam sequentem deberi differri, sicuti paulo superius comprehendendi, non tamen ex hac dilatione prævaricatione aliqua circa paschalem calculum perpetrata; quemadmodum enim decimus numerus complectitur nonum, sic et quoties decima quarta luna in Dominicum incurrerit diem, eo quod in eo jejunare non liceat, in proximam septimanam differri necesse est diem Paschæ; nulla enim ex hoc imminutio fieri paschæ videtur, quia ipsi sequentes dies complectuntur et reliquos.

CAPUT LX.

Argumentum inveniendi eam.

Oportet autem calculatorem quemque peritum decimas quartas lunas primi mensis, sicut et epactas lunæ annuas retinere memoriter. Sed ^d et si quis has quoque argumento invenire desiderat, videat quot sint epactæ lunares anni cujuscunque computare voluerit, et si quidem XIII aut XV sunt ^e, XI Calendarum Aprilium vel XII Calendarum earundem die decimam quartam lunam venire cognoscat, quia nimis ^drum XI Calendarum suprascriptarum, sicut sæpe dictum est, proprius est omnium locus epactarum.

VARIANTES LECTIONES.

¹ Om. aquam G.
² C, celebrabilis.

³ Om. poenam C.
⁴ B, C, quarta decima.

⁵ C, quarta decima.
⁶ C, incurrerit.

⁷ Om. et C.
⁸ Add. in C.

GLOSSÆ ET SCHOLIA

CAPUT LX.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — Oportet autem calculatorem quemque peritum decimas quartas lunas primi mensis, sicut et epactas lunæ annuas retinere memoriter. Sed et si quis hos quoque argumento invenire desiderat, videat quot epactæ lunares anni cujuscunque computare voluerit. Si vis invenire terminum paschalem, vide epactam ad ipsum terminum paschæ respicientem: quam si minorem quam quindecim inveneris, perfice ei eundem numerum xv, computando ab xi Kalend. April. et in quo Kalendario idem

numerus completus fuerit, procul dubio ibi terminus erit. Quando autem xv inveneris epactam xii Kalend. April. habebis terminum paschalem; si vero epacta major fuerit quam xv, perfice eundem numerum quadragesimum quartum, computando similiter ab undecimo Kalend. April. et in quo Kalendario ipse numerus fuerit perfectus, ibi erit terminus. Quando autem nulla fuerit epacta, ab undecimo Kalend. April. semper computandum est, donec decimus quintus numerus expleatur, videlicet usque ad Non. April.

Sin autem pauciores sunt epactæ, dimittat eas crescere per dies usque dum quartum decimum impleant numerum, et ibi se lunam paschæ decimam quartam habere non dubitet. Porro plures quindenario numero si habuerit epactas, et has usque ad tricesimum numerum, id est, ipsius terminum mensis per dies crescere sinat, et sic a nova luna inchoans, atque usque ad decimam quartam ex ordine percurrens, diem votis paschalibus aptum rite reperiet. Sed et hoc notandum, quia decima quarta luna si communis est, annus XI diebus prius; si vero embolismus, XIX¹ tardius quam præcedente anno transierat semper redire consuevit, excepto uno duntaxat primo circuli decennovenalis anno, in quo propter rationem saltus lunaris XII diebus annotinum cursum præcurrere solet.

CAPUT LXI.

De die dominico Paschæ.

Septimo decennovenalis circuli titulo dies Paschæ Dominicus comprehenditur, qui de dominica nostri Salvatoris resurrectione a mortuis exordium cœpit; nam cum in Veteri Testamento tribus argumentorum iudiciis paschale tempus sit² observari præceptum, videlicet ut post æquinoctium, ut mense primo, ut tertia ejus septimana, id est³, a vespera decimæ quartæ lunæ, quod est initium decimæ quintæ, usque in⁴ vesperum, id est, terminum vigesimæ primæ celebretur, quarta in ejusdem observatione regula est nobis a tempore dominicæ resurrectionis imposita, ut cum æquinoctio transenso lunam primi mensis decimam quartam vespere ortum facere viderimus, non statim ad faciendum Pascha prosiliamus, sed Dominicum diem⁵ quo ipse Pascha, id est, trans-

itum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pœna ad gloriam, resurgendo facere dignatus est, expectantes, in ipso tandem congrua Paschæ solennia celebremus. Quod si quis objecerit, non æquinoctii memoriam, sed tantum primi mensis et tertiæ in eo septimanæ posuisse legiferum, sciat quia etsi æquinoctium nominatim non exprimit⁶, hoc tamen ipso quod a plenilunio primi mensis Pascha faciendum præcipit, æquinoctii transcensum plenaria ratione depromit, quoniam absque ulla dubietate constat eam quæ prima transit æquinoctio plenum suum globum ostenderit, primi mensis existere lunam. Quoties ergo diem Dominicum mox adventante decima quinta luna habemus, nil nostrum tempus paschale a legali dissonat, quamvis aliis sacramentorum generibus ejusdem paschæ solennia colimus. Quoties vero secundo, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel septimo ab hinc die idem Dominicus occurrerit, ne sic quidem legem aut prophetas solvimus, sed evangelicæ potius gratiæ sacramentis adimplemus; quia enim et Salvator noster, sicut Theophilus, cujus supra memini, venerabilis Alexandriae episcopus scribit, decima quarta quidem est traditus luna, hoc est, quinta post Sabbatum, decima quinta autem crucifixus, die tertia resurrexit, hoc est, decima septima luna, quæ tunc in Dominica die videtur inventa, sicuti et ex Evangeliorum observatione comperimus. Habemus ergo solatium quo recte facere Pascha possimus, etiam si dilatio fuerit consecuta propter incurrentem necessitatem, ut si decima quarta primi mensis in Sabbato evenerit luna, aut si in aliis ante Sabbatum diebus septimanæ sequentis acciderit⁷, sine dubitatione Pascha celebremus. Si vero in Dominicum inciderit,

VARIANTES LECTIONES.

¹ Add. *diebus C.*² B, C, *observare.*³ C, *ad vesperam.*⁴ C, *vesperam.*⁵ C, *quod.*⁶ Add. *in B, C.*⁷ C omittit a verbo *sine* usque ad *inciderit.*

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT LXI.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Septimo decennovenalis circuli titulo dies Paschæ Dominicus comprehenditur, qui de Dominica nostri Salvatoris resurrectione a mortuis exordium cœpit.* Quia enim Salvator noster, sicut Theophilus, cujus supra memini, venerabilis Alexandriae episcopus, scribit, decima quarta quidem est traditus luna, hoc est, quinta post Sabbatum, decima quinta autem crucifixus, die tertia resurrexit, hoc est decima septima luna, quæ tunc in Dominica die videtur inventa, sicuti et Evangeliorum observatione comperimus. Matthæus ita dicit: Prima autem azymorum, accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quemdam, etc. Marcus dicit: Et prima die azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus et paremus tibi ut manduces Pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, etc. Hieronymus: Prima azymorum decima quarta die mensis primi est, quando agnus immolatur, et luna plenissima est, et fermentum abjicitur. Beda primum diem azymorum 14 diem primi mensis appellat, quando fermento abjecto immolare, id est, agnum occidere, solebant ad vesperam. Quod exponens Apostolus ait: « Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. » Qui licet die sequenti, hoc est decima quinta luna sit crucifixus, hæc tamen nocte, qua agnus immolabatur et carnis

sanguinisque suis discipulis tradidit mysteria celebranda, et a Judæis tentus et ligatus, ipsius immolationis, hoc est, passionis suæ sacravit exordium. Item Marcus dicit: « Et cum jam sero esset factum (quia erat Parasceve quod est ante Sabbatum), venit Joseph ab Arimathia, nobilis decurio, qui et ipse erat exspectans regnum Dei, et audacter introiit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu. » Et Lucas dicit: « Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus et justus. Hic non consenserat consilio et actibus eorum, ab Arimathia civitate Judææ, qui exspectabat et ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu, et depositum involvit sindone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceve, et Sabbatum illucescebat. » His igitur dictis apparet quia Dominus noster Jesus Christus decima quarta luna fuit traditus, decima quinta crucifixus, decima sexta jacuit in sepulcro, et decima septima resurrexit a mortuis. Quidquid adhuc de præsentis capitulo ad exponendum restat, scilicet de æquinoctio, et de mense primo, nec non et tertia septimana decimæ quartæ lunæ, in ante sufficienter invenies.

Primo mense decima quarta die mensis comedetis azyma. Fermentum Græco vocabulo dicitur *zyma*; inde Latine vocatur *azymus panis*, sine *zyma*, id est, sine fermento: *a sine; zyma, fermentum.*

omni modo in septimanam sequentem, ut sæpius dictum est, differamus, propter eas quas præfati sumus causas. His ergo demonstratis atque patefactis, hoc etiam considerandum est, quod et lex frequenter causa necessitatis eos qui ¹ constrictione temporis quadam non potuerunt in primo mense Pascha celebrare, secundo idem facere præcipit; melius enim est in necessitate ² positos superiora quam inferiora sectari, quoniam inferiora a superioribus continentur, superiora autem ab inferiori numero non includuntur, illud iterum quod jam posuimus declarantes, quod decimus numerus nonum intra se contineat, nonus autem decimum continere non possit. Quod si lex ad secundum mensem transire nos præcipit, si non possimus sanctum Pascha primo mense celebrare propter quasdam necessitates, non intelligo cur non si ³ decima quarta in Dominicum diem incurrerit luna, in septimanam sequentem rationabiliter dilationem Paschæ facere debeamus, manente et primo mense et decima quinta luna in qua Salvator crucifixus est, manente etiam et septima decima quando post triduum resurrexit. Ubi autem primum Dominicus resurrectionis Christi dies fuerit, varie refertur, et quidem, ut supra memoravimus, quidam VIII Calendarum Aprilium, sed alii VI, nonnulli V Calendarum earundem die, fuisse asseverant. Ubi notandum quia si octava Calendarum memoratarum, ut antiquiores scripsere, resurrectio Domini facta est, quintus profecto circuli decennovalis tunc agebatur annus, habens concurrentes VII et lunam decimam quartam, sicut semper XI Calendarum Aprilium. Si autem VI Calendarum Aprilium Dominus resurrexit, tertius decimus circuli præfati annus extitit, V habens concurrentes, et lunam decimam quartam, ut semper nono Calendarum Aprilium. Porro si quinto Calendarum suprascriptarum resurrectio celebrata est Christi ⁴, secundus circuli decennovalis existens annus concurrentes habebat quartam et lunam decimam quartam, sicut semper octavo Calendarum Aprilium, quæ ⁵ cunctæ decimæ septimæ lunæ, in qua die Dominicæ prima sacrosanctæ resurrectionis sunt acta mysteria, cursu panduntur indubio: tantum diligentissime cavendum, ne hanc decima sexta luna, ut quidam, patratam confirmando, non solum inevitabile nostræ calculationis dispendium, sed et gravissimum catholice fidei incurramus periculum.

CAPUT LXII.

De luna ipsius diei.

Ultima sæpe memorati circuli meta panduntur lunæ Domini paschæ propter variantem ejusdem Domini ⁶ occursum septem dierum ambitu inclusæ, id est, a decimo quinto usque ad vigesimum primum: qui pro certo dies creberrima legis sunt adnotatione præfixi, dicente Domino: *Primo mense decima quarta die mensis comedetis azyma, usque ad diem vigesimum*

A primum ejusdem mensis ad vesperam; septem diebus fermentatum non inveniatur in domibus vestris. Cujus primi mensis septemque ejus dierum azymorum nunc regula talis est, ut quæ post æquinoctium decima quinta luna occurrerit, primi mensis intelligatur, et hæc quemcunque septem dierum usque ad vigesimum primum Dominicum acceperit, paschalis festi gaudiis aptum porrigat. Quod ideo toties repeto, quia fuere quidam qui Dominicum Paschæ diem, verbi gratia, septimo Calendarum Aprilium die, luna vigesima notantes, dicerent: Et quid peccare nos ostenditis in constituendo tempore Paschæ, cum nullus unquam calculator vetuerit septimo Calendarum Aprilis Pascha celebrari? omnibus æque confitentibus tunc æquinoctium esse transcensum, nullus negaverit lunam vigesimam Dominico paschali aptam? Quibus respondendum quia et septimo Calendarum Aprilis, ubi luna congruerit, et luna vigesima, ubi dies opportunus arriserit, dominicum Pascha rite actitabitur. Sed quia luna, quæ septimo Calendarum Aprilis die XX est, plenilunium ante æquinoctium habuit, non licet luna existente vigesima septima Calendarum Aprilis Dominicum Paschæ diem celebrari. Quæ vero in æquinoctio, vel post æquinoctium plena est, mox ubi Dominicus aderit dies, pascha legitimum dabit. Idem error, eadem est responsio, cum memorati calculatores undecimo Calendarum Aprilis, luna decima sexta, decimo Calendarum Aprilis, luna decima septima ⁷ nono Calendarum Aprilis, luna decima octava, octavo Calendarum Aprilis, luna decima nona, septimo Calendarum Aprilis, luna vigesima, sexto Calendarum Aprilis, luna vigesima prima, quinto Calendarum Aprilis, luna vigesima secunda, pascha faciendum decernunt. Quod eo sæpius anno faciunt, cum in Calendarum Januariis vigesimam quintam habuerint lunam. Cum vero hanc ibi vigesimam septimam habuerint, tunc longius a veritate deviant, quia nimirum primo mensis deputant lunam quæ, tertio Nonas Martias nata, triduo fere ante æquinoctium plena existere monstratur. Et quia luna decima quinta, decima sexta, et decima septima diem paschæ Dominicum facere non valet, eo quod has ætates decimo quarto, decimo tertio, et duodecimo Calendarum Aprilis die tenuerit, profecto nec reliquas suas ætates quamvis æquinoctium sequentes, ejusdem Dominicæ resurrectionis convenientes, potest habere ⁸ solenniis.

CAPUT LXIII.

Quid inter pascha et azyma distet.

Et quoniam de paschæ observatione aliquanta perstrinximus, etiam hoc intimare placuit, quod juxta legis scripturam alia paschæ, alia solennitas est azymorum. Una quippe dies paschæ, id est, transitus est, quarta decima videlicet primi mensis, in qua vesperascente agnus immolari jussus est; et mox sequenti nocte transivit Dominus Ægyptiorum pri-

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, constructione.² Add. in C.³ C, cuncta.⁴ C omittit a verbo nono ad decima octavo.⁵ C, positus.⁶ C, secundum.⁷ C, cursum.⁸ C, solennes.

mogenita percutiens, et signatas agni sanguine domus filiorum Israel liberans; sequentes vero dies septem, id est, a decimo quinto usque ad vigesimum primum mensis ejusdem, azymorum proprie vocantur; scriptum namque est in Exodo, ubi agnus immolari decimo quarto die primi mensis ad vesperam mandatur: *Et comedetis festinantes, est enim pascha, id est, transitus Domini. Et: Transibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Ægypti. Et paulo post: Et cum dixerint vobis filii vestri: Quæ est ista religio? dicetis: Victimam transitus Domini est, quando transivit super domos filiorum Israel in Ægypto, percutiens Ægyptios, et domus nostras liberans.* Item in Levitico: *Mense primo, inquit, decimo quarto die mensis ad vesperam, phase Domini est, et decimo quinto die mensis hujus solennitas est azymorum Domini; septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque. Omne opus servile non facietis in eo, sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus.* Et ne nos quispiam verba legis aliter quam veritas habet intellexisse autumet, videat doctissimus legalium literarum, et sacerdos, quid de iis sentiat Josephus. Scribit in libro Antiquitatum in hunc modum: « Decima quarta luna primi mensis agnus immolatur, decima quinta autem succedit festivitas azymorum, quæ septem diebus celebratur. Secunda vero azymorum die, quæ est sexta decima, frugum primitias quas metunt offerunt. Quem legalium morem sacrorum etiam nunc Ecclesiæ consuetudo non ignobiliter imitatur, unam videlicet noctem transitus dominici, id est, resurrectionis ejus a mortuis, quam pios triumphando fideles salvare dignatus est, principaliter observans in cujus exortum sanguis, ipsius videlicet agni immaculati, populum ejus fonte regenerationis ablutum mundat ab omni peccato, ac deinde alios septem dies in memo-

riam ejusdem dominicæ resurrectionis congrua festivitate subjungens. Verum quia ipsa quoque dies paschæ a fermento castigari præcipitur, hanc Evangelii Scriptura aliquando primam azymorum cognominat. *Et primo, inquit, die azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus et paremus tibi ut manduces Pascha?* Item die XV mensis primi, a qua VII dies azymorum inchoant, propter viciniam paschæ nomine vocat illius, eum dicit: *Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha;* non quia legi contraria est evangelica Scriptura, sed quia sacramentum quod² decebat hæc nobis societate vocabulorum vivacius inculcare curavit. Salva enim subtiliore discussione, possumus intelligere quod mystica paschæ solennia singuli nostrum in die baptismatis egerint, spiritualement videlicet exterminatorem signo preciosi sanguinis evadendo, spirituales transiendo tenebras, toto autem vitæ³ proficientes tempore, quod deinceps in hac peregrinatione gerimus, septem dies azymorum celebremus, quibus, sicut Apostolus edocet, non in fermento malitiæ et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis epulari debemus. Et quia nos in baptismo, ut de potestate Satanæ in partem sortis sanctorum transire queamus, sinceritatem ac veritatem necesse est tenere, itemque toto nostræ peregrinationis tempore, quod septenario dierum numero volvitur, quotidiano profectu ad meliora transire præcipimur, quasi et in paschæ azymis vesci, et in diebus azymorum pascha spiritualiter agere cognoscimur.»

CAPUT LXIV.

Typica paschæ interpretatio.

Nam sicut tota paschalium observantia ceremoniarum, ita etiam tempus quo agi præcepta est to-

VARIANTES LECTIONES.

¹ C omittit quæ est sextodecima.² B, C, dicebat.³ B, C, proficientis.

GLOSSÆ ET SCHOLIÆ.

CAPUT LXIV.

BRID. RAMES. GLOSSÆ. — *Nam sicut tota Paschalium observantia caeremoniarum, ita etiam tempus quo agi præcepta est totum, mysteria sacra redolet. Et post pauca: Deinde mensem primum anni, qui et novorum vocatur, in quo Pascha celebremus, attendimus, etc.* In libro Deuteronomii, cap. XVI, sic dicit beatus Moyses ad populum Israeliticum: « Observa mensem novarum frugum, et verni primum temporis, ut facias phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte, immolabisque phase Domino Deo tuo, de ovibus et bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi. » Mensem novarum frugum, appellat primum mensem Hebræorum, qui apud eos appellatur Nisan, apud Græcos vero Ζωτιῶδες, et apud Latinos Aprilis. Ideo autem mensis novarum frugum dicitur, quia in eo manipuli spicarum, hoc est primitia messis a messore per sacerdotem Domino offerebantur, sicut in Levitico legitur, Dominum præcepisse filijs Israel: *Cum ingressi, inquit, fueritis terram quam ego dabo vobis, et messueritis segetem, feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad sacerdotem; qui elevabit fasciculum coram Do-*

mino, ut acceptabile sit pro vobis. Ideo quoque facere phase, hoc est Pascha, a Domino jubentur; ut redemptionem eorum de Ægypto festivitate congrua celebrent. Sic et nos per hoc exemplum instruimur, ut qui per gratiam Dei de spirituali Ægypto liberati sumus, novum hominem induti, deinceps in novitate vitæ ambulemus, consecrantes Deo primitias bonorum operum, ac religiosæ vitæ gratum munus illi semper exhibentes; simusque semper memores, unde et appellata sit ipsa solennitas Paschæ, quod nos transitum possumus vocare, scilicet ut de peioribus ad meliora pergentes, tenebrosam Ægyptum derelinquamus, et ad terram promissionis feliciter pervenire contendamus.

Ideo autem Pascha non ad eundem redit anni diem, sicut tempus Dominicæ nativitatis, quod ibi nativitatis ipsius memoria tantum solennis habeatur, hic vero vitæ venturæ, et mysteria celebrentur, et munera capiantur. Unde et nomen ipsum Paschæ, transitum de morte ad vitam significans, congruum quoque mysteriis tempus inquit. Primo, ut æqui noctio transendo, tenebræ mortis a vera luce vincantur; deinde ut primo mense anni, qui dicitur mensis novarum, vitæ novæ gaudia celebrentur,

tum mysterio sacro redolet. In primis namque æquinoctium transgredi in dominicæ paschæ celebratione juxta legis decreta curamus, ut videlicet solennitas in qua mediator Dei et hominum, destructa potestate tenebrarum, mundo lucis iter aperuit, etiam temporis ordine foris quid intus habeat ostendat. Et quæ nobis æternæ beatitudinis lumen promittit, tunc maxime celebretur, cum solis lumen annuo proficiens incremento, primam sumit de noctis umbra victoriam. Deinde mensem primum anni qui et Novorum vocatur, in quo pascha celebremus attendimus. Ipse autem est mensis in quo mundus iste formatus, et homo est primus in paradisi sede locatus. Quia per hujus mysteria solennitatis primam nos stolam recepturos, primum supernæ beatitudinis regnum, a quo in longinquam regionem discessimus nos repetituros esse speramus. De cujus gloria regni beatus apostolus Petrus: *Cælos autem novos, inquit, et terram novam, et promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat.* Sed et Johannes in Apocalypsi sua: *Et dixit qui sedebat in throno: Ecce nova facio omnia.* Deinde etiam tertiam mensis ejusdem septimanam in pascha observamus, quod resurrectionis dominicæ gaudiis aptissime congruit. Quia et eadem sacrosancta ejus resurrectio tertia die facta est, et tertio tempore sæculi, id est, cum gratiæ cœlestis adventu tota ejus in carne dispensatio, quæ per resurrectionis consummata est gloriam, mundo apparuit. Prima sæculi namque tempora lege naturali per patres, media lege litterali per prophetas, extrema charismate spirituali per seipsum veniens illustrare dignatus est. Sed et ipsa tunc lunæ conversio pulcherrimum nobis sacramenti cœlestis spectaculum præbet; namque luna, quæ rotundi facta schematis, a sole lumen, ut supra diximus, accipit, ideoque semper ex dimidio orbe, quem ad solem habet, lucida est, ex altero autem dimidio semper obscura, a prima usque ad XV lucis clementum ad terras, defectum vero habet ad cælos. A XV autem usque ad novissimam clementum ejusdem stæ lucis a terrenis aversum, paulatim ad cœlestia revertitur. Quia nimirum ejus conversio recte paschalis gaudii mysteria signat, quibus omnem mentis nostræ gloriam a visibilibus avertere deliciis, caducisque favoribus, atque ad solam cœlestis gratiæ lucem suspendere contemplando docemur. Vel si utramque ejus conversionem in bonum delectat interpretari, possumus intelligere, quod crescens ad oculos humanos lumen lunæ virtutum gratiam, quibus apparens in carne Dominus mundo illuxit, insinuet, de quibus dicitur: *Et Jesus proficiebat sapientia et ætate, et gratia apud Deum et homines.* Recrescens vero ad

A cælos, resurrectionis ascensionisque illius gloriam designet, quæ in se quidem ipsa mox perfecta provenit, sed in animo fidelium quibusdam lucis suæ profectibus usque ad finem sæculi crescere non desinit. Resurgens enim Dominus a mortuis primo singulis ac binis, ac deinde pluribus, modo septem, modo undecim, modo duodecim, modo plus quam quingentis fratribus simul, ad ultimum discipulis omnibus apparuit; quibus videntibus ascensurus in cœlum, præcepit eos suæ dispensationis esse testes in Hierusalem, et in omni Judæa, et Samaria, et usque ad ultimum terræ. Et bene luna cum nostros crescit ad oculos, paulatim a sole recedit; cum vero ad cælos, paribus ad eum spaciis redit. Hoc enim est quod ipse dixit: *Exivi a Patre, et veni in mundum; iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.* Et quod de ipso psalmus: *A summo cælo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus.* Quia ergo luna eo suæ lucis incremento, quod exiens a sole ad nostros revolvit obtatur, Domini salvatoris in carne, usque ad tempora passionis doctrinam virtutesque significat, eo autem quod ad solem rediens paulatim ad invisibilem nobis cœli faciem recolligit, resurrectionis illius ac posterioris gloriæ miracula demonstrat, merito a decima quinta paschalis voti gaudiis apta prædicatur. His quidem paschalis temporis a legis observatione sumptis indiciis, hæredes Novi Testamenti etiam diem Dominicam, quam Scriptura unam sive primam Sabbati cognominat, adnectimus; nec immerito, quæ et conditione primitivæ lucis excellens, et triumpho dominicæ resurrectionis insignis, et nostra quoque nobis resurrectione manet semper exoptabilis. Septem quoque dies lunæ, id est, a XV usque ad XXI per quos eadem Dominica naturali ordine discurrit, universitatem Ecclesiæ, quæ per totum mundum paschalibus est redempta mysteriis, aperte denuntiant. Nam et septenario sæpe numero universitatem designare Scriptura consuevit. Unde quod ait Propheta: *Septies in die laudem dixi tibi,* nil melius intelligitur quam quod alibi ait: *Semper laus ejus in ore meo.* Et specialiter totam catholicæ Ecclesiæ perfectionem eo figurari Johannes testatur, qui ad septem Asiæ scribens ecclesias, universalis per orbem Ecclesiæ mysteria patefecit. Unde et per omnia quæ singulis septem scribit hortamenta, hunc versiculum intexere curavit: *Qui habet aures audiat quid spiritus dicat Ecclesiis,* quod unicuique dixerat, hoc omnibus se dixisse palam probans Ecclesiis. Nec minus etiam moralem nobis commendat paschalia tempora sensum. In nomine quidem paschæ, ut de vitiis ad virtutes transitum quotidie faciamus spirituales. In mense autem Novorum, in quo adulti fructus ad-

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, conversationem.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

tertio, ut resurrectio die tertio facta, et tertio tempore sæculi, id est, sub gratia manifestata, cum jam ante legem et sub lege in prophetico lateret ænigmate, in tertia lunæ septimana veneretur; cum et ipsa tunc lunæ conversio mentis gloriam de terrenis

ad cœlestem doceat nutari contuitum, atque ad ultimum, ut dies Dominica conditione lucis insignis, et triumpho Christi veneranda, nostra quoque resurrectione nobis exoptabilis in memoriam revocetur.

ventu suo pronunciant veterum cessationem, ut A exuentes veterem hominem cum actibus ejus, renovemur spiritu mentis nostræ, et induamus novum hominem qui, et cæterâ. Et ut vegetati diversarum varietate virtutum, earumque foliis veluti amœnæ arboris adumbratione velati, tanquam lætæ atque fructiferæ segetes pullulemus in plenilunio, ut perfectum splendorem fidei et sensus gerentes, a peccati tenebris segregemur. In reversa eadem luce lunari ad cœlos, quod a quinta decima luna fieri incipit, ut quanto magni sumus humiliemur in omnibus, dicentes cum Apostolo singuli : *Gratia autem Dei sum id quod sum.* Quæ profecto gratia muneris superni, quia tertio tempore seculi manifestius effusa est, pulcherrima figurarum consequentia tertia lunæ hebdomade, lumen ipsius quod eatenus ad terras creverat, ad B cœlestia jam crescere inchoat, pulchre hanc in pascha observare præcipimur, ut gratiæ quam accipimus nunquam obliti, per singulos gradus spiritualis transitus largitori illius obediendo vicem rependere meminerimus; vel certe, increscente ad homines luna, vitæ nobis activæ, in reversa vero ad cœlos speculativæ typus ostenditur. Vel in hac nobis conversione dilectio proximi, in illa nostri signatur auctoris. Aut huc conversus lucis ejus profectus, ut bona foris operemur admonet, porro illuc, ut eadem bona opera solo supernæ mercedis intuitu geramus. Huc, ut luceat lux nostra coram hominibus, et videant bona nostra opera, illuc, ut glorificent Patrem nostrum qui in cœlis est. In una Sabbati, quæ C Novi Testamenti propria solennitas est, instruimur, ut spe futuræ nostræ in Christo resurrectionis patienter in præsentem omnia adversa pro Christo, et ipsam mortis toleremus injuriam, audientes ab Apostolo : *Quia si spiritus ejus qui suscitavit Jesum a mortuis habitat in nobis, qui suscitavit Jesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora nostra, per inhabitantem Spiritum ejus in nobis.* Cujus spiritus quia septiformis est gratia, potest eadem VII dierum lunarium numero, quo præfata una Sabbati, id est, dies Dominica circumfertur intimata, non inconvenienter intelligi. Verum de mysterio temporis paschæ si quis plenius scire vult, legat beati Aurelii Augustini ad Januarium epistolam de ratione paschali.

CAPUT LXV.

De circulo magno paschæ.

Circulus paschæ magnus est, qui, multiplicato

A per invicem solari ac lunari cyclo, DXXXII conficitur annis. Sive enim decies novies viceni et octoni, seu vicies et octies deni ac noveni multiplicentur, DXXXII numerum complent. Unde fit ut idem circulus magnus decennovenalis, lunæ circulos XXVIII, solis autem, qui vicenis octonisque consummarî solent annis, X et IX habeat circulos, bissextos decies novies septenos, id est, CXXXIII, embolismos CXCIV menses solares, vicies octies CCXXVIII, id est, VIM, CCCLXXXIII, menses autem lunares, vicies octies CCXXXV, id est, VIM, DLXXX dies, exceptis bissextis, vicies octies VIM, DCCCCXXXV, id est, CXCIIM, CLXXX, appositis autem bissextis CXCIIM, CCCXIII. Qui ubi memoratam ex ordine mensium dierumque summam compleverit, mox in seipsum revolutus, cuncta quæ ad solis vel lunæ cursum pertinent, eodem quo præterierant semper tenore restaurat : tantum anni dominicæ Incarnationis suo certo tramite proficiunt in majus, et indicationes, quoquo ferantur in ordine, nil siderum cursum, atque ideo nihil paschalis calculi ordinem movent. Quod ut apertius clarescat, placuit eundem plenario ordine circulum præsentem opusculo præponere, sumpto exordio a quingentesimo tricesimo secundo dominicæ Incarnationis anno, ubi primum Dionysius circulum cœpit, et perducto opere usque ad millesimum sexagesimum¹ tertium ejusdem sacrosanctæ Incarnationis annum, quatenus legentes quique non solum præsentem vel futurum prospicere, sed et præteritum omnem paschalis statum temporis inenarrabili possent intuitu respicere, atque ad dilucidationem prisce lectionis annos omnes, qui aliquando in quæstionem venerant, quando vel quales fuerint evidentius² agnoscat:

CAPUT LXVI.

** Chronicon sive de sex hujus sæculi ætatibus.*

De sex hujus mundi ætatibus, ac septima vel octava quietis vitæque cœlestis, et supra in comparatione primæ hebdomadis in qua mundus ornatus est aliquanta perstrinximus, et nunc in comparatione ævi tuius hominis, qui *μυρόνομος* Græce a philosophis, hoc est, minor mundus solet nuncupari, de iisdem aliquanto latius exponemus.

D Prima est ergo mundi hujus ætas, ab Adam usque ad Noe, continens annos, juxta Hebraicam veritatem, M, DCLVI, juxta Septuaginta interpretes

VARIANTES LECTIONES.

¹ C, quartum.² B, C, agnoscant.

GLOSSÆ ET SCHOLIA.

CAPUT LXV.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Placuit eundem.* Hos circulos quotquot ex Beda et Dionysio reliquos invenimus, subjecimus libro huic ad finem; perfecimus autem ut essent ab initio Incarnationis Dominicæ, usque ad annum 600, quo exacto non deerunt et alii studiosi qui eundem ad suum quoque ætatem et longiorem producent.

* Ut supra diximus in monito, chronici textum, varias lectiones et notas Smithii editione sumpsimus. ELIT.

CAPUT LXVI.

JOAN. NOV. SCHOLIA. — *Supra.* Id est, cap. 10 libri majoris de Ratione temporum. Cujus pulcherrimi operis hic Tractatus est caput 66, continens partem quæ sola nostri est instituta, historicam; quæque et mole et argumento ab Editoribus operum Bedæ, digna olim habita est quæ seorsim exudatur.

^a MM,CCXLII, generationes juxta utramque Editionem numero X. Quæ universali est deleta diluvio, sicut primam cujusque hominis oblivio demergere consuevit ætatem; quotus enim quisque est qui suam recordetur infantiam?

Secunda ætas a Noe usque ad Abrahā, generationes, juxta Hebraicam auctoritatem, complexa X, annos autem CCXCH: porro, juxta Septuaginta interpretes, annos M,LXXII, generationes vero XI. Hæc quasi pueritia fuit generis populi Dei, et ideo in ¹ ea lingua inventa est, id est, Hebræa. A pueritia namque incipit homo nosse loqui post infantiam, quæ hinc appellata est, quod fari non potest.

Tertia ab Abraham usque ad David, generationes, juxta utramque ^b auctoritatem XIV, annos vero ^c DCCCCXLII, complectens. Hæc velut quædam adolescentia fuit populi Dei, a qua ætate quia incipit homo posse generare, propterea Matthæus evangelista generationum ex Abraham sumpsit exordium, qui etiam pater gentium constitutus est, quando mutatum nomen accepit.

Quarta a David usque ad transmigrationem Babylonis, annos habens, juxta Hebraicam veritatem, CCCCLXXIII, juxta Septuaginta translationem XII amplius, generationes, juxta utrosque Codices, XVII. Quas tamen evangelista Matthæus certi ^d mysterii gratia XIV ponit. A qua velut juvenili ætate in populo Dei regum tempora cœperunt; hæc namque in hominibus ætas apta gubernando solet existere regno.

Quinta quasi senilis ætas, a transmigatione Babylonis, usque in adventum Domini Salvatoris in carnem, generationibus et ipsa XIV, porro annis DLXXXIX extenta, in qua, ut gravi senectute fessa, malis crebrioribus plebs Hebræa quassatur.

Sexta, quæ nunc agitur ætas, nulla generationum vel temporum serie certa est, sed ut ætas decrepita, ipsa totius seculi morte consummanda. Has ærumnosas plenasque laboribus mundi ætates quique felici morte vicerunt, septima jam Sabbati perennis ætate suscepti, octavam beatæ resurrectionis ætatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

PRIMA ÆTAS.

Prima igitur ætate sæculi nascentis, prima hujus die, fecit Deus lucem quam appellavit diem. Secunda, firmamentum cœli in medio libavit aquarum, ipsis ^d aquis ac terra cum cœlo superiore ac virtutibus quæ

A in eo conditorem laudarent, ante horum sex dierum exordium creatis. Tertia die, congregatis in suum locum aquis quæ cuncta contexerant, aridam jussit apparere. Quarta, sidera in firmamento cœli posuit, quæ nunc, quantum æquinoclii conjectura colligimus, duodecima Kalendarum Aprilium vocatur. Quinta, natatilia et volatilia creavit animantia. Sexta, animalia terrestria, et ipsum hominem formavit Adam, de cujus latere dormientis matrem omnium viventium produxit Evam, quæ nunc, quantum mihi videtur esse credibile, decima Kalendarum Aprilium dies appellatur. Unde merito creditur, si non verior sententia vincit, quod beatus ^e Theophilus, cum cæteris, non solum Palæstinæ, sed et permultis aliarum regionum episcopis de Pascha disputans, scripsit eodem decimo Kalend. April. die Dominum fuisse crucifixum. Decebat enim una eademque non solum hebdomadis sed et mensis, die, secundum Adam: pro generis humani salute, vivifica morte sopitum, de productis e latere suo Sacramentis cœlestibus sponsam sibi sanctificare Ecclesiam, qua videlicet die primum Adam, patrem videlicet humani generis, ipse creaverat, eique, de latere costam tollens, ædificavit mulierem, cujus adjutorio genus propagaret humanum.

[A. M. Hebr. 150. Sep. 250.] Adam, annorum CXXX, genuit Seth; cui supervixit annis DCCC. Verum Septuaginta interpretes ante natum Seth posuere annos CCXXX, postea DCC. Seth interpretatur *resurrectio*, significans resurrectionem Christi a mortuis, cujus mortem illatam a Judæis significat Abel, qui dicitur *luctus*, a fratre Cain occisus.

[A. M. Hebr. 255. Sept. 455.] Seth, annorum CV, genuit Enos; cui supervixit annis DCCCVII. Porro Septuaginta ante natum Enos annos CCV, postea posuere DCCVII. Enos interpretatur *homo*, de quo bene dicitur: *Iste cœpit invocare nomen Domini*, quia hominum est proprium ut, suæ fragilitatis memores, invocent conditoris auxilium, eorum duntaxat qui in fide Christi viventes filii resurrectionis esse lætantur.

[A. M. Hebr. 525. Sept. 625.] Enos, annorum XC, genuit Cainan; cui supervixit annis DCCCXV. Sed Septuaginta ante natum Cainan CXC annos, postea DCCXV posuere.

[A. M. Hebr. 595. Sept. 795.] Cainan, annorum LXX, genuit Malaleel: post cujus ortum vixit annis

VARIANTES LECTIONES.

¹ Codices Editi fere omnes habent *in lingua*, tum in hoc loco, tum in cap. 16 libri minoris de Temporibus. Et ex illa quidem lectione sensus

forte aliquis eliciatur, sed durus, et contra Mss.; *in ea* autem, scilicet *ætate*, sensus clarus est.

SMITHII NOTÆ.

^a MM,CCXLII. De numero annorum primæ ætatis juxta LXX Int., vide notam infra ad eorum annum 1454, de Mathusalā.

^b *Utramque*. Quibus inductis rationibus Beda utramque Editionem in calculis suis posuerit, ipse narrat in præfatione operis supradicti; quare ego hanc in appendice integram exhibeo n. 1.

^c DCCCCXLII. De numero annorum tertiæ ætatis vide notam infra, ad annum 2790, de Achialone, et

ad annum juxta Sept. 4194, de Heli, ubi, secundum Bedam, desunt computo LXX Int., ad completionem hujus numeri, XXX anni.

^d *Mysterii*. Asariah, scilicet, Joas et Amasiah, a genealogia Salvatoris, ob enormitatem scelerum, exclusis. Vid. infra, anno 3065.

^e *Theophilus*. Cæsarensis, de cujus sententia vid. Bedam, supra, cap. 47, et Baluzjum, in concilio Cæsarensi.

DCCCXL. Septuaginta ante natum Malaleel CLXX, A postea dixere DCCXL.

[A. M. Hebr. 460. Sept. 960.] Malaleel, annorum LXV, genuit Jareth; cui supervixit annis DCCCXXX. Septuaginta ante natum Jareth CLXV, postea posuere DCCXXX.

[A. M. Hebr. 622. Sept. 1122.] Jareth, annorum CLXII, genuit Enoch; cui supervixit annis DCCC. In hac generatione nusquam utriusque Codices discrepant. Hunc Enoch nonnulla ^a divine scripsisse, Juda apostolo attestante, comperimus. Sed, ut beatus Augustinus dicit: « Non frustra non sunt in eo canone Scripturarum qui servabatur in templo Hebræi populi succedentium diligentia sacerdotum, nisi quia ob antiquitatem suspensæ fidei iudicata sunt, nec utrum hæc essent quæ ille scripsisset poterat inveniri. » Unde illa quæ sub ejus nomine proferuntur, et continent illas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte a prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda.

[A. M. Hebr. 687. Sept. 1287.] Enoch, annorum LXV, genuit Mathusalam; post cujus ortum vixit CCC annis, et ambulavit cum Deo. Septuaginta ante natum Mathusalam posuere CLXV annos, postea CC. Et bene in septima generatione Enoch, qui interpretatur *dedicatio*, tulit a mortalibus Deus, quia civitas electorum in sex hujus sæculi pro Deo laborans ætatibus, in septima Sabbati futuri gloriam dedicationis expectat. At quia reprobi sola præsentis sunt felicitate contenti, Cain civitatem quam statuit non in septima generatione, sed in primogenito Enoch filio consecrat.

[A. M. Hebr. 874. Sept. 1454.] Mathusalam, annorum CLXXXVII, genuit Lamech; cui supervixit annis DCCLXXXII, id est, usque ad diluvium. Septuaginta ante natum Lamech CLXVII ponunt annos, postea DCCC et II. ^b Qui numerus, ut lector facillime videbit, juxta Hebraicam veritatem, XX annis, juxta ipsorum vero auctoritatem, XIV annis diluvii tempora transit. De qua famosissima ^c quæstione doctissimi Patres, Hieronymus in libro Quæstionum Hebraicarum, Augustinus in libro de Civitate Dei quinto decimo, plenissime disputant.

[A. M. Hebr. 1056. Sept. 1642.] Lamech, an-

norum CLXXXII, genuit Noe; cui supervixit annis DXCV. Septuaginta ante natum Noe ponunt annos CLXXXVIII, et postea DLXV. In hac sola generatione summa universalis discrepat, quia XXIV annis plus vixisse Lamech in Hebræis quam in Septuaginta translatorum Codicibus invenitur.

[A. M. Hebr. 1656. Sept. 2242.] Noe anno DC venit diluvium, mense secundo, XVII die mensis. Sane de differentia annorum inter Hebræam et Septuaginta interpretum auctoritatem, ne quis nos laceret novas movisse quæstiones, legat præfatorum Patrum memorata opuscula, et intelliget hanc jam olim notissimam fuisse distantiam; cujus originem distantiae cum beatus Augustinus solertissime quæsisset, dixit in libro suprascripto capitulo XIII inter alia sic: « Credibilius ergo quis dixerit, cum primo de bibliotheca Ptolemæi describi ista cœperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in Codice uno, sed primitus inde descripto, unde jam latius emanaret, ubi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Et hoc in illa quæstione de vita Mathusalæ non absurdum est suspicari. » Et post aliquanta: « Recte fieri, inquit, nullo modo dubitaverim, ut cum diversum aliquid in utrisque Codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei linguæ potius credatur unde est in aliam per interpretes facta translatio. »

SECUNDA ÆTAS.

Secunda sæculi ætate, prima hujus die, quæ est vicesima septima mensis secundi, egressus est Noe de arca, in qua pauci, id est, VIII animæ salvæ factæ sunt per aquam. Quod commemorans in Epistola beatus apostolus Petrus (*I Pet. III, 21*) mirifice statim exponere curavit, cum subjunxit quod et nos nunc simili formæ salvos fecit baptismus, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Jesu Christi qui est in dextra Dei. In aqua diluvii baptismum, in arca et iis quæ continebat Ecclesiam et fideles illius, in octenario animarum numero mysterium Dominicæ resurrectionis in cuius fide baptizamur, docens esse figuratum.

[A. M. Hebr. 1658. Sept. 2244.] Sem. C annorum, genuit Arphaxad, biennio post diluvium. Ab Arphaxad

VARIANTES LECTIONES.

^a Ms. Bold., divina, Ms. Magd., paginae divinae.

SMITHII NOTÆ.

^a Non frustra. Aug., de Civ. Dei, xv, 25.

^b Qui numerus. Immerito hic Scaliger Bedam hallucinationis incusat *Not. in Græcâ Eus., p. 405*. Nihil enim clarus est, quam quod Beda hic dicit, numerum 802 viginti annis diluvii tempora transire.

^c Quæstione. Varietas lectionis in Edd. Sept. varium hic reddidit annorum hujus primæ ætatis numerum. Lectio enim quam Euseb., Hieron. et Aug., aiunt fuisse omnium ferme sui temporis Codicum Græcorum, tribuit Mathusalæ ante natum Lamech annos duntaxat CLXVII, postea DCCII. Sed lectio quam secutus est Africanus, quamque habuerunt exemplaria quorum et Aug., et Euseb., et Syncellus, meminerunt, quæque confirmatur a quibusdam hodiernis Sept. Editionibus, quarum una est Alexandrina,

tribuit Mathusalæ, ante natum Lamech, annos CLXXXVII, postea DCCLXXXII. Hæc si genuina sit, nullus restat dubitandi locus quin, secundum Sept., Mathusalam sex annos ante diluvium obierit; atque ita fiet ætatis hujus non MM, CCXLII, sed MM, CCLXII, quæ est Epiphani, Chron. Alex., aliorumque summa. Sed quoniam secundum Hebræos Mathusalam obiit ipso anno diluvii, restat differentia vi annorum inter eos et Sept., quæ facile componetur hoc modo. Anni Lamech ante natum Noe in Edd. Sept. sunt CLXXXVIII, auferantur sex anni et fiet CLXXXII, sicut est in Hebræo. Tunc annus diluvii non cadet in an. 2,252, sed in an. 2,256, qui est ipse annus mortis Mathusalam. Atque hac ratione Mathusalam obierit eodem, id est, ipso diluvii anno, tam apud Hebræos, quam apud Sept.

Chaldæos originem duxisse Hieronymus scribit. A lorum, Calabrorum, Picentum, Thuscorum, et his
Supervixit autem Sem nato Arphaxad D annis, id est,
usque ad quinquagesimum annum nativitatibus Jacob.

[A. M. Hebr. 1693. Sept. 2379]. Arphaxad, anno-
rum XXXV, genuit Sale. Hic Septuaginta interpre-
tes una generatione plus quam Hebraica veritas
posuere, dicentes quod Arphaxad, cum esset anno-
rum CXXXV, genuerit Cainan; qui, cum CXXX
annorum fuerit, ipse genuerit Sale. Quorum trans-
lationem evangelista Lucas hoc loco videtur esse
secutus. Verum chronographi a Græcorum cum
generationum seriem ad auctoritatem Hebraicam
castigassent, ablata una generatione Cainan, nec
tamen numerum annorum in generationibus quas
cum eis habuere communes, ad eorum auctoritatem
castigare curassent, propriam secui auctoritatem, B
dederunt huic a tali annorum summam, minorem
quidem Septuaginta translatorum Editione annis
CXXX, sed Hebraica veritate annis DC et L maio-
rem, id est, annos DCCCC et XLII. Vixit autem
Arphaxad post natum Sale annos CCC et III, cui
tamen Septuaginta post natum Cainan scribunt an-
nos ¹ CCCXXX, et Cainan post natum Sale ²
CCCXXXVIII.

[A. M. Hebr. 1723. Sept. 2639.] Sale, annorum
XXX, genuit Heber; cui supervixit annis CCCIII.
Septuaginta ante natum Heber posuere annos
CXXX, postea CCCXXX. Ab hoc Heber Hebræorum
nomen et genus oritur.

[A. M. Hebr. 1757. Sept. 2773.] Heber, annorum
XXXIV, genuit Phalech; cui supervixit annis C
CCCCXXX. Septuaginta ante natum Phalech annos
posuere CXXXIV, postea ² CCLXX. Phalech inter-
pretatur *divisio*, cui propterea tale nomen imposuere
parentes, quia tempore nativitatibus ipsius terra per
linguarum confusionem divisa est. Cujus divisionis
Arnobius rhetor in expositione psalmi CIV ita memi-
nit: « Sem primogenito Noe, pars facta est a Persi-
de et Bactris usque in Indianam longe, et usque ^b Rhi-
nocoruras. Quæ spacia terrarum habent linguas ser-
mone Barbarico XX et VII: In quibus linguis gentes
sunt patriarum. CCCC et VI, non diversarum lingua-
rum, sed, ut dixi, diversarum patriarum. Verbi
gratia, cum una lingua Latina sit, sub una lingua
diversæ sunt patriæ, Brutiorum, Lucanorum, Apu-

lorum, Calabrorum, Picentum, Thuscorum, et his
atque hujusmodi similia si dicamus.

« Cham vero secundus filius Noe, a Rhinocoruribus
usque Gadiræ, habens linguas sermone Punico a
parte Garamantum, Latino a parte Boreæ, Barba-
rico a parte Meridiani Æthiopum et Ægyptiorum,
ac barbaris interioribus vario sermone XX duabus
linguis. in patriis CCCXC et IV. Japheth autem
tertius, a Media usque Gadiræ ad Boream. Habet au-
tem Japheth flumen Tigridem, qui dividit Mediam et
Babyloniam in patriis dicentis, sermone vario, in
linguis XX et III. Fiunt ergo omnes simul linguæ
LXXII. Patriæ autem generationum M, quæ in tri-
partito sæculo hoc ordine sitæ sunt. Habet, ut dixi-
mus, Japheth flumen Tigridem, qui dividit Mediam
et Babyloniam; Sem autem Euphraten: Cham vero
Geon, qui vocatur Nilus. »

[A. M. Hebr. 1787. Sept. 2903.] Phalech, anno-
rum XXX, genuit Reu; cui supervixit annis CCIX.
Septuaginta ante natum Reu CXXX annos ponunt,
postea CCIX. His temporibus primum templum con-
structa, et quidam principes gentium tanquam dii
sunt adorati.

[A. M. Hebr. 1819. Sept. 3035] Reu, annorum
XXXII, genuit Seruch; cui supervixit annis CCVII.
Septuaginta ante natum Seruch CXXXII annos
ponunt, postea CCVII. Scytharum regnum dicitur
exortum, ubi primus regnavit Tanaus.

[A. M. Hebr. 1849. Sept. 3165.] Seruch, annorum
XXX, genuit Nachor; cui supervixit annis CC. Sep-
tuaginta ante natum Nachor ponunt annos CXXX,
postea CC. Ægyptiorum imperium dicitur inchoare;
primo eis regnante ^c Zoves.

[A. M. Hebr. 1878. Sept. 3244.] Nachor, anno-
rum XXIX, genuit Thare; cui supervixit annis CXIX.
Septuaginta ante natum Thare ponunt annos LXXIX,
postea CXXIX. Assyriorum Sicyoniorumque regnum
nascitur; his primum Belo, illis Ægialeo regnante.

[A. M. Hebr. 1948. Sept. 3314.] Thare, anno-
rum ^d LXX, genuit Abraham; cui supervixit an-
nis CXXXV. Hactenus secunda sæculi ætas proten-
ditur, cujus tota serie recensita beatus Augustinus,
in libro de Civitate Dei XVI, capitulo decimo, hoc
modo conclusit: « Fiunt itaque anni a diluvio usque
ad Abraham M, LXXII, secundum vulgatam Editio-

VARIANTES LECTIONES.

¹ Edd Bas. et Col., CCCXXX, sed male, ideoque D Mss. Westm. et Vilh., CCCXXXVIII, recte.
in margine earum corrigitur. ² Eadem Edd., CCLX, male.

² Eadem Edd. CCCXXXVIII, Sep., CCCXXX.

SMITHII NOTÆ.

^a Græcorum. Recte hic et Africanum et Eusebium
tangit Bedæ, et reliquos chronographos. Itaque valde
necessarius erat locus Bedæ, quem studiosis observan-
dum relinquimus. (Scal. ubi supra, p. 10.)

^b Rhinocoruras. Urbem Ægypti, sic vocatam ab
hominibus qui illuc olim in coloniam missi fuere
nares mutilati, sicut Steph. Bys., de Urb.

^c Zoves. Men dictus Herodoto, lib. II. Minæus Jo-
sepho (Ant. VIII, 2, § 6). Huic nomen Zoves, et in marg.
Vizoves inditum, cum inter deos referretur, sicut
moris fuit gentibus reges suos et honore et nomine
Jovis insignire. Ita Eratosthenes (Avud Eus. Græc.,

p. 18) regum Ægypti nomina interpretatus, Menen
Dionium appellat, id est, Jovium, vel Zovem. Idem
etiam nomen in posteris Menis invenitur. Sic in
tertia dynastia Memphitarum quintus rex appellatur
Zoyphis, in quarta tertius rex Suphes, apud Man-
thonem

^d LXX. Ita Gen. XI, 26, expresse, et in eo veteres
Interpretes uno ore consentiunt. Quod a nuperis ob-
jicitur a Gen. XII, 4, et Act. VII, 4, unde Abrahamum
anno 130 Tharei genitum statuunt, non tantæ est
difficultatis, ut tam claram assertionem a Moyse ipso
historice traditam labefactet

nem, hoc est, interpretum Septuaginta : In Hebræis autem Codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri, de quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt. »

TERTIA ÆTAS.

[A. M. Hebr. 2023. Sept. 3589.] Tertia mundi ætas a nativitate cœpit Abraham patriarchæ; qui, LXXV annorum cum esset, relicta gente patria, ad imperium Dei venit in terram Chanaan, accipiens promissionem nascituri de suo semine Salvatoris, in quo benedicerentur omnes gentes, simul et seipsum in gentem magnam esse futurum; quarum una spiritalis, altera est promissio carnalis. His temporibus Ninus et Semiramis Assyriis regnant.

[A. M. Hebr. 2034. Sept. 3400.] Abraham, annorum LXXXVI, genuit Ismael, a quo Ismaelitæ: genuit autem Ismael XII duces, et vixit annos CXXXVII.

[A. M. Hebr. 2048. Sept. 3414.] Idem Abraham, annorum C, genuit Isaac, qui primus et solus in tota Testamenti Veteris serie legitur octava die circumciscus, quod non sine magno mysterio privilegium est filio promissionis donatum.

[A. M. Hebr. 2108. Sept. 3474.] Isaac, annorum LX, genuit Esau et Jacob, patriarchas Idumæe et Israeliticæ gentis; post quorum ortum vixit annos CXX. His temporibus primus apud Argos regnavit Inachus annis L; cujus filia Io, quam Ægyptii, mutato nomine, Isidem colunt.

[A. M. Hebr. 2238. Sept. 3604.] Jacob, annorum CXXX, descendit in Ægyptum in animabus LXX. Hujus temporibus Memphis in Ægypto ab Ape Argivorum rege condita. Sparta quoque a Sparto filio Phoronei regis Argivorum conditur.

[A. M. Hebr. 2453. Sept. 3819.] Habitatio filiorum Israel qua manserunt in Ægypto fuit CCCXXX annorum; quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti, ut Scriptura testatur Exodi: quorum tamen summam annorum chronographi a septuagesimo quinto anno nativitate Abraham, quando terram repromissionis intravit, computant, sequentes Editionem Septuaginta interpretum, quæ dicit: *Habitatio autem filiorum Israel qua habitaverunt in Ægypto, et in terra Chanaan, ipsi et patres eorum, anni CCCXXX*; quam necessario sequendam et ipsa Hebraica veritas ostendit; quæ narrat Chaath filium Levi, quem natum esse constat in terra Chanaan, vixisse annos CXXXIII, et filium ejus Amram Patrem Moysis annos CXXXVII, et ipsum Moysen LXXX fuisse annorum, tempore egressionis de Ægypto, quia nimirum horum summam annorum constat CCC et XXX implere non posse. Annuit autem horum translationi et Apostolus cum

ait: ^a *Abrahæ dictæ sunt promissiones et semini ejus; non dicit Et seminibus, quasi in multis, sed, quasi in uno, Et semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo, quæ post CCC et XXX annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandas promissiones patrum.*

[A. M. Hebr. 2493. Sept. 3859.] Moyses annis XL eductum ex Ægypto regit populum Israel in deserto; quorum primo anno tabernaculum Domino construit, et VII mensibus opus perficiens, mense primo anni secundi, prima die mensis erexit. Hucusque, ut ^b Eusebius commemorat, quinque libri Moysis continent gesta annorum MMM,DCCXXX, secundum Septuaginta Senorum interpretationem. Quot vero annos hujus temporis Hebraica veritas contineat, Josephus in primo contra Appionem grammaticum libro ita commemorat: « Neque igitur innumera apud nos habentur volumina inter se invicem discordantia, sed II tantum et XX sunt libri, qui omnium temporum seriem continent, qui et juste creduntur divinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt Moysi, continentes leges vitæ, et successionis humanæ pro sapiam, usque ad ipsius Moysi terminum pertendentes. Qui paulo minus ad tria millia annorum continentiam gerunt. »

[A. M. Hebr. 2519. Sept. 3885.] Josue annis ^c XXVI regit populum Israel, ut Josephus docet; nam Scriptura sancta quot fuerint anni ducatus illius, tacet. Quare vero Eusebius in Chronicis XXVII posuerit, infra dicemus. Primo autem sui ducatus anno, Josue, primo mense, decima die mensis, populum, patefacto Jordanis alveo, in terram repromissionis induxit; quo videlicet anno, ut in Chronicis præfati Eusebii reperimus, principiam erat quinquagesimi primi jubilæi secundum Hebræos, id est, MM,D anni erant ab initio mundi completi, singulis jubilæorum ordinibus per quinquagenos annos deputatis. At vero hanc temporis hujus esse summam nostra inquisitio nequaquam invenire valuit. Constat enim quia M,DCLVI ad diluvium usque fuere anni; inde ad Abraham CCXCII, qui LXXV erat annorum quando promissionem Dei accepit; promissionis anni CCCXXX, ducatus Moysi anni XL, qui profecto numerus non MM,D, sed VII minus, id est, MM,CCCXCIII, ut prænotavimus, annos implet.

[A. M. Hebr. 2559. Sept. 3925.] Othoniel annis XL, de tribu Juda primus Israeli Judex, Domino jubente, constituitur. Hujus temporibus primis filii Israel serviere Chusan Rasathaim, regi Mesopotamiæ, VIII annis.

[A. M. Hebr. 2639. Sept. 4005.] Aoth annis LXXX, filius Gera filii Gemini, qui utraque manu utebatur pro dextera, cujus in principiis servivit Israel Eglon regi Moab annis XVIII, donec eum ipse percusso

VARIANTES LECTIONES.

¹ Qua. Ita Codd., secuti Vulg. Lat.; solus Wilk., quam, secutus Sept., apud quos legitur, ἢν κατόρη-

σαν (Exod. XII, 40)

SMITHII NOTÆ.

^a Abrahæ. Galat. III, 16, 17.

^b Eusebius. Chron. p. 79.

^c XXVI. Josephus tantum xxv annos Josue duci attribuit (Ant. v, 4, sub finem).

Eglon liberavit. Hoc tempore Cyrene civitas condita est in Libya.

[A. M. Hebr. 2679. Sept. 4045.] Debbora annis XL, prophetissa de tribu Ephraim cum Baruch de tribu Neptalim, cujus in initio ducatus oppressit filios Israel Jabin rex Chanaan XX annis, qui regnavit in Asor. Sed occiso ab Israel principe militiæ ejus Sisara, humiliatus tandem ac deletus est. Hoc tempore Miletus condita.

[A. M. Hebr. 2719. Sept. 4085.] Gedeon annis XL, ex tribu Manasse. Sub quo servivit Israel Madianitis et Amalechitis VII annis; sed Gedeon pugnante liberatus est. Tyrus condita est ante templum Hierosolymorum annis CCXL, ut scribit ^a Josephus.

[A. M. Hebr. 2722. Sept. 4088.] Abimelech annis III, filius Gedeonis, qui regnabat in Sichem. Hercules Ilium vastat.

[A. M. Hebr. 2745. Sept. 4111.] Thola annis XXIII, filius Phoa patris Abimelech, vir de Issachar, qui habitabat in Sanir montis Ephraim. Bellum Lapitharum et Centaurorum, quos scribit Palæphatus, primo de Incredilibus libro, nobiles fuisse equites Thessalorum. In Troja post Laomedontem regnavit Priamus.

[A. M. Hebr. 2767. Sept. 4133.] Jair annis XXII, ex tribu Manasse. Hercules agonem Olympicum constituit, a quo usque ad primam ^b Olympiadem supputantur anni CCCXXX.

[A. M. Hebr. 2773. Sept. 4139.] Jepte Galaadites annis VI. Philistini et Ammonitæ deprimunt Israel, ex quibus Ammonitæ debellantur ab Jepte, qui in libro Judicum ab ætate Moysis usque ad semetipsum ait supputari annos CCC.

[A. M. Hebr. 2780. Sept. 4146.] Aoesan de Bethleem annis VII. Agamemnon imperat Mycenis annis ^c XXXV, cujus anno XV Troja capitur.

[A. M. Hebr. 2790.] Achialon Zabulonites annis X Hic cum annis decem suis in Septuaginta inter-

pretibus ^d non habetur; pro quorum damno suppleto Eusebius Josue filio Nun, Samueli et Sauli, quorum annos Scriptura non dicit, ^e plures annos quam in Josepho legebat, adnotavit, quatenus ab egressu Israel ex Ægypto usque ad ædificationem templi CCCCLXXX annorum summam, quam Scriptura prædicat, haberet.

[A. M. Hebr. 2798. Sept. 4154.] Labdon de tribu Ephraim annis VIII. Hujus anno tertio Troja capta est, completis a primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnavit, annis CCCLXXV; a quadagesimo autem et tertio regni Nini Assyriorum regis annis DCCCXXXV. Mortuo Labdon servivit Israel Philistæis annis XL.

[A. M. Hebr. 2818. Sept. 4174.] Samsón de tribu Dan annis XX. Hactenus liber Judicum tempora signat, habens annos CCXCIX, iudices autem XII. Latinis, qui postea Romani nuncupati sunt, post tertium annum captivitatis Trojæ, sive, ut ^f quidam volunt, octavum, regnavit Æneas annis tribus: post quem Ascanius annis XXXVIII. Ante Æneam Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnarunt annis circiter CL. Ascanius Æneæ filius Albam urbem condidit.

[A. M. Hebr. 2858. Sept. 4194.] Heli sacerdos annis XL. In Hebræorum libro XL anni inveniuntur, in Septuaginta autem interpretatione ^g XX. Hectoris filii Ilium receperunt, expulsis Antenoris posteris, Heleno sibi subsidium ferente. Latinorum tertius Sylvius Æneæ filius, regnat annis XXIX; qui quod post mortem patris editus, rurj fuerat educatus, et Sylvii, et Posthumi nomen accepit, a quo omnes Albanorum reges Sylvii vocati sunt. Reges ^h Sicyoniis defecerunt, qui ab Ægialeo usque ad Zeuxippum regnaverunt annis DCCCLXII. Post quos sacerdotes ⁱ Carni constituti sunt.

[A. M. Hebr. 2870. Sept. 4206.] Samuel annis XII, ut docet Josephus. In Scriptura enim sacra,

SMITHII NOTÆ.

^a Josephus. Antiq. VIII, 2, § 5.

^b Olympiadem. Duæ epochæ traduntur ad inveniendam primam Olympiadem: una est Herculis Agon, qui hic ponitur tempore Jair, anno nempe ejus 14, supputando inde ccccxxx annos; altera est captivitas Trojæ, de qua vide, infra, ad an. 2798, quæ ibi ponitur tempore Labdon, anno ejus tertio, supputando inde, secundum Eusebium, ccccv annos. Initium primæ Olympiadis juxta utramque epocham Eusebius statuit ad annum 50 Azariæ. Nihilominus Beda ponit initium Olympiadis primæ sexto anno Joatham, qui est ab Herculis agone, secundum Eusebium, annis ccccxxxviii, secundum Bedam ccccxxxix; a captivitate Trojæ, secundum Euseb., ccccxiv, secundum Bedam, ccccv. De ratione differentiæ, vide, infra, ad an. 5, 208.

^c XXXV. Euseb. XV, alii XVI, alii XVII. Erratum videtur in Mss. Bedæ, quamvis in eo Codices omnes consentiant, ergo non mutuo.

^d Non habetur. Ita quidem Eusebius, et ab eo Beda, sed contra omnium Sept. exemplarium fidem; in illis enim expresse habetur Achialon cum suis x annis (Jud. XII, 41). Cum tamen hoc Chronicon Bedæ sit, ego ejus calculos exhibeo, Achialonis annis in computo marginali Sept. omissis.

^e Plures. Injuste hoc Eusebio imputatur quoad Samuelem et Saulem; tantum enim abfuit Eusebius ab

addendo plures annos Samueli et Sauli quam in Josepho legebat, ut plane posuerit XII annos minus. Eusebius enim, non pro libitu, sed cum sacris Scripturis (Act. XIII, 40) tantum annos Samueli et Sauli attribuit, Josephus autem LII, ut conferenti Josephum (Antiq. VI, 14, 15) manifestum erit. Beda igitur Josephum male intellexit, pro annis LII colligens tantum xxxii, XII annos in Samuele pro xxx, et xx in Saule pro xxii, ut patet infra in Samuel et Saul.

^f Quidam. Inter quos Virgil.:

... Nam te jam septima portat.

^g XX. Hic in Sept. calculo revera amputantur xx anni, qui ætati hinc nullibi restituuntur. unde in summa annorum hujus ætatis, non dcccxlII anni, ut in principio hujus Chronici adnotatum est, sed xxx minus inveniuntur, x in Achialone, et xx in Heli.

^h Sicyoniis. Reges Sicyoniorum durasse dicuntur ab a. 1874 ad a. 2836, scilicet ab Ægialeo usque ad Zeuxippum. Sed de horum regno vide Pausaniam, in Corinthiacis, qui post Zeuxippum numerat Hippolytum, quo regnante Sicyonios invasit Agamemnon. Addit et Lacedædem, sub quo a Doriensibus subjugati sunt Sicyonii.

ⁱ Carni. Euseb. *καρυσίου* Apollinis, cujus sacerdotes Sicyoniis præfuisse narrantur annis xxxii (Vid. Castor. apud Eus., p. 96).

quàm diu præsuèrit minime patet. Ab hoc tempora prophetarum incipiunt. Latinorum quartus Æneas Sylvius regnavit annis XXXI.

[A. M. Hebr. 2890. Sept. 4226.] Saul primus Hebræorum rex annis XX. Et hujus, quia in canonica Scriptura non habetur, de libro antiquitatum Josephi, tempus regni notavimus. In Lacædemone regnavit primus Euristheus annis XLII; Corinthi primus Alethis annis XXXV.

QUARTA ÆTAS.

Quarta mundi ætas, non solum cum inchoato Judææ gentis imperio, sed et cum innovata promissione, quæ patribus olim data est, imperii Christiani sumit exordium, jurante Domino David veritate, de fructu ventris ejus sedere super sedem ejus.

[A. M. Hebr. 2930. Sept. 4265.] David primus ex tribu Juda rex, annis XL. Latinorum quintus Latinus Sylvius annis L. Ephesus condita ab Andronico. Carthago condita est, ut quidam volunt, a Charcedone Tyrio, ut vero alii, a Didone filia ejus, anno CXLIII post Trojanum excidium.

[A. M. Hebr. 2970. Sept. 4306.] Solomon filius David annis XL. Qui quarto regni sui anno, mense secundo, templum Domino ædificare cepit in Hierusalém, collectis ab egressu Israël ex Ægypto annis CCCCLXXX, ut Regum quoque liber testimonio est; quod in figuram universi temporis, quo in hoc sæculo Christi ædificatur Ecclesia, quæ in futuro periret, VII annis perficit, et septimo octavi anni mense dedicavit. Latinorum sextus Alba Sylvius, Sylvii Æneæ filius, regnavit annis XXXIX. Regina Saba venit audire sapientiam Solomonis.

[A. M. Hebr. 2987. Sept. 4323.] Roboam filius Solomonis annis XVII. Hieroboa n de tribu Ephraim, separavit X tribus a domo David et a Domino, in figuram hæreticorum, qui suos sequaces a Christo et Ecclesia segregant. Hujus quinto anno Sesac rex Ægypti, veniens Hierosolymam, templum spoliavit. Latinorum septimus Ægyptus Sylvius, Albæ superioris regis filius, regnavit annis XXIV. Samus condita, et Smyrna in urbis modum ampliata.

[A. M. Hebr. 2990. Sept. 4326.] Abia filius Roboam annis III. Hic pugnantem contra se Hieroboam superavit, occisis de exercitu ejus MD, eo quod sperasset in Domino.

[A. M. Hebr. 3051. Sept. 4387.] Asa filius Abia annis XLI. Ab hoc conductus Benedab rex Syriæ Damasci contra Israel, percussit omnem terram Neptalim. Latinorum octavus Capys Sylvius Ægypti superioris regis filius, regnat annis XXVIII. Asa idola destruit, templum mundat, egredientem contra se Zara Æthiopem cum suo sternit exercitu. Ambri rex Israel emittit montes Samariæ a Somer duobus talentis argenti, et ædificat eam. Ahiel de Bethel Hiericho instaurat.

[A. M. Hebr. 3056. Sept. 4392.] Josaphat filius

Asa annis XXV. Helias Thesbites tres semis annos pluviam continuit propter peccata Achab et populi Israel, et inter cætera magnalia Helisæum filium Saphath, qui erat de Abelmaula, pro se unxit prophetam. Latinorum nonus Carpentus Sylvius, superioris regis Capys filius, regnavit annis XIII. Post quem filius ejus Tyberinus Sylvius annis VIII, a quo et fluvius appellatus est Tyberis, qui prius Albula dicebatur. Post quem Agrippa Sylvius filius ejus annis XL. Josaphat fecit rectum coram Domino.

[A. M. Hebr. 3064. Sept. 4400.] Joram filius Josaphat annis VIII. Helias curru igneo rapitur quasi usque in cælum, et Helisæus hæres prophetiæ derelictus, primo miraculo aquas Hiericho sanat. In diebus Joram recessit Edom ne esset sub Juda, et constituit sibi regem. Ambulavit autem Joram in viis domus Achab, filia quippe Achab erat uxor ejus.

[A. M. Hebr. 3065. Sept. 4401.] Azarias filius Joram anno I. Ionadab filius Rechab clarus habetur. Azariam cum filio suo Joas, et nepote Amasia, ob enormitatem scelerum, et quia nec patrem filiumve quispiam eorum bonum habebat, evangelista Matthæus a Domini Salvatoris genealogia secludit.

[A. M. Hebr. 3071. Sept. 4408.] Athalia mater Azariæ annis VI, quæ videns interfectum ab Hieu rege Israël filium suum Azariam, interfecit omnem stirpem regiam domus Joram, præter solum Joas filium Azariæ, quem Josabêth soror Azariæ, uxor Joadæ pontificis, furata est de medio filiorum regis, cum interficerentur. In Septuaginta interpretibus VII annis regnasse Athalia narratur.

[A. M. Hebr. 3111. Sept. 4448.] Joas filius Azariæ annis XL. Iste bono principio et fine usus pessimo, in principis sui regni templum innovat, in extremis, inter cætera facinora, Zachariam quoque filium Joadæ, tubris quondam ac regificatoris sui, inter templum et altare lapidari præcepit; quem ob meritorum gratiam Dominus in Evangelio filium Barachizæ, id est, benedicti Domini cognominat. Latinorum duodecimus Aremulus Sylvius, Agrippæ superioris regis filius, regnavit annis XIX, qui præsidium Albanorum inter montes ubi nunc Roma est posuit. Hujus filius fuit Julius, prævius Julii Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundavit Juliam gentem.

[A. M. Hebr. 3140. Sept. 4477.] Amasias filius Joas annis XXIX. Helisæus propheta defunctus sepelitur in Samaria. Azahel rex Syriæ affligit Israel. Latinorum decimus tertius Avehlinus Sylvius, Aremuli superioris regis major filius, regnavit annis XXXVII, atque in eo monte qui nunc pars urbis est, mortuus et sepultus æternum loco vocabulum dedit.

[A. M. Hebr. 3192. Sept. 4529.] Azarias, qui et Ozias, filius Amasizæ, annis LII. Assyriorum ulcesi-

SMITHII NOTÆ.

^a Ægyptus. Euseb. Ægyptus. Liv. Capetus.

^b Carpentus. Ita o. Mss. Bedæ, et prima pars Euseb. Lat., alibi, Calpetus et Carmentus. Liv. et

Ovid., Capetus.

^c VII. Ita Euseb., sed contra Mss. Sept., quod non advertit Beda.

mūs sextus Thonos concelerōs, qui vocatur a Græce A Sardanapalus, Tharsum atque Anchialem condidit, et in prælio victus ab Arbace Medo, semet incendio concremavit. Usque ad id tempus fuisse reges Assyriorum historia refert, et sunt simul anni ^b M, CXC VII. Omnes autem anni Assyriorum a primo anno Nini supputantur c M, CCXL. Latinorum quartus decimus Procas Sylvius, Aventini superioris regis filius, regnavit annis XXIII. Post quem, quintus decimus, Amulius Sylvius annis XLIV. Arbaces Medus, Assyriorum imperio destructo, regnum in Medos ^d transtulit, ubi primus ipse regnavit annis XXVIII. Macedonum regnum inchoat, primum habens regem Caranum annis XXVIII. Lacedæmoniorum reges deficiunt, Lydorum incipiunt.

[A. M. Hebr. 3208. Sept. 4545.] Joatham filius Oziae annis XVI e Olympias prima ab Eliensibus constituitur post annos Trojanæ captivitatis CCCC V. Remus et Romulus generantur Martem et Iliam. Joatham, inter cætera virtutum bonarum opera, portam domus Domini sublimissimam ædificavit, quæ in Actibus apostolorum *Speciosa* vocatur. Omnes siquidem portæ templi in terram fuerunt, excepta Speciosa quæ pendebat, quæ ab Hebræis porta vocabatur Joatham.

[A. M. Hebr. 3224. Sept. 4561.] Acnaaz filius Joatham annis XVI. Ab hoc conductus Theglath Phalasar rex Assyriorum Rasin regem Syriæ interficit, et habitatores Damasci transtulit Cyrenem. Romæ condita in monte Palatino, XI Kalendas Maias, a geminis Remo et Romulo, filiis Rheæ Sylvaniae, quæ erat ^c filia Numitoris fratris regis Amulii, virgo vestalis, sed constuprata. Consualibus ludis Sabinæ raptæ, an. o ab urbe condita tertio. Remus ruro pastorali a Fabio Romuli duce occisus est.

[A. M. Hebr. 3253. Sept. 4590.] Ezechias filius Achaz annis XXIX. Hujus anno sexto Salmanasar, rex Assyriorum, captam Samariam, transtulit Israel in Assyrios, cujus regnum a primo Hieroboam steterat

annis CCLX. Mortuo Romulo, qui XXXVIII regnavit annis, per quinos dies senatores rempublicam rexerunt, atque ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis XL, qui Capitolium a fundamentis ædificavit.

[A. M. Hebr. 3308. Sept. 4645.] Manasses filius Ezechiae annis LV. Hic ob scelera sua catenatus et compeditus in Babyloniam ducitur, sed ob penitentiam et preces restituitur in regnum. Romanorum tertius Tullus Hostilius regnavit annis XXXII. Qui primus regum Romanorum purpura et fascibus usus est, et adjecto monte Caelio urbem ampliavit

[A. M. Hebr. 3310. Sept. 4657.] Amon filius Manasse annis II. In Hebræica veritate II annis, in Septuaginta legitur regnasse f XII. Histrus civitas in Ponto condita. Amon a servis suis interficitur.

[A. M. Hebr. 3341. Sept. 4689.] Josias filius Amon annis XXXI. Hic mundatam Judæam et Hierusalem, templo etiam innovato, post abjectas idololatriæ sordes Pascha Domino celeberrimum facit decimo octavo anno regni sui, et cum Nechaone Ægyptiorum rege congressus occiditur in campo Mageddo, quæ nunc Maximianopolis vocatur. Romanorum quartus Ancus Martius, Numæ ex filia nepos, regnavit annis XXIII. Qui Aventinum montem et Janiculum Urbi addidit, et supra mare sexto decimo ab urbe milliario Ostiam condidit. Post quem Tarquinius Priscus annis XXXVII. Qui circum Romæ ædificavit, numerum senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros et cloacas ædificavit, Capitolium extruxit. In Hebræo XXXI annis regnasse Josias legitur, in Septuaginta Interpretibus s XXXII. Sed et Eusebius inter regnum h ejus et Joachim alium de suo adjicit annum, propter menses bis ternos, quibus Joachaz vel Joachim regnaverat. Verum quid veritas habeat Hieremias pandit, qui se a decimo tertio anno Josiæ usque ad annum quartum Joachim XXIII annis prophetasse perhibet, et Nabuchodonosor quarto anno Joachim

VARIANTES LECTIONES.

¹ Edd., vicesimo octavo, male.

SMITHII NOTÆ:

^a Græce. Hoc ideo dictum, non quoniam nomen Sardanapalus a Græca lingua originem ducat, sed quod ejus usus generalis apud Græcos obtinuerit. Quod adeo verum est ut nomen Thonos concelerōs in auctoribus antiquis vix invenieris. Suidæ est *κονοστρος-κόλορος*.

^b MCXCVII. Scilicet a nativitate Abrahami, quæ est Eusebii æra in libro posteriori Chronici.

^c MCCXL. Scilicet ab. a. m. 1905 ad a. 3145.

^d Transtulit. A. m. 3146.

^e Olympias. Notatum est supra ad an. 2767, in primæ Olympiadis initio differentiam esse vii annorum inter Eus. et Bedæ numeros, sc. ab an. 50 Azariæ ad an. sextum Joatham. Ratio est quod Eus. inter captam Trojam et sextum Joatham inserat ix annos quos Beda omittit, octo sc. ad Samuelem et Saulem, et unum ad Athaliam. Et quidem cum Eusebius xl annos Samueli et Sauli assignet, Beda tantum xxxii, et Euseb. Athaliæ vii annos, Beda tantum vi, restaret differentia ix annorum; sed quia Euseb. porro a capta Troja cccvi annos numerat, tibi Beda tantum cccv, retrahitur annus unus, et supersunt tan-

tum octo: Observatum sit hic etiam obiter vacillare Latinum Eusebii Chronicon in statuendo primæ Olympiadis initio, inter secundum et tertium annum Æschyli, et xli et i. Athaliæ, quod non Eusebio ipsi, sed Hieronymi versionem imputandum est. In Græco enim manifeste ponitur secundo Æschyli anno completo et tertio currente, et Athaliæ L, et ab hoc profunde anno Chronicon tum Græc. tum Lat. Olympiades orditur. Quare Beda recte hic dicit *post annos cccv, i. e., anno cccvi* currente. Et H. Stephanus in sua Editione *Chron. Eus. Lat.* (Par. 1512) sic habet: *A Capt. Trojæ usque ad Olymp. primam anni. cccvi, alias cccv.* Quæ critici de aliis rebus hoc loco pro Eus. vel contra eum litigant aliis relinquo.

^f XII. Ita Eusebius, sed non Sept. Vide iv Regg. xxi.

^g XXXII. Ita Eusebius, sed non Sept. Vide iv Regg. xxii.

^h Ejus et Joachim. Eusebius non adjecit annum inter Josiam et Joachim, sed inter Joachim et Zedechiam, ex tribus mensibus Joachas et totidem Jeroniam. Vid. Euseb., p. 124.

regnare cœpisse; nono decimo autem regni ejus anno Hierosolymam fuisse destructam.

[A. M. Hebr. 3352. Sept. 4700.] Joachim filius Josiæ annis XI. Post Josiam regnavit Joachaz filius ejus tribus mensibus: quem Nechao vinctum ducens in Ægyptum, Joachim constituit regem. Hujus anno tertio Nabuchodonosor, capta Hierusalem, et plurimis captivatis, in quibus erant Daniel, Ananias, Azarias, et Misael, partem vasorum templi Babyloniam transfert. A quarto Joachim anno Scriptura regnum Nabuchodonosor computat, quia ex eo non solum Chaldæis et Judæis, sed et Assyriis, Ægyptiis, Moabitis, aliisque innumeris gentibus incipit regnare. Joachim, qui et Jechonias, filius Joachim mensibus III et diebus X. Hic circumdata a Chaldæis Hierusalem exiit ad regem Babylonis et mater ejus, et ductus est in Babylonem cum populo suo anno octavo regni Nabuchodonosor.

[A. M. Hebr. 3363. Sept. 4711.] Sedechias qui et Mathias, filius Josiæ annis XI. Hujus anno undecimo, regis autem Babylonis decimo nono, Judæa captivata in Babyloniam, et templum Domini incensum est, anno ex quo fundari cœpit ^a CCCCXXX. Qui autem reliqui fuerant Judæi transfugerunt in Ægyptum, qua post annos V percussa a Chaldæis, in Babyloniam sunt et ipsi transmigrati.

QUINTA ÆTAS.

Quinta mundi ætas ab exterminio cœpit regni Judaici, quod juxta prophetiam Hieremiæ LXX annis permansit.

[A. M. Hebr. 3377. Sept. 4725.] Anno decimo quarto postquam percussa est civitas, qui est vicesimus quintus annus transmigrationis regis Joachim, cum quo et Ezechiel captivatus est, ipse Ezechiel in visionibus Dei adductus in terram Israel, vidit renovationem civitatis ac templi, ceremoniarumque ejus. Romanorum s. xtus Servius regnavit annis XXXIV, qui tres montes Urbi addidit, Quirinalem, Æsquilinum, Viminalem, Fossas circum muros duxit, census Romanorum civium primus instituit.

[A. M. Hebr. 3389. Sept. 4737.] Anno vicesimo sexto post eversionem Hierosolymorum, qui est annus tricesimus septimus transmigrationis regis Joachim, sublevavit Evilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Joachim regis Judæ de carcere, et posuit thronum ejus super thronum regum qui erant cum eo in Babylone. Meminit hujus temporis adhuc futuri propheta ^b Hieremias ita scribens: *Ecce ego mittam et adsumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor regem Babylonis*

A servum meum, et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus, et super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt, et interficiam eos, et ponam eos in stuporem, et in sibilum, et in solitudines sempiternas, et servient omnes gentes istæ regi Babylonis LXX annis. Cumque impleti fuerint anni LXX, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, et super terram Chaldæorum, et ponam illam in solitudines sempiternas. Et ^c alibi scribens ad transmigrationem quam transduxerat Nabuchodonosor de Hierusalem in Babylonem cum Jechonia rege: Cum cœperint, inquit, impleri in Babylone LXX anni, visitabo vos, et suscitabo super vos verbum meum bonum, et reducam vos ad locum istum, ait Dominus. ^d Rursus ejusdem temporis jam præteriti Verba Dierum ita recordantur:

Si quis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi et filiis ejus, donec imperaret rex Persarum, et compleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ, et celebraret terra Sabbata sua. Cunctis enim diebus desolationis egit Sabbatum, usque dum complerentur LXX anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, ad explendum sermonem Domini quem locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, etc. Quibus verbis ostenditur, quia vastata Chaldæi Judæa, non ut Assyrii in Samariam alios misere colonos, sed desertam reliquere terram, donec ipsi post annos LXX in eam redire Judæi. Consentit his ^e Josephus, in decimo Antiquitatum libro, scribens templum et Hierusalem, et omnem Judæam

LXX annis permansisse desolatam. Qui rursus enumerando reges Babylonis (^f si tamen ipse sic scripsit, et non Codex fallit mendosus) G fere annos ab eversa Hierusalem usque ad eversionem regni Chaldæorum facit colligi. Scribit enim, post Nabuchodonosor, qui, teste Scriptura sacra, XXV post eversam Hierusalem vixit annis, Evilmerodach filium ejus regnasse annis XVIII; post quem Egesar filium ejus XL; cui successisse filium ejus Labosordoch mensibus IX. Hoc defuncto, ad Balthasar, qui Nabooan nuncupatur, transisse imperium. Qui, cum jam ¹ XVII regnaverit annis, captam a Cyro Persarum et Dario Medorum rege Babyloniam exequitur. Darius autem Astyagis filius, qui Babyloniorum destruxit imperium, cum Cyro cognato suo, agebat annum sexagesimum et secundum, cum Babylon fuisset invasa, qui tamen alio nomine vocabatur a Græcis, quique Daniele prophetam sumens ad se, in Mediam duxit, et omni eum honore celebravit. Hujus Darii ⁵ Daniel ipse ita meminit: In anno primo Darii filii

VARIANTES LECTIONES

¹ Edd. XVIII, contra Ed. Par. 1, et Josephum, imo et contra ipsos Bedæ Mss.

SMITHII NOTÆ.

^a CCCCXXX. Ab anno quarto Salomonis inclusive. Eusebius hic ponit annos CCCCLII, annum Salomonis quartum excludens, et Athaliæ 1, Amonis 10, Josiæ 1, et inter Joachim et Zedechiam alterum admittens. Josephus autem incensum templum dicit anno fabricæ 470, m. 6, d. 10.

^b Hieremias. Cap. xxv, 9 seq.

^c Alibi. Cap. xxix, 10.

^d Rursus. II Chron. xxxvi, 20.

^e Josephus. Antiq. x, 12.

^f Si tamen. Nihil hic dubii videtur esse in lectione Codicum qui exstant Josephi, eadem enim est hodie quæ in Bedæ tempore, et ejus calculis congrua.

⁵ Daniel. Cap. ix, 1,

Asueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, ut complerentur desolationis Hierusalem LXX anni. Eusebius, in Temporum libro, XXX annos ab eversione Hierusalem usque ad initium Cyri regis Persarum, Julius autem ^a Africanus LXX computat. Porro ^b Hieronymus, in expositione prophetæ Danielis, ita dicit: ^c Tradunt Hebræi hujuscemodi fabulam: usque ad septuagesimum annum, quo Hieremias captivitatem populi Judæorum dixerat esse solvendam, de quo et Zacharias in principio voluminis sui loquitur: *Irritam putans Dei pollicitationem Balthasar, falsumque promissum, versus in gaudium fecit grande convivium, insultans quodammodo spei Judæorum, et vasis templi Dei, sed statim ultio consecuta est.*

[A. M. Hebr. 3423. Sept. 4774.] Persarum primus Cyrus regnavit annis LXX. Hic ut impleretur verbum Domini ex ore Hieremiæ, primo sui regni anno laxata Hebræorum captivitate, L ferme hominum millia regredi fecit in Judæam, restituens eis vasa templi Domini aurea et argentea VM,CCCC. Qui congregati in Hierusalem mense septimo ædificaverunt altare, et a primo die mensis ejusdem cœperunt offerre holocaustum Domino. Anno autem secundo adventus sui, mense secundo, templi fundamenta jecerunt, anno incensionis ejus, juxta Africanum LXXII, juxta autem Chronica Eusebii XXXII: sed impredientibus Samaritis, intermissum est opus usque ad annum Darii secundum, qui etiam in regno Asueri et Artaxerxis scripserunt accusationem adversum Judæos; et rescripsit Artaxerxes ne ædificaretur Hierusalem. Romanorum septimus Tarquinius regnavit annis XXXV, qui causa Tarquini junioris filii sui, qui Lucretiam corruerat, a regno expulsus est.

[A. M. Hebr. 3431. Sept. 4779.] Cambyses Cyri filius annis VIII. Hic, devicta Ægypto, cunctam ejus religionem abominatus, ceremonias ejus et templa deposuit: Babylonem in Ægypto ædificavit. Hunc aiunt ab Hebræis Secundum Nabuchodonosor vocari, sub quo Judith historia conscribitur.

[A. M. Hebr. 3432. Sept. 4780.] Fratres Magi mensibus VII. Jesus sacerdos magnus, et princeps gentis Zorobabel. Aggeus, Zacharias, et Malachias pro-

phetæ clarescunt. Pythagoras Physicus philosophus clarus habetur.

[A. M. Hebr. 3468. Sept. 4816.] Darius annis XXXVI. Inter Darium et Cambysen regnasse duos fratres Magos in libris Chronicorum Eusebii reperimus. Verum Hieronymus, in expositione Danielis, scribit post Cambysen Smerdem ¹ Magum ² regnasse, qui Pantapthen, inquit, filiam Cambysis duxit uxorem, qui cum a septem magis fuisset occisus, et in locum ejus Darius suscepisset imperium, eadem Pantapthes nupsit Dario, et ex eo Xerxen filium genuit. Secundo anno Darii septuagesimus captivitatis Hierusalem annus impletur, ut vult Eusebius, testem adhibens Zachariam prophetam, apud quem secundo Darii anno loquitur angelus: ^d Domine exercituum, **B** usquequo tu non misereberis Hierusalem et urbium Juda quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Item quarto Darii regis anno dicit idem propheta: ^e Cum jejunaretis et plangeretis per hos LXX annos, nunquid jejunium jejunastis mihi? Sexto Darii anno templi ædificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est quadragesimus sextus annus, ex quo ejus sub Cyro fundamenta sunt jacta. Unde in ^f Evangelio dicunt Judæi: *Quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc.* Cœperunt autem ædificare anno secundo Darii, mense sexto, die vicesima quarta, et anno sexto, ut dictum est, mense duodecimo, die tertia compleverunt. Ex quo apparet opus templi et antea non parva ex parte peractum, annos autem LXX a destructione illius usque ad perfectam restaurandi licentiam esse computandos. Pulsis urbe regibus, qui imperaverunt annis ³ CCXLIII, vix usque ad decimum quintum lapidem Roma tenebat imperium. Romæ post exactos reges, primum consules a Bruto esse cœperunt, deinde tribuni plebis, ac dictatores; et rursus consules rempublicam obtinuerunt per annos ferme CCCCLXIV usque ad Julium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium, Olympiade ⁴ CLXXXIII ^h.

[A. M. Hebr. 3488. Sept. 4836.] Xerxes filius Darii annis XX. Hic Ægyptum, quæ a Dario discesserat, capit, et adversus Græciam pugnaturus, DCCX millia armatorum de regno, et CCC de auxiliis, rostratas etiam naves MCC, onerarias autem MMM numero habuisse narratur; attamen victus patriam re-

VARIANTES LECTIONES.

¹ Omnes Edd. et Mss. Bedæ *Magnum*, sed crasso errore.

² Edd., in marg., IV, c. Mss. et Euseb.

SMITHII NOTÆ.

^a *Africanus LXX.* Apud Euseb. (*Præp. Evangel. l. x, p. 488*).

^b *Hieronymus.* In Danielis caput quintum.

^c *Magum.* Hieronymus, in Danielis cap. xi, 2.

^d *Domine exercituum.* Zach. i, 12.

^e *Cum jejunaretis.* Zach. vii, 5.

^f *Evangelio.* Joan. ii, 20.

³ *CCXLIII.* Eusebius dicit Romanorum reges imperasse annis CCXL, sive, ut quibusdam placet, CCXLIII. Hic numerus CCXLIII in omnibus Bedæ Codicibus invenitur, sed errore, ut videtur, scribarum. Nam revera secundum ipsum anni regum Romanorum implent tantum annos CCXLI, et Eusebii calculus ideo non anno minor est, quod XL tantum annos Numæ

D assignet, Beda autem XLI. Hoc eo accuratius notandum quod hinc pendeat applicatio annorum Urbis conditæ ad æram Christianam. Vid. infra, 3952.

⁴ *CLXXXIII.* Beda etiam hic Eusebium secutus, a prima Olympiade ad Julium Cæsarem ponit Olympiades CLXXXIII: immemor sui calculi, secundum quem non dantur ibi tot Olympiades xx annis. Ille enim Olympiades orditur ab a. m. 3498, primus autem annus Julii Cæsaris fuit anno 3906, distantia est annorum DCCIX; sed cum Olympiades implent annos DCCXXIX, quare desunt anni xx. Hic recurrit eadem quæ prius differentiæ ratio: Eusebius numerat viii annos de quibus diximus ad a. 3208, et xii annos de quibus ad a. 3363, quos annos Beda omitit.

fugit. Herodotus historiarum scriptor; Zeuxes pictor agnoscitur.

[A. M. Hebr. 5489. Sept. 4857.] ¹ Artabanus mensibus VII. Socrates nascitur.

[A. M. Hebr. 5529. Sept. 4877.] ² Artaxerxes, qui et Longimanus, id est, *μακρόχειρ*, annis XL. Hujus anno septimo, prima die mensis primi, Esdras sacerdos et scriba legis Dei, ascendit de Babylone cum epistolis regis; et in prima mensis quinti venit in Hierusalem cum viris M, DCC, et inter alia strenue gesta castigavit filios transmigrationis ab uxoribus alienigenis. Ejusdem anno vicesimo Neemias pingerna, de Susis castro adveniens, murum Hierusalem LII diebus restituit, et ducatum genti XII annis præbuit. ^a Hucusque divina Scriptura temporum seriem continet. Quæ autem post hæc apud Judæos sunt gesta, de libro Machabæorum, et Josephi atque Africani scriptis exhibentur, qui deinceps universam historiam usque ad Romana tempora prosecuti sunt. Et quidem ^b Africanus in quinto Temporum volumine hujus temporis ita meminit: « Mansit itaque imperfectum opus usque ad Neemiam, et vicesimum annum regis Artaxerxis, quo tempore regni Persarum C et XV anni fuerunt evoluti, captivitatis autem Hierusalem centesimus octogesimus et quintus annus erat. Et tunc primum Artaxerxes jussit muros extrui Hierusalem, cui operi præfuit Neemias, et ædificata est platea, et muri circumdati. Et ex illo tempore si numerare velis, ^c LXX annorum hebdomadas usque ad Christum poteris invenire. » Xerxes menses II post quem Sogdianus menses VII. Plato nascitur. Hippocrates medicus insignis habetur.

[A. M. Hebr. 5548. Sept. 4896.] Darius cognomento Nothus annis XIX. Ægyptus recessit a Persis. Reversis de captivitate Judæis non reges, sed pontifices præfuerunt usque ad Aristobulum, qui cum dignitate pontificis etiam regale sibi cœpit usurpare vocabulum.

[A. M. Hebr. 5588. Sept. 4936.] Artaxerxes, qui cognominatus est Mnemon, Darii et Parysatidis filius, annis XL. Sub hoc rege videtur Hester historia completa. Ipse quippe est qui ab Hebræis Asuerus,

et a Septuaginta interpretibus Artaxerxes vocatur. Athenienses XXIV litteris uti cœperunt, cum antea XVI tantum litteras haberent: Carthaginiensium bellum famosum. Galli Senones duce Brenno Romanos invaserunt, excepto Capitolio, et incensam VI mensibus vastaverunt. Tribuni militares pro consulibus esse cœperunt. Aristoteles auditor est Platonis, octavum decimum ætatis annum gerens.

[A. M. Hebr. 5614. Sept. 4962.] Artaxerxes, qui et Ochus, annis XXVI. Iste Ægyptum suo junxit imperio. Nectanebo rege in Æthiopiam pulso, in quo Ægyptiorum regnum destructum est. Demosthenes orator omnium rumore celebratur. Romani Gallos superant. Plato moritur. Post quem academiæ Speusippus tenuit.

[A. M. Hebr. 5618. Sept. 4966.] Arses Ochi filius, annis IV. Judæorum pontifex Maximus Jaddus clarus habetur, cujus frater Manasses templum in monte Garizi construxit. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates. Quarto ^d Ochi anno Alexander Philippi et Olympiadis filius, vicesimum ætatis annum gerens Macedonibus regnare incipit.

[A. M. Hebr. 5624. Sept. 4972.] Darius, Arsami filius, annis VI. Alexander adversum Illyricos et Thracas feliciter dimicans, subversis Thebis, in Persiam corripuit, et, apud Granicum flumen regis ducibus oppressis, urbem Sardis capit. Idem, capta Tyro, Judæam invadit, a qua favorabiliter exceptus Deo victimas immolat, et pontificem templi Iaddum honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso. Septimo regni sui anno Alexandriam in Ægypto condidit. Nec mora Babylonem obtinuit, interfecto Dario, in quo Persarum regnum destructum est, quod steterat annis CCXXXI. Quo tempore etiam Latini a Romanis perdomiti sunt.

[A. M. Hebr. 5629. Sept. 4977.] Alexander post mortem Darii annis V regnavit; nam antea VII. Alexander Hircanos et Mardos capit, ^e revertensque in Hammone condidit Parætonium. Idem Indicum usque Oceanum victoriis potius quam bellis pervenit, ac Babylonem reversus, tricesimo secundo vitæ, regni autem sui duodecimo, anno, veneni haustu

VARIANTES LECTIONES

¹ In Edd. *Artabanus* ponitur ad a. 5488.

² In Edd. *Artaxerxes* ponitur ad a. 5489.

SMITHII NOTÆ.

^a *Huc usque.* Desinente hic Vet. Testamenti chronologia, ego hic etiam LXX Interpretum calculis finem imponerem, sed quia dehinc ad Christum pauci tantum restant ad marginem numeri, non multo titulum donec ad illam usque æram perventum sit.

^b *Africanus.* Citatus ab *Hieronymo* in Daniels cap. IX.

^c *LXX.* In numerandis LXX Hebd. Beda procedit per hypotheseum annorum lunarium, computando viz. a vicesimo anno Artaxerxis usque ad Christum ducem hebdomadas LXX, hoc est, annos duodecim mensium lunarium ccccxc, qui sunt anni solares ccclxxv. Siquidem Persæ a præfato vicesimo anno regis Artaxerxis usque ad mortem Darii regnaverunt annis cxxvi; dehinc Macedones usque ad interitum Cleopatræ, annis ccc; inde Romani usque ad xvii Tiberii Cæsaris monarchiam tenuerunt annis lxx: quibus collectis fiunt anni ccclxxv. De hoc Beda fuse

septimo; revera nono, capite de Ratione temporum, ubi accuratam hujus hypothesis expositionem dedit.

^d *Ochi.* Ita omnes Codices, sed errore manifesto. Alexander enim Macedonibus regnare cœpit, non tempore Ochi, sed Arsis, cujus quartus annus est primus eorum septem, quibus Alexander ante mortem Darii regnavit.

^e *Revertensque in Hammone condidit Parætonium.* Id est, ea parte Ægypti quæ Hammon vocata est, a qua Parætonium Straboni *Hammonia* dicitur, lib. xvii. Sed notandum est quod deest hæc clausula in Græco Eusebii. Ratio omissionis vel additionis non constat, sed ne ratio criminationum quibus Scaliger hic pro more suo in reum suppositum effunditur. Non enim impossibile fuit Alexandrum Hircanos et Mardos capere, et exinde in Ægyptum reverti, et Parætonium condere.

periit. Post quem, translato in multos imperio, Ægyptum Ptolemæus Lagi filius tenuit, Macædonas Philippus qui et Arideus frater Alexandri, Syriam et Babylonem et omnia regna Orientis Seleucus Nicanor, Asiæ regnavit Antigonus, qui apud Danielem per quatuor Hirci, qui Arietem contereret, cornua designatur.

[A. M. Hebr. 3669. Sept. 5017.] Ægypto primus regnavit Ptolemæus Lagi annis XL. Appius Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, et viam Appiam stravit. Ptolemæus, Hierosolymis et Judæam in ditionem suam dolo redactis, plurimos captivorum in Ægyptum transtulit. Judæorum pontifex maximus Onias Jaddi filius clarus habetur. Tertio decimo Ptolemæi anno Syriæ et Babylonis, et superioribus locis regnare incipit Seleucus Nicanor; a quo tempore Machabæorum Hebræa historia ^b Græcorum supputat regnum, a quo et Edesseni sua tempora computant. Seleucus Seleuciam, Labdiceam, Antiochiam, Apamiam, Edessam, Beroeam et Pellam urbes condidit. Judæorum pontifex maximus religiosissimus ac piissimus Simon Oniæ filius clarus habetur. Post quem Eleazarus frater ejus suscepit templi ministerium, filio ejus Onia parvo admodum relicto. Seleucus in eas urbes quas extruxerat, Judæos transfert, jus eis civium et municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.

[A. M. Hebr. 3707. Sept. 5055.] Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII. Sostratus Chidrus Pharum in Alexandria construxit. Ptolemæus Judæos qui in Ægypto erant liberos esse permisit, et Eleazarum pontifici multa Hierosolymam et in templi donaria vas transmittens, Septuaginta interpretes petiit, qui Scripturam sanctam in Græcum verterent eloquium. Aratus agnoscitur. Judæorum pontificatum post Eleazarum avunculus ejus Manasses accepit. Talsæ autem potentie fuisse narratur Ptolemæus iste Philadelphus, ut Ptolemæum patrem vinceret. Narrant autem historie habuisse eum peditum CC millia, equitum XX millia, curruum II millia, elephantos, quos primus adduxit ex Æthiopia, CCCC, et cætera his similia.

[A. M. Hebr. 3753. Sept. 5081.] Ptolemæus Evergetes, frater superioris regis, annis XXVI. Qui inde Evergetes ab Ægyptiis est vocatus, quia, capta Sy-

ria et Cilicia, et propemodum universa Asia, inter innumera argenti pondera ac vasa pretiosa quæ cepit, etiam deos eorum quos Cambyses capta Ægypto in Persas portaverat retulit. Judæorum pontifex Onias Simonis Justii filius clarus habetur, cujus item filius Simon non minore gloria fulget, sub quo Jesus filius Syrach Sapientie librum componens, quem vocant Panarelon, etiam Simonis in eo fecit mentionem.

[A. M. Hebr. 3750. Sept. 5098.] Ptolemæus Philopator filius Evergetis annis XVII. Antiochus rex Syriæ, victo Philopatore, Judæam sibi sociat. Judæorum pontifex maximus Onias filius Simonis insignis habetur, ad quem Laceamoniorum rex Arius legatos mittit.

[A. M. Hebr. 3774. Sept. 5122.] Ptolemæus Epiphanes, filius Philopatoris, annis XXIV. Secundus liber Machabæorum apud Judæos hujus temporis gesta continet. Onias sacerdos, adsumptis Judæorum plurimis, fugit in Ægyptum; et a Ptolemæo honorifice susceptus, accepit eam regionem quæ Heliopoles vocabatur, et, concedente rege; templum extruxit in Ægypto simile templi Judæorum, quod permansit usque ad imperium Vespasiani annis CCL. Sub occasione igitur Oniæ pontificis infinita examina Judæorum in Ægyptum confugerunt, eo tempore et Cyreneorum multitudo repleta est. Hæc autem vel Oniæ vel cæteris fuit causa Ægyptum eundi, quia, pugnantibus contra se magno Antiocho et ducibus Ptolemæi, posita in medio Judæa in contraria studia scindebatur, aliis Antiocho, aliis Ptolemæo faventibus.

[A. M. Hebr. 3809. Sept. 5157.] Ptolemæus Philometor annis XXXV. Aristobulus natione Judæus, Peripateticus Philosophus agnoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moysen commentarios scripsit. Antiochus Epiphanes, qui post Seleucum cognomento Philopatorem annis XI regnavit in Syria, Judæorum legem impugnans, omniaque sordibus idolorum complens, in templo Jovis Olympii simulacrum ponit. Sed et in Samaria super verticem montis Garizi Jovis Peregrini delubrum ædificat, ipsis Samaritanis ut id faceret precantibus. Verum Mathathias sacerdos leges patrias vindicat, adversus Antiochi ducem arma corripens, quo mortuo ducatum Judæorum suscepit filius ejus Judas Machabæus, anno CXLVI regni Græcorum, vicési-

SMITHII NOTÆ.

Danielem. Cap. viii, 8.

^b *Græcorum.* Æra Alexandræa, Seleucidarum, et Græcorum, eadem est quæ tertio decimo a morte Alexandri anno, primo Seleuci Nicanoris, incipiens, sub successoribus ejus Demetriis et Antiochis in Syria obtinuit. Eam tunc temporis Judæi collecti sunt recipere, sub regno scilicet Græcorum degentes. Hoc igitur nomine in libris Machabæorum anni apud Judæos designantur. Eadem etiam est Edessenorum æra, de qua vide, infra, ad annum 4236. Diligenter hic est observandum quod anni Græcorum in primo Machabæorum libro a mense Nisan incipiant, in secundo a Tisi sequente, ita ut vi mensium differentia inter sit.

^c *CXLVI.* Recte hic Beda e libro primo Machab., cap. tertio, et duodecimo Josephi, cap. nono, ponit

mortem Mathathie, et successionem Judæ in ducatum, an. 146 regni Græcorum, recte etiam ponit vicesimum annum Philometoris in Olymp. 155; secundum Eusebium; quod autem hunc annum Philometoris, et illam Olympiadem ponat in anno 146 regni Græcorum, id ex suo ipsius errore dictum est. Annus enim 146 regni Græci non incidit an. Philometoris 20, sed 15, nec in Olymp. 155, sed 153, in ejus nempe annum secundum. Nihilominus si notetur Judam ducatum accepisse immediate a morte patris quæ incidit in an. 15 Philometoris, pontificatum autem non ante annum Philometoris vicesimum, Olympiade 155, Beda veritati historicæ non male consuluisse invenietur, licet non sine aliqua erroris labe que in uno temporis apice, et in loco apud primum auctores adeo perplexo, facile condonari possit.

mo autem Ptolemæi Olympiade CLV. Qui mox Antiochi duces de Judæa expellens, et templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges post triennium suis civibus reddidit. Unde post secessum Oniæ sacerdotis in Ægyptum, de quo supra diximus, et mortem Alchimi, qui, effugato Onia, pontificatum indignus invadere tentabat, omnium favore Judæorum Machabæo sacerdotium decernitur, quod post mortem ejus frater Jonathas sortitus, XIX annos summa ministravit industria.

[A. M. Hebr. 3838. Sept. 5186.] Ptolemæus Evergetes annis XXIX. Jonathas dux Judæorum et pontifex cum Romanis et Spartiatis amicitias facit; quo a Triphone interfecto, in sacerdotium frater Simon assumitur, anno regni Evergetis septimo, quod VIII annis strenuissime gerens filio Joanni reliquit. Hic, adversus Hircanos bellum gerens, Hircani nomen accepit, et a Romanis jus amicitie postulans, decreto senatus inter amicos relatus est. Samariam, quæ nostro tempore Sebaste vocatur, obsidione captam solo coæquavit, quam postea Herodes instaurans Sebasten in honorem Augusti appellari voluit.

[A. M. Hebr. 3855. Sept. 5205.] Ptolemæus Physcon qui et Soter, annis XVII. Cicero Arpini nascitur matre Helvia, patre equestris ordinis ex regio Voscorum genere. Hircano in pontificatum, quem ipse XXVI annis tenuit, Aristobulus succedit annum unum, qui rex pariter et pontifex primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne, post CCCCLXXXIV annos Babylonicæ captivitatis; post quem regnavit Jannæus cognomento Alexander annis XXVII, qui pontificatum quoque administrans crudelissime civibus præfuit.

[A. M. Hebr. 3865. Sept. 5215.] Ptolemæus, qui et Alexander, annis X. Hujus anno septimo Syria in Romanam ditionem cessit, capto Philippo a Gabinio. Expulsus de regno Ptolemæus Physcon per matrem Cleopatram, in Cyprum secedit.

[A. M. Hebr. 3875. Sept. 5221.] Ptolemæus, qui a matre fuerat ejectus annis VIII, regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant. Sylla Athenienses vastat.

[A. M. Hebr. 3905. Sept. 5251.] Ptolemæus Dionysius annis XXX. Ab hujus anno quinto Alexandra uxor Alexandri pontificis post mortem ejus regnavit Judæis annis IX, ex quo tempore Judæos rerum confusio et variæ clades oppresserunt. Post ejus mortem Aristobulus et Hircanus filii ejus contra se de imperio dimicantes, occasionem præbuere Romanis ut Ju-

dæam invaderent. Itaque Pompeius Hierosolymani veniens, capta urbe, et templo reserato, usque ad sancta sanctorum accedit, Aristobulum vinctum secum abducit, pontificatum confirmat Hircano, deinde Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palæstinæ facit, mansitque in pontificatu Hircanus annis XXXIV. Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur, haud procul a Mantua nascitur, Pompeio et Crasso consulibus. Pompeius, captis Hierosolyms, tributarios Judæos facit. Virgilius Cremonæ studiis eruditur. Cæsar Germanos et Gallos capit, et Britannos quoque, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum fuerat, victos obsidibus acceptis stipendiarios facit.

[A. M. Hebr. 3925. Sept. 5275.] Cleopatra soror Ptolemæi annis XXII. Orto enim bello civili inter Cæsarem et Pompeium, victus Pompeius Alexandriam petit, ibique ab ipso a quo sperabat auxilia Ptolemæo percussus interiit; mox Cæsar ubi Alexandriam venit, ipsi quoque Ptolemæus parare voluit insidias, unde bello ei inlato, victus in illo periit. Cæsar, Alexandria potitus, regnum Cleopatæ dedit, cum qua consuetudinem stupri habuerat; cujus tertio regni anno ipse primus Romanorum singulare obtinuit imperium, a quo Cæsares Romanorum principes appellati. Cleopatra regio comitatu urbem ingressa.

[A. M. Hebr. 3910. Sept. 5258.] Cæsar, ob insolentiam morum, conjurantibus in eum LX vel amplius senatoribus equitibusque Romanis, in curia confossus interiit, post annos IV et VI menses quam regnare coeperat. Cassius, Judæa capta, templum spoliavit.

[A. M. Hebr. 3966. Sept. 5314.] Octavianus Cæsar Augustus Romanorum secundus, regnavit annis LVI et mensibus VI, a quo Augusti appellati reges Romanorum, quorum XV vivente Cleopatra, XL et unum postea vixit annos. Undecimo Augusti anno deficiente in Judæa pontificum principatu, Herodes nil ad eum pertinens, ut pote Antipatri Ascalonitæ et matris Cypridis Arabicæ filius, a Romanis Judæorum suscepit principatum, quem tenuit annos XXXVI; qui ne ignobilis forte, et a Judæorum semine argueretur extraneus, combussit libros omnes quibus nobilitas gentis Judææ in templo servabatur adscripta, ut, deficientibus probamentis, et ipse ad hanc pertinere putaretur. Insuper etiam ut suam sobolem regio illorum generi commisceret, projecta Doside femina Hierosolymitana, quam privatus acceperat uxorem, et nato ex ea filio Antipatro, sociat sibi Mariannem filiam Alexandri, neptem Aristobuli fratris Hircani,

VARIANTES LECTIONES.

¹ Edd., *Cæsari ipse*, male.

² Edd., in textu, *V*, sed contra Mss, quare etiam

Editi *IV* in margine posuerunt.

SMITHII NOTÆ.

^a *Soter*. Hoc Cognomen etiam Ptolemæo Lagi inditum fuit, teste Josepho (*Ant. in*) et aliis.

^b *CCCCLXXXIV*. Josephus *CCCCLXXXI* (*Antiq. XIII, 19*). Sed a capto Zedechia, unde hi anni computantur, ad Aristobuli annum, intercedunt revera anni *CCCCLXXXVI*.

^c *Britannos quoque*. Vide Bedam, in sua *Hist. Eccles.*, 1, 2.

^d *Herodes*. In hujus et aliorum sub Romanis principatu pontifices Judæis pro arbitrio impositi. Horum Historiam ab Hircano, de quo supra, 4905, ad Phanassum ultimum, Josephus tradidit (*Antiq. libb. xv-xx*).

qui ante eum rex erat Judæorum. Hæc quinque ei genuit filios, quorum duos Alexandrum et Aristobulum ipse necavit in Samaria; nec mora, post etiam matrem illorum, qua nil charius noverat, simili scelere peremit. E quibus Aristobulus Herodem ex Beronice susceperat filium, quem in ^a Actibus apostolorum ab angelo percussum legimus. Tertio inter Augustum et Antonium orto bello, quod Antonius, qui Asiam et Orientem tenebat, repudiata sorore Augusti, Cleopatram duxisset uxorem, Antonius et Cleopatra victi, semet interficiunt. A quo tempore quidam primum annum Augusti monarchiæ supputant. Hactenus qui vocabantur Lagidæ in Ægypto regnaverunt annis CCXCV.

SEXTA ÆTAS.

[A. M. 5952. Chr. 1.] Anno Cæsaris Augusti ^b XLII, a morte vero Cleopatrarum et Antonii quando et Ægyptus in provinciam versa est anno XXVII; Olympiadis CXCIV anno tertio, ab Urbe autem condita anno ^c DCCLII, id est, eo anno, quo, compressis cunctarum per orbem terræ gentium motibus, firmissimam verissimamque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, Jesus Christus Filius Dei sextam mundi ætatem suo consecravit adventu. Anno imperii Augusti XLVII, Herodes morbo intercutis aquæ, et scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter et digne moritur, pro quo substitutus ab Augusto, filius ejus Archelaus, regnavit annis IX, id est, usque ad ipsius Augusti finem. Tunc enim non ferentibus ultra, sed accusantibus apud Augustum ferocitatem ejus Judæis, in Viennam urbem Galliæ relegatur, et ad minuendam Judaici regni potentiam, insolentiamque domandam, quatuor fratres ejus pro eo sunt tetrarchæ creati; Herodes, Antipater, Lysias et Philippus, quorum Philippus, et Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam vivente Archelao tetrarchæ fuerant ordinati.

[A. M. 5989. Chr. 38.] Tiberius privignus Augusti, hoc est, Livie uxoris ejus filius, ex superiore genitus conjuge, regnavit annis XXIII. Hujus anno duodecimo Pilatus Judææ procurator ab eodem dirigitur. Herodes tetrarcha, qui Judæorum principatum tenet annis XXIV, in honorem Tiberii et matris ejus Livie Tiberiadem condidit et Libiadem.

VARIANTES LECTIONES.

¹ Edd. Col. et Bas., *vera*, sed contra Sichardum et Mss.

² Edd. Col. et Bas. et Sichard. *IV*, reliqui Edd. et Mss., *III*.

SMITHII NOTÆ.

^a Actibus. Cap. XII, 23.

^b XLII. Hos annos Beda supputat a cæde Cæsaris, unde Nativitas Christi incidit in annum periodi Jul. 4712, duos annos ante vulg. æram Dionysianam, atque in hoc anno consentiunt reliquæ æræ, quas Beda hic memorat. Sola restat quæstio, an hic annus in computo includendus sit. Scaligeri Editio Chron. Euseb. hunc annum excludens, æram Christi a 43 Augusti orditur; sed Hen. Steph. Editio ipsum annum 42 includit, quod faciunt etiam reliqui fere chronologi mediarum ætatum. Adeo incertum est apud nuperos eruditos hujus æræ Christianæ initium, ut liberum cuique sit utrum horum annorum, currentem an integrum, velit eligere. Ego currentis anni computo accedo, non solum quod Bedæ numeris in hoc Chronico melius conveniat, sed etiam quod cum

[A. M. 5981. Chr. 50.] Anno quinto decimo imperii Tiberii, Dominus, post baptismum quod prædicavit Joannes, mundo regnum cælorum annunciat, peractis a principio mundi secundum Hebræos annis, ut Eusebius in Chronicis suis signat, IV millibus, adnotando quod sexto decimo Tiberii anno principium fuerit octuagesimi primi jubilæi, secundum Hebræos. Quare autem nostra supputatio undeviginti minus ponendos æstimaverit annos, facile qui ^d superiora libelli hujus legerit, inveniet. Juxta ¹ vero Chronica eadem quæ ipse Eusebius de utraque Editione, ut sibi videbatur, composuit, anni sunt VMCCXXVIII.

[A. M. 5984. Chr. 35.] Anno XVIII imperii Tiberii Dominus sua passione mundum redemit, et, prædicaturi per Judææ regiones, apostoli, Jacobum fratrem Domini Hierosolymis ordinant episcopum, ordinant et septem diaconos, et, lapidato Stephano, Ecclesia per regiones Judææ et Samaritæ dispergitur. Agrippa, cognomento Herodes, filius Aristobuli filii Herodis regis, accusator Herodis tetrarchæ, Romam profectus, a Tiberio in vincula conjicitur, ubi plurimos sibi adscivit ad amicitiam, et maxime Germanici filium Gaium.

[A. M. 5995. Chr. 42.] Gaius cognomento Caligula, regnavit annos ² III, et menses X, dies VIII. Hic Herodem Agrippam amicum suum, vinculis liberatum, regem Judææ facit, qui permanet in regno annis VII, id est, usque ad quartum Claudii annum; quo ab angelo percusso, successit in regnum filius ejus Agrippa, et usque ad exterminium Judæorum XXVI annis perseverat. Herodes tetrarcha et ipse Gaii amicitiam petens, cogente Herodiade, Romam venit, sed accusatus ab Agrippa etiam tetrarchiam perdidit, fugiensque in Hispaniam cum Herodiade, mœrore perit. Pilatus qui sententiam damnationis in Christum dixerat, tantis, irrogante Gaius, angoribus coarctatus est, ut sua se manu peremerit. Gaius, in deos se referens, Judæorum loca sancta sordibus idolorum profanavit. Matthæus in Judæa prædicans Evangelium scripsit.

[A. M. 4007. Chr. 56.] Claudius annos XIII, menses VII, dies XXVIII. Petrus Apostolus cum primus Antiochenam fundasset Ecclesiam, Romam pergit, ibique XXV annis cathedram tenet episcopalem, id est, usque ad ultimum Neronis annum. Marcus Evan-

D anno periodi Jul., quo æra evangelica et vera ponitur, coincidat.

^c DCCLII. Quod supra notatum est de annis Romanorum regum, ad an. mun. 5468, suum hic usum aperit. Nam si anni regum Romanorum fuerint cxxliii, annus nati Christi non fuerit Urbis conditæ 752, sed 751. Quare probabile est numerum cxxliii errorem esse in codd. Bedæ.

^d Superiora. Nempe ad numerum 2519, annos vii; ad 5011, i; ad 5510, x; ad 5544, ii: quibus computatis, sunt anni xx; sed quoniam in tertia ætate Eusebius unum annum minus quam Beda computaverat, adjectis sc. ix tantum annis, i ad Josuam, viii ad Sara. et Saul, ubi x, nempe ab Achiaione, detraxerat, differentia annorum ad undeviginti reducit.

gelium quod omne scripserat, Ægypto, Petro mittente, prædicat^a. Quarto Claudii an^b fames gravissima, cujus^c Lucas meminit, facta est. Eodem anno ipse Britanniam adiens, quam neque ante Julium Cæsarem, neque post eum quisquam attingere ausus fuerat, sine ullo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in ditionem recepit. Orcadas etiam insulas Romano adjecit imperio, ac sexto quam profectus erat mense, Romam rediit. Nono regni sui anno, Judæos tumultuantes Roma expulit, quod et^d Lucas refert. Sequenti anno fames maxima Romam corripit.

[A. M. 4021. Chr. 70.] Nero annos XIII, menses VII, dies XXVIII. Hujus secundo anno Festus Judææ procurator successit Felici, a quo Paulus Romam vincetus mittitur, et biennium in libera manens custodia, post hæc ad prædicandum dimittitur, necdum Nerone in tanta erumpente scelera quanta de eo narant Historiæ. Jacobus frater Domini cum XXX annis Hierosolymorum rexisset Ecclesiam, septimo Neronis anno lapidatur a Judæis, vindicantibus in illo, quod Paulum interficere nequiverunt. Festo in magistratu Judææ succedit Albinus, Albino Florus; cujus luxuriam et avaritiam cæteraque flagitia non ferentes Judæi, contra Romanos rebellaverunt, adversum quos Vespasianus magister militiæ transmissus, plurimas urbes Judææ cepit. Primus^e Nero super omnia scelera sua etiam Christianos persequitur, quorum eximios Romæ, Petrum cruce, Paulum occidit gladio. Hic in re militari nihil omnino ausus, Britanniam pene amisit, nam duo sub eo nobilissima oppida illiæ capta atque eyersa sunt.

[A. M. 4031. Chr. 80.]^f Vespasianus annos IX, menses XI, dies XXII. Hic apud Judæam imperator ab exercitu appellatus, et bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiiscitur; qui Titus secundo anno, Judææ regnum subvertit, templumque, solo stravit, post annos 6 primæ ædificationis ejus MCXXXIX. Consummatum est hoc bellum annis IV, duobus quidem Nerone vivente, et duobus aliis postea^h. Vespasianus inter alia magnorum operum in privata adhuc vita in Germaniam ac deinde in Britanniam, a Claudio missus, tricies et bis cum hoste confligit. Duas validissimas gentes, XX oppida, insulam Vectam Britanniæ proximam, impe-

A rio Romano adjecit. Colossus erigitur, habens altitudinis pedes CVII.

[A. M. 4033. Chr. 82.] Titus annos II, menses II. Vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut amor et deliciae humani generis diceretur. Hic Amphitheatrum Romæ ædificat, et in dedicatione ejus V ferarum millia occidit.

[A. M. 4049. Chr. 98.] Domitianus, frater Titii junior annos XV, menses V. Hic secundus post Neronem Christianos persequitur, sub quo apostolus Joannes in Pathmum insulam relegatus est. Et Flavia Domitilla, Flavii Clementis consulis ex sorore neptis, in insulamⁱ Pontianam ob fidei testimonium exulat. Qui et ipsum Joannem fertur in ferventis olei dolium misisse, sed Joannem tam immunem redisse a pœnis, quam a corruptione carnis manebat semper immunis.

[A. M. 4050. Chr. 99.] Nerva annum I, menses IV, dies VIII. Hic primo edicto suo cunctos exules revocavit, unde et Joannes apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit. Et quia concussam, se absente, per hæreticos vidit Ecclesiæ fidem, confestim hanc descripta in Evangelio suo verbi Dei æternitate stabilivit.

[A. M. 4069. Chr. 118.] Trajanus annos XIX, menses VI, dies XV. Joannes apostolus sexagesimo octavo anno post passionem Domini, ætatis autem suæ nonagesimo octavo, Ephesi placida morte quievit. Trajano adversum Christianos persecutionem movente, Simeon qui et Simon filius Cleophae, Hierosolymorum episcopus crucifigitur, et Ignatius Antiochiæ episcopus, Romam perductus, bestiis traditur. Alexander quoque Romanæ urbis episcopus martyrio coronatur, et septimo ab urbe milliario, via Numentana, ubi decollatus est, sepelitur. Plinius Secundus Novocomensis orator et historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii opera exstant. Pantheon Romæ quod Domitianus fecerat, fulmine concrematum; cui nomen inde datum est quod omnium deorum sit ipsa domus habitaculum. Judæi per diversas terrarum partes seditioem moventes, digna cæde sternuntur. Trajanus Romani imperii, quod post Augustum, defensum magis fuerat quam nobiliter ampliatum, fines longe lateque diffudit.

D [A. M. 4090. Chr. 139.] Adrianus, consobrinæ

VARIANTES LECTIONES.

¹ Sichardus et Mss. Westm. et Wilk., qui secundo.

SMITHII NOTÆ

^a Quarto. Ex hoc calculo confirmatur initium quod supra posuimus annorum Christi ab anno Nativitatis currente, id est, Augusti 42. Ad annum enim Claudii quartum Beda, in Hist. Eccl. 1, 3, ponit annum Christi 46. Si vero hunc ab anno Nativ. integro, id est, Augusti 43 incipiamus, non erit annus Christi 46, sed 45.

^b Fames.... Britanniam.... Orcadas. Vide Eccl. Hist. 1, 3, ad an. 46.

^c Lucas. Act. xi, 28.

^d Lucas. Act. xviii, 2.

^e Nero.... Britanniam pene amisit.... Duo oppida. Vide Eccl. Hist. 1, 3.

^f Vespasianus. Ante Vespasianum licet imperave-

rint Galba, Otho et Vitellius, annum unum, menses novem, eosque Eusebius nominet, in Beda tamen exemplo Orosii omittuntur; cujus rei Plutarchus in Galba rationem lepidam quidem, sed non minus justam, reddi, hos non tam Romani imperii quam comædiæ cujuspiam fuisse imperatores.

^g Primæ ædificationis. Sc., in quarto anno Salomonis.

^h Vespasianus... Britanniam missus.... Vectam capit. Hist. Eccl. 1, 3.

ⁱ Pontianam. Euseb., Pontian. Plin., vi, 3, adversum Formias Ponticæ. Plures sunt, sed illa ad quam Fl. Domitilla relegata est, jacet xxxii m. p. a Tarraçina, ubi martyrium consummavit.

Frajani filius, annos XXI. Hic per Quadratum discipulum apostolorum, et Aristidem Atheniensem, virum fide sapientiaque plenum, et per Serenum Granium legatum, libris de Christiana religione compositis instructus, præcepit per epistolam Christianos sine objectu criminum non damnari. Idem Judæos secundo rebelles ultima cæde perdomuit, etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata, quam ipse in optimum statum murorum extructione reparavit, et Æliam vocari de nomine suo præcepit. Idem eruditissimus in utraque lingua Bibliothecam Athenis miri operis extruxit. Hierosolymæ primus ex gentibus constituitur episcopus Marcus, cessantibus his qui fuerant ex Judæis, qui sunt numero XV, et præfuerunt a passione Domini per annos fere C et VII.

[A. M. 4142. Chr. 161.] Antoninus cognomento Pius, cum filiis suis Aurelio et Lucio annos XXII, menses III. Justinus philosophus librum pro Christiana religione compositum Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos homines fecit. Qui non longe post, suscitante persecutionem Crescente Cynico, pro Christo sanguinem fudit sub Pio Romæ episcopo. Hermes scripsit librum qui dicitur *Pastor*, in quo præceptum angeli continet, ut Pascha die Dominico celebraretur. Polycarpus Romam veniens multos ab hæretica labe castigavit, qui Valentini et Cerdonis fuerant nuper doctrina corrupti.

[A. M. 4151. Chr. 180.] M. Antoninus Verus, cum fratre Lucio Aurelio Commodus, annos XVIII¹, mensem unum. Hi primum æquo jure imperium administraverunt, cum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint: bellum deinde contra Parthos admirabili virtute et felicitate gesserunt. Persecutione orta in Asia Polycarpus et Pionius fecere martyrium, in Gallia quoque plurimi gloriose pro Christo sanguinem fudere. Nec multo post vindex scelerum lues multas late provincias, Italiam maxime Romamque

vastavit. Defuncto Commodus fratre, Antoninus Commodum filium suum consorem regni facit. Antonino imperatori, Melito Asianus Sardensis episcopus Apologeticum pro Christianis tradidit. ^a Lucius Britanniae rex, missa ad Eleutherum Romæ episcopum epistola, ut Christianus efficiatur impetrat. Apollinaris Asianus Hierapoli, et Dionysius Gorinthe, clari habentur episcopi.

[A. M. 4144. Chr. 193.] L. Antoninus Commodus post mortem patris regnavit annos XIII. Hic adversum Germanos bellum feliciter gessit, cæterum ipse per omnia luxuriæ et obscœnitati mancipatus nihil paternæ virtutis et pietatis simile gessit. Irenæus episcopus Lugdunensis insignis habetur. Commodus imperator, Colossi capite sublato, suæ imaginis caput **B** ei jussit imponi.

[A. M. 4145. Chr. 194.] Ælius Pertinax menses VI. Hic Juliani jurisperiti scelere occiditur in palatio, quem, mense septimo postquam cœperat imperare, Severus apud pontem Milvium bello victum interfecit. Victor decimus tertius Romæ episcopus, datis late libellis, constituit Pascha die Dominico celebrari, sicut et prædecessor ejus Eleutherus a quinta decima luna primi mensis usque in vicesimam primam. Cujus decretis favens Theophilus Cæsareæ Palæstinæ episcopus, scripsit adversus eos qui quarta decima luna cum Judæis Pascha celebrant, cum cæteris qui in eodem concilio aderant episcopis, synodicam et valde utilem epistolam.

[A. M. 4165. Chr. 212.] ^b Severus Pertinax annos ² XVIII. Clemens, Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et Pantænus, Stoicus philosophus, in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur. Narcissus Hierosolymorum episcopus, et Theophilus Cæsareensis, Polycarpus quoque et Bachylus, Asianæ provinciæ episcopi insignes habentur. Persecutione in Christianos facta, plurimi per diversas provincias inter quos et Leonides, pater Origenis, martyrio

VARIANTES LECTIONES.

¹ Numeri ad marginem 4151, 4144, 4145 ponuntur secundum Synchronum, licet reliqui Edd. et Mss. habeant 4152, 4145, 4146, sed hi numeri temporibus imperatorum uno plane anno discordant.

² Ita Synchronus et Edd. Bas. et Col.; sed Mss. et Ed. Par. habent XVII, quibus accedunt Codd. Hist.

SMITHII NOTÆ.

^a Lucius. Licet Beda hic in Chronico, Lucii meminit post defunctum Commodum, tamen in Eccl. Hist. ponit eum temporibus Veri et Commodi fratrum (*Lib. I, c. 4*). In Chronico Beda Eusebium sequitur, secundum quem Verus et Commodus fratres cœperunt regnare a. 162. Commodus defunctus a. 170. Eleutherus pontifex factus a. 177. Commodus filius consors regni, a. 178, regnat solus 181. Eleutherus moritur circa a. 191. Idem vero in Hist. Eccles. Orosium sequitur. Ibi ergo Verus et Commodus incipiunt simul regnare a 156, et longe alia temporum ratio instituitur. Verèor ne frustra fuerit qui hos calculos conciliare nitatur. Ordo narrationis de Lucio in hac periodo Chronici videtur favere opinioni quæ Commodum Filium loco Commodi fratris ponit. Quo concessio, secundum hujus loci calculum, nihil obstat quominus Lucius ad Eleutherum in principio pontificatus sui litteras mittere potuerit;

Eccles., exceptis tantum duobus Codd. inferioris auctoritatis, sed cum Eusebii aliisque optimæ notæ auctores XVIII habeant, et series chronologica ab Antonino pio ad Severum illi numero favere videatur, nihil muto.

D verba autem narrationis in Hist. Eccles. fratrem Commodum volunt, sicut et calculus, ibidem, Lucium ad Eleutherum scribere in fratris tempore admittit. Sed de hac re vid. plura ad Hist. Eccl., I, 4. Nota interim quod hæc de Lucio Historiam Beda putatur sumpsisse e libro pontificali, de quo libro, præter Labbeum in *Conc.*, t. I, et de *Scrip. Eccl.* t. I, vid. Lambecium in *Comment. ad Biblioth. Vindob.* lib. II, p. 924, etc. Undecunque desumpta sit, consentiunt omnes Bedam primum illam Chronicis inseruisse, post eum Ado, Hermannus Contractus, etc., suis illam ediderunt.

^b Severus. Ante Severum ponendus erat Divus Salvius Julianus, qui, ut tradit Dion, imperavit dies LXVI, seu ut Eutropius et Orosius menses VII, sed ille apud Bedam tanti non erat ut inter imperatores numeraretur.

coronati sunt. Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Severus in Britannias bellum transfert, ubi ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, magnam fossam, firmissimumque^a vallum crebris insuper turribus communitum per CXXXII millia passuum a mari usque ad mare duxit, et Eburaci obiit. Perpetua et Felicitas apud Carthaginem Africae in castris, bestiis deputatae pro Christo Nonis Martiis.

[A. M. 4170. Chr. 219.] Antoninus cognomento Caracalla Severi filius, annos VII. Alexander episcopus Cappadociae, cum, desiderio locorum sanctorum, Hierosolimam venisset, vivente adhuc Narcisso ejusdem urbis episcopo, persenilis ætatis viro, et ipse ibi ordinatur episcopus, Domino, ut id fieri deberet, per revelationem monente. Tertullianus Afer centurionis proconsularis filius omnium Ecclesiarum sermone celebratur.

[A. M. 4171. Chr. 220.] Macrinus annum I. Abgarus vir sanctus regnavit Edessæ, ut vult Africanus. Macrinus cum filio Diadumeno cum quo imperium invasit, apud Archilaïdem militari tumultu occiditur.

[A. M. 4175. Chr. 224.] M. Aurelius Antoninus annos IV. In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore temporum. Hæc est Emmaus quam Dominus post resurrectionem suo ingressu, sicut Lucas narrat, sanctificare dignatus est. Hippolytus episcopus, multorum conditor opusculorum, temporum canonem quem scripsit nucusque perduxit; qui etiam sedecennalem paschæ circulum reperiens, Eusebio qui super eodem pascha decenovenalem circulum composuit occasionem dedit.

[A. M. 4858. Chr. 237.] Aurelius Alexander annis XIII. Hic in Mammeam matrem suam unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis. Urbanus Romæ episcopus multos nobilium ad fidem Christi et martyrium perduxit. Origenes Alexandriae, imo toto orbe clarus habetur. Denique Mammea mater Alexandri eum audire curavit, et Antiochiam accitum summo honore habuit.

[A. M. 4191. Chr. 240.] Maximinus annis III. Hic adversus Ecclesiarum sacerdotes et clericos, id est,

A doctores, persecutionem exercet, maxime propter Christianam Alexandri cui successerat, et Mammeæ matris ejus familiam, vel præcipue propter Origenem presbyterum. Pontianus et Antherus Romanæ urbis episcopi martyrio coronati, et in cœmeterio Calixti sunt sepulti.

[A. M. 4197. Chr. 246.] Gordianus annis VI. Julius Africanus inter scriptores Ecclesiasticos nobilis habetur: qui in^b Chronicis quæ conscripsit, refert se Alexandriam properare, Heraclæ opinione celeberrima provocatum, quem et in divinis et in philosophicis studiis atque omni Græcorum doctrina instructissimum fama loqueretur. Origenes in Cæsarea Palæstinae Theodorum cognomento Gregorium, et Athenodorum adolescentulos fratres, Ponti postea nobilissimos episcopos divina philosophia imbuunt.

[A. M. 4204. Chr. 253.] Philippus cum Philippo filio annis VII. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit; ac post tertium imperii ejus annum millesimus a conditione Romæ annus expletus est; ita magnificis ludis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus a Christiano imperatore celebratus est. Origenes adversus quemdam Celsum Epicureum philosophum qui contra nos libros conscripserat, octo voluminibus respondit; qui, ut breviter dicam, tam scribendi sedulus fuit, ut Hieronymus^c quodam loco^d VI librorum ejus millia se legisse meminerit.

[A. M. 4205. Chr. 254.] Decius anno ., mensibus III. Hic cum Philippos patrem et filium interfecisset, ob odium eorum in Christianos persecutionem movet, in qua Fabianus, in urbe Romæ martyrio coronatus, sedem sui episcopatus Cornelio dereliquit, qui et ipse martyrio coronatus est. Alexander Hierosolymorum episcopus apud Cæsaream Palæstinae, et Antiochiæ Babyllas interficiuntur. Hæc autem persecutio, ut Dionysius Alexandriae episcopus refert, non ex præcepto imperatoris sumpsit exordium, sed anno^d inquit, integro principalia prævenit edicta minister dæmonum qui dicebatur in civitate nostra Divinus, superstitiosum contra nos exagitans vulgus.

[A. M. 4207. Chr. 256.] Gallus cum Volusiano filio annis II, mensibus IV. Hujus imperii Dionysius Alexandriae antistes ita^e meminit: « At ne Gallus quidem malum Decii aut videre potuit, aut cavere, sed

VARIANTES LECTIONES.

^a Ita Hieron (*De Scr. Eccl.*), non *Heraclia*.

^b Codices plurimi, V sed Ms. Westm. et ipse

SMITHII NOTÆ.

^a Vallum per cxxxii m. p. Necesse est erratum hic esse in mensura valli; latitudo enim insulae ubi valla posita fuerunt tot mille passus neutrobique admittit. Id Beda valli interioris accola ignorare non potuit; sed ille Eusebium hic scripsit Hieronymianum, in quo valli mensura reddita fuit per mille passus cxxxii nam Græca habent *σταδίων χιλίων*, quod per alios numeros nempe lxxxii vel xxxii reddi non potuit. Error ergo est, sed auctorum, non Codicum, ut vulgo conjicitur. Litteræ numerales c vel l omituntur, nec mutantur, sed homines ipsi Græci vel Romani de re ignota scripserunt, et Beda ees implice nimis secutus est.

Hieron., loco infra citato, VI.

^b *Chronicis*. Horum Chronicorum præcipua fragmenta vid. apud Euseb., in *Chronico*, a Scaligero confuse edita, sed apud Georgium syncellum, in *Chronographia*, a Goaro, paulo distinctius.

^c *Quodam loco*, Hieron., *Apol. adversus Rufinum*, lib. II, hæc habet verba: *Nolo dicas quæ de eisdem libris in aliis locis ejusdem auctoris catholice dicta legeram, ne me mittas ad sex millia librorum ejus, quos legisse beatum papam Epiphanium criminari.*

^d *Inquit*. Vide hæc verba apud Eus., *Hist. Eccl.* VI, 41.

Meminit. Vide

in eundem lapidem offensionis iniecit : cujus cum regnum floreret initio, et cuncta ei ex sententia cederent, sanctos viros qui pro pace regni (juxta Deo summo supplicabant, persecutus est, cum quibus et prosperitatem suam fugavit et pacem. » Origenes, septuagesimo ætatis anno non ad integrum impleto defunctus, et in urbe Tyri sepultus est. Cornelius, Romæ episcopus, rogatus a quadam matrona Lucina, corpora apostolorum de catacumbis levavit noctu, et posuit Pauli quidem via Hostiensi ubi decollatus est, Petri autem juxta locum ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templum Apollinis, in monte ¹ Aureo, in Vaticano palatii Neroniani, tertio Kalend. Jul.

[A. M. 4222. Chr. 271.] Valerianus cum filio Gallieno annis XV. Illic, in Christianos persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege capitur, ibique, luminibus orbatus, servitute miserabili consenscit. Unde Gallienus, tam claro Dei judicio terribitus, pacem nostris reddidit, sed ob meritum tamen vel propriæ libidinis vel paternæ theomachiæ, innumera a Barbaris adsurgentibus Romani regni detrimenta sustinuit. Hac persecutione Cyprianus Carthaginensis episcopus, cujus doctissima exstant opuscula, martyrio coronatur. cujus vitæ et passionis volumen egregium reliquit Pontius diaconus ejus, qui usque ad diem passionis ejus cum ipso exilium sustinuit. Theodoros, cujus supra meminimus, cognomento Gregorius, Neocæsareæ Ponti episcopus, magna virtutum gloria claret. E quibus unum est, quod, ut Ecclesiæ faciendæ locus sufficeret, montem precipibus movit. Stephanus et Xistus Romæ episcopi martyrium passi.

[A. M. 4224. Chr. 273.] Claudius anno I, mensibus IX. Iste Gothos jam per annos XV Illyricum Macedoniamque vastantes superat, ob quæ in curia clypeus ei aureus, et in Capitolio statua aurea collocata est. ² Malchion disertissimus Antiochenæ pres-

VARIANTES LECTIONES.

¹ Edd., *Aurelio*, male, quare etiam *aureo* in marg. posuerunt.

² Id verum nomen est apud Bedæ auctorem *Hieron.* (*De Script. Eccl.*), non *Marion*, ut Codd. Bedæ corrupte, quare Ado *Malchion* reposit.

SMITHII NOTÆ.

^a *Hodie exstat.* Ita Hieron. (*De Script. Eccl.*) pro sua ætate. Hodie dialogus ille non exstat, ex eo tamen loca quædam adducit Leontinus Byz. libro tertio contra *Nestorium*. Biblioth. PP. T. IX.

^b *Super pascha.* Vid. Eus., *H. E.* VII, 23, et *Æg. d. Bucherium.* (*De Doctrina temp.*)

^c *Secundo.* In hoc anno coacervatæ sunt multorum populorum epochæ sine ullo eventu cui respondeant. *Annus, inquit, fuit....* Sed quis fuit hic annus qui præ aliis tot nolis temporis insigniatur? Nihil hic dictum, quare et Baronius leviter locum prætermittit, quod, nempe, nihil ad ecclesiasticam ab annis Christi deductam chronologiam pertineat (*Annal.*, a. 280). Imo vero pertinet aliquid, et non levis momenti. In superiore periodo habuimus: *Insana Manichæorum hæresis his temporibus oritur.* Hujus perniciem omnes usquequaque civitates perpetue memorie tradendam censuerunt, et secundum suam quæque ætam libris publicis inseri serunt. Hujus facti notitiam Euseb., quem Beda hic expresse citat,

byter Ecclesiæ, quippe qui in eadem urbe rhetoricam docuerat, adversus Paulum de Samosata qui, Antiochiæ episcopus dogmatizabat Christum communis naturæ hominem tantum fuisse, accipientibus notariis, disputavit, qui dialogus usque ^a hodie exstat.

[A. M. 4229. Chr. 278.] Aurelianus annos V, menses VI. Hic cum adversum nos persecutionem movisset, fulmen ante eum magno favore circumstantium ruit, ac non multo post a militibus occisus est, itineris medio quod inter Constantinopolim et Hieracleam est, stratæ veteris ³ loco qui Cænofrurium appellatur. Eutychianus, Romæ episcopus, martyrio coronatus in cœmeterio Callisti sepelitur, qui et ipse CCCXIII martyres manu sua sepelivit.

[A. M. 4230. Chr. 279.] Tacitus menses VI. Qui apud Pontum occiso, obtinuit Florianus imperium diebus LXXXVIII, et sic apud Tharsum interficitur. Anatolius naione Alexandrinus, Laodiceæ Syriæ episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, plura in sermone celebratur. Cujus ingenii magnitudo de libro quem ^b super Pascha composuit, et de decem libris Arithmeticæ institutionis potest apertissime ^c cognosci.

[A. M. 4236. Chr. 285.] Probus annis VI, menses IV. Hic Gallias jamdudum a Barbaris occupatas, per multa et gravia prælia, deletis tandem hostibus ad perfectum liberavit. ^c Secundo hujus anno, qui ut in Chronicis Eusebii legimus, juxta Antiochenos CCCXXV annus fuit, juxta Tyrios CCCCH, juxta Laodiceos CCCXXIV, juxta Edessenos DLXXXVII, juxta Ascalonitas CCCLXXX, secundum Hebræos initium LXXXVI jubilei quod significat annos MMM, CCL, insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta. Archelaus Mesopotamiæ episcopus, librum disputationis suæ quam habuit adversus Manichæum exeuntem de Perside Syro sermone composuit, qui ^d translatus a Græcis habetur a multis.

³ Plurimi Codices, *locus Cænofrurium*, sed mutilato sensu; Sichardus *loco*, relativo neglecto.

⁴ Hic addunt Codices Bedæ: *Insana Manichæorum hæresis his temporibus oritur.* quod infra exposuimus.

hoc ordine reliquit: *Secundo anno Probi, qui juxta Antiochenos 325 annus fuit, juxta Tyrios 402, juxta Laodiceos 324, juxta Edessenos, 588, juxta Ascalonitas 380, insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* Jam vero exscriptores Eusebii hanc de Manichæis clausulam distinctam primum ediderunt, deinde exscriptores Bedæ, transpositam in superiorem periochen sub Tacito. Scaliger hoc vidit, et puncta emendavit, sed non penitus verba. Ego utraq; restitui ut supra in textu. Ubi ultra notandum Bedam ad epochas Eusebii addere etiam de suo jubileum Hebræicum. Quod ad epochas hic positas, Antiocheni annos suos deducebant a primo Julii Cæsaris, Tyrii ab epocha incerta circa a. m. 3829, Laodicei a secundo Julii Cæsaris, Edesseni ab anno primo Seleucidarum a. m. 542 (*Vid. Bed. ad a. 3669*), Ascalonitæ ab a. m. 3851 ab epocha item incerta.

^d *Translatus habetur.* Ejus fragmenta vid. apud Cyr. Hier. (*Catech.*); Socrat. (*H. E.*, I, 22), II. Va

[A. M. 4258. Chr. 287.] Carus cum filiis Carino et Numeriano annis II. Gaius Romanæ Ecclesiæ fulget episcopus, qui a Diocletiano martyrium passus est. Pierius, presbyter Alexandriæ, sub Theone episcopo florentissime populos docuit, et tantam sermonis diversorumque ^a tractatum, qui usque hodie exstant, invenit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur, vir miræ parcimoniæ, et voluntariæ paupertatis appetitor, qui post persecutionem omni tempore vitæ Romæ versatus est.

[A. M. 4258. Chr. 307.]^b Diocletianus cum Herculio Maximiano annis XX. Carausius, sumpta purpura, Britannias occupavit. Narseus, rex Persarum, Orienti bellum intulit. ^c Quinquegentiani Africam vastaverunt. Ægyptum Achilleus obtinuit. Ob quod Constantius et Galerius Maximianus Cæsares assumantur in regnum. Constantius privignam Herculi Theodoram accepit, ex qua postea VI liberos Constantini fratres habuit; Galerius filiam Diocletiani Valeriani. Post X annos per Asclepiodotum præfectum prætorio Britannia receptæ. Decimo et nono anno Diocletiani, ipse in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente, vastari ecclesias, affligi, interficique Christianos præcipiunt. Secundo autem persecutionis anno Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt. Attamen coepta semel persecutio usque ad septimum Constantini annum fervere non cessat. Constantius, decimo sexto imperii anno, summæ mansuetudinis et civilitatis vir, in Britannia diem obiit Eburaci. Hæc persecutio tam crudelis et crebra flagrabat, ut intra unum mensem XVII millia martyrum pro Christo passa inveniantur. Nam et Oceani limbum transgressa, Albanum, Aaron, et Julium Britannia, cum aliis pluribus viris ac feminis felici cruore damnavit. Passus est hac Pamphilus presbyter, Eusebii Cæsareensis episcopi necessarius, cujus vitam ipse tribus libris comprehendit.

[A. M. 4259. Chr. 308.] Tertio persecutionis anno, quo et Constantius obiit, Maximinus et Severus a Galerio Maximiano Cæsares facti, e quibus Maximinus maleficia et stupra sua Christianorum persecutionibus accumulavit. Passus est ea tempestate Petrus Alexandriæ episcopus cum pluribus Ægypti episcopis, Lucianus quoque vir moribus et continentia et

eruditione præcipuus Antiochenus presbyter. passus est et Timotheus Romæ decimo Kalend. Jul.

[¹ A. M. 4290. Chr. 339.]^d Constantinus Constantii ex concubina Helena filius, in Britannia creatus imperator, regnavit annis XXX et mensibus X. Ab anno persecutionis quarto, Maxentius Herculii Maximiani filius Romæ Augustus appellatur. Licinius, Constanti e sororis Constantini vir, Carnunti imperator creatur. Constantinus de persecutore Christianus efficitur. In Nicæno concilio fides catholica exponitur, anno ^e post Alexandrum sexcentesimo tricesimo sexto, die mensis, secundum Græcos, Desii nono decimo, quod est ² tertio decimo Kalendarum Juliarum, consulatu Paulini et Juliani ³ vv. cc. Constantinus fecit Romæ, ubi baptizatus est, basilicam beati Joannis Baptistæ quæ appellata est Constantiniana. Item basilicam beato Petro in templo Apollinis, nec non et beato Paulo, corpus utriusque ære Cyprio circumdans V pedes grosso. Item basilicam in palatio ⁴ Sessoriano quæ cognominatur Hierusalem, ubi de ligno crucis Domini posuit. Item basilicam sanctæ martyris Agnetis ex rogatu filia suæ, et baptisterium in eodem loco, ubi et baptizata est soror ejus Constantia cum filia Augusta. Item basilicam beato Laurentio martyri via Tiburtina in agro Verano. Item basilicam via Lavicana inter duas laurus beato Petro et Marcellino martyribus, et mausoleum ubi matrem suam posuit in sarcophago purpureo. Item basilicam in civitate Hostia juxta portum urbis Romæ beatorum apostolorum Petri et Pauli et Joannis Baptistæ. ⁵ Item basilicam in civitate Albanensi sancti Joannis Baptistæ. Item basilicam in urbe Neapoli. Item Constantinus Drepanam Bithyniæ civitatem in honorem martyris Luciani ibi conditi instaurans, ex vocabulo matris suæ Helenopolim nuncupavit. Idem urbem nominis sui statuens in Thracia, sedem Romani imperii et totius caput Orientis esse voluit. Idem statuit citra ullam hominum cædem paganorum templa claudi.

[A. M. ⁶ 4314. Chr. 363.] Constantius cum Constantino et Constante fratribus, annos XXIV, menses V, dies XIII. Jacobus Nisibenus episcopus agnoscitur, ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberata est. Impietas Ariana, Constantii regis fulta presidio, exiliis, carceribus et variis afflictionum modis

VARIANTES LECTIONES.

Edd., 4288, male.

² Codices Bedæ X. Sed Tituli authenticii concilii Nicæni, tum in ipso concilio, tum in conc. Chalced., act. 2, habent XIII, quod etiam coincidens nonus decimus Desii mensis dies rectum esse demonstrat.

³ Mss. Westm. et Wilk. m̄cc, quasi litteræ es ent numerales, cum revera sint tantum notæ tituli *virorum clarissimorum* conscribibus appositi.

⁴ Codices editi, *Sosoriano, vel potius Sessoriano*. Correctio margini primum ascripta videtur, quæ postea in textum irrepsit, nam Mss. habent *Sessoriano* tantum sine ulla epanorthosi.

⁵ Ab hoc anno usque ad a. 4180 Editio Paris. 4, et melioris notæ Mss. in temporum calculo præcedunt Edd. Bas. et Col. anno uno, recte.

SMITHII NOTÆ

les., ad finem Annotat. (P. 197); Epiphan. (*Hær.* 66.)

^a *Tractatum*. Pierii tract. non exstant.

^b *Diocletianus... Carausius, Allectus, Asclepiodotus... Albanus, Aaron et Julius martyres*. Hist. Eccl. 1, 6, 7.

^c *Quinquegentiani*. A quinque civitatibus (ibyæ,

Cyrenis, Ptolemaide, Arsinoe quæ et Teuchira, Darms, et Berenice. Scal., in Euseb., p. 245.

^d *Constantinus ex concubina... in Britannia*. Imperator. Nicænum concilium. Vide Hist. Eccl. 1, 8.

^e *Post Alexandrum*. Post primum scilicet annum Seleucidarum, qui fuit a. m. 4277, ante Christum 126, secundum Bedam.

primum Athanasium, deinde omnes non suæ partis episcopos persecuta est. Maximinus, Trevirorum episcopus, clarus habetur, a quo Athanasius Alexandriæ episcopus cum a Constantio quæreretur ad pœnam, honorifice susceptus est. Antonius monachus centesimo quinto ætatis anno in eremo moritur. Reliquiæ apostoli Timothei Constantinopolim in vectæ. Constantio^a Reman ingresso, ossa Andreæ apostoli et Lucæ evangelistæ a Constantinopolitanis miro favore suscepta. Hilarius Pictaviensis episcopus qui pulsus ab Arianis in Phrygia exsulaverat, cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias rediit.

[A. M. 4516. Chr. 365.] Julianus annos II, menses VIII. Julianus, ad idolorum cultum conversus, Christianos persecuitur. Pagani apud Sebasten Pælastinæ urbem sepulcrum Joannis Baptistæ invadunt, ossa dispergunt, eadem rursum collecta et cremata latius dispergunt. Sed Dei providentia affluere quidam ex Hierosolymis monachi qui, mixti colligentibus, quæcunque ipsi poterant ablata ad patrem suum Philippum pertulere. Ille confestim hæc (supra se enim ducebat tantum thesaurum propriis servare vigiliis) ad pontificem maximum, tunc Athanasium, per Julianum diaconum suum mittit. Quæ ille, suscepta paucis arbitris, sub cavato sacrorum pariete inclusa, prophetico spiritu profutura generationi posteræ conservavit; cujus præsagium sub Theodosio principe per Theophilum ejusdem urbis episcopum completur, qui, destructo Serapis sepulcro, sancti Joannis ibidem consecravit ecclesiam.

[A. M. 4517. Chr. 366.] Jovianus mensibus VIII. Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta, in qua¹, omnisio^b anomeioque rejecto, medium inter hæc omoiousion Macedonianum dogma vindicaverunt. Jovianus, lapsu Constantii prædecessoris admonitus, honorificis et officiosissimis litteris Athanasium requirit, ab ipso formam fidei et Ecclesiarum disponendarum suscepit modum: Sed ejus pia lætaque principia mors immatura corruptit.

[A. M. 4528. Chr. 377.] Valentinianus cum fratre Valente annis XI. Apollinaris Laodicensis episcopus multimoda nostræ religionis scripta componit, qui postea a fide devians hæresim sui nominis instituit. Damasus, Romæ episcopus, fecit basilicam juxta theatrum sancto Laurentio, et aliam in catacumbis ubi jacuerunt corpora sancta apostolorum Petri et Pauli, in quo loco² platoniam ipsam ubi jacuerunt

corpora sancta versibus adornavit. Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus nostros persecuitur. Gratianus Valentiniani filius tertio ejus anno Ambianis imperator factus est. Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur. Post Auxentii seram mortem, Mediolani Ambrosio episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur. Hilarius episcopus Pictavis moritur.

[A. M. 4552. Chr. 381.] Valens cum Gratiano et Valentiniano, Valentiniani fratris sui filiis, annis IV. Valens, lege data ut monachi militarent, nolentes fustibus jussit interfici. Gens Hunnorum diu inaccessis reclusa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos, eosque sparsim conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothi, transito Danubio, fugientes a Valente sine armorum depositione suscepti, mox per avaritiam Maximi ducis fame ad rebellandum contacti sunt, victoque Valentis exercitu per Thraciam sese miscentes, simul omnia cædibus, incendiis rapinisque fuderunt.

[A. M. 4558. Chr. 387.] Gratianus cum fratre Valentiniano annis VI. Theodosius, a Gratiano imperator creatus, maximas illas Scythicas gentes, hoc est, Alanos, Hunos et Gothos magnis multisque præliis vincit; cujus concordiam non ferentes Ariani, post XL annos Ecclesias quas vi tenere, reliquerunt. Synodus CL Patrum congregatur urbe Augusta adversus Macedonium sub Damaso Romæ episcopo. Theodosius Arcadium filium suum consortem facit imperii. A secundo Gratiani anno, ipso³ quinquies et Theodosio coss.,^c Theophilus paschalem computum scribit. ^d Maximus vir quidem strenuus et probus atque Augusto dignus nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Brittania invitus propemodum ab exercitu imperator creatus in Galliam transit, ibique Gratianum Augustum dolis circumventum apud Lugdunum occidit, fratremque ejus Valentinianum Italia expulit; qui tamen justissimam cum matre sua Justina pœnam luit exsilii, quia et ipsum Ariana polluit hæresis, et eminentissimam catholicæ fidei arcem Ambrosium perfida obsidione vexavit, nec prius quam prolatis beatorum Gervasii et Protasii martyrum, Deo revelante, reliquiis incorruptis, nefanda cœpta deseruit.

[A. M. 4549. Chr. 398.] Theodosius qui, Gratiano vivente, VI annis jam Orientem regebat, post mortem ejus regnavit annis XI. Ipse et Valentinianus quem Italia expulsum benigne susceperat, Maximum

VARIANTES LECTIONES.

¹ Ita Mss. Bedæ ad litteram, quibus et Scaliger astipulatur, affirmans omnes Hieronymi Mss. in eadem lectione concordare; Edd. tamen Bedæ sic habent, ὁμοουσίω καὶ ὁμοουσίω... ὁμοιούσιον; male.

² Ita Editio Paris. 1, recte; reliqui Edd. et Mss., *platomam*.

³ Omnes Bedæ Codices, *sexies*, sed corrupte. Gratianus enim quinquies tantum con ul fuit.

SMITHII NOTÆ.

^a *Roman*. Inusitatum est Constantinopolim Romæ nomine appellare sine epitheto adjecto; tamen non dico deesse hic *Novam*, sed sensu solo esse suppleendam. Hieron. (*De Scr. Eccl.*, in *Luca*) dicit ossa Andreæ a Patris translata Constantinopolim Constantii anno 20; in Chronico tamen, quod ab his temporibus non Eusebi est, sed Hieronymi, ponit

a. 21.

^b *Anomotoque*. De hoc vid. Socrat., II. E. III, 25, et Sozomen., VI, 4. Vide etiam Socrat., III, 10.

^c *Theophilus Alexandrinus*. Vide Fragm. apud *Theodoret.* (*Dial.* 5).

^d *Maximus in Brittania invitus*.... *Gratianum*. Vide *Hist. Eccl.*, I, 9.

tyrannum tertio ab Aquileia lapide interficiunt. ^a Qui, quoniam Britanniam, omni pene armata juventute copiisque militaribus spoliaverat, quæ, tyrannidis ejus vestigia secutæ in Gallias, nunquam ultra domum redire, videntes transmarinæ gentes sævissimæ, Scottorum a Circio, Pictorum ab Aquilone destituta milite ac defensore insulam, adveniunt, et vastatam direptamque eam multos per annos opprimunt. Hieronymus, sacræ interpretes historiæ, librum quem de illustribus Ecclesiæ Viris scribit, usque ad decimum quartum totius imperii Theodosii annum perduxit.

[A. M. 4362. Chr. 411.] Arcadius filius Theodosii cum fratre Honorio annis ¹ XIII. Corpora sanctorum Abacuc et Michææ prophetarum divina revelatione produntur. Gothi Italiam, Vandali atque Alani Gallias aggrediuntur. Innocentius, Romæ episcopus, dedicavit basilicam Gervasii et Protasii martyrum beatissimorum, ex devotione testamenti cujusdam illustris femine Vestinæ. ^b Pelagius Britto Dei gratiam impugnat.

[A. M. 4577. Chr. 426.] Honorius cum Theodosio minore, fratris sui filio annis XV. ^c Alaricus rex Gothorum Romam invasit, partemque ejus cremavit incendio IX Cal. Septemb. anno conditionis ejus MCLXIV, ² ac sexto die quam ingressus fuerat, deprædata urbe, egressus est. Lucianus presbyter, cui revelavit Deus ^d septimo Honorii principis anno locum sepulcri et reliquiarum beati protomartyris Stephani et Gamalielis ac Nicodemi, qui in Evangelio et in Actibus apostolorum leguntur, scripsit ipsam revelationem ^e Græco sermone ad omnium Ecclesiarum personam. Quam revelationem Avitus presbyter, homo Hispanus genere, in Latinum vertit eloquium, et, adjecta epistola sua per Orosium presbyterum, Occidentalibus dedit. Qui etiam Orosius, ad loca sancta perveniens, quo eum Augustinus ad Hieronymum pro discenda animæ ratione miserat, reliquias beati

A Stephani accepit, et, patriam reversus, primus intulit Occidenti. ^f Britanni, Scottorum Pictorumque infestationem non ferentes, Romam mittunt, et, sui subjectione promissa, contra hostem auxilia flagitant, quibus statim missa legio magnam Barbarorum multitudinem sternit, cæteros Britannicæ finibus pallit, ac, domum reversura, præcepit sociis ad arcendos hostes murum trans insulam inter duo maria statuere, qui, absque artifice magistro, magis cespite quam lapide factus non operantibus profuit. Nam mox ut discessere Romani, advectus navibus prior hostis quasi maturam segetem obvia quæque sibi cedit, calcatur, devorat. Iterum petiti auxilia Romani advolant, et cæsum hostem trans maria fugant, conjunctisque sibi Brittanis murum, non terra, ut ante, pulvereum, sed saxo solidum, inter civitates quæ ibidem ob metum hostium fuerant factæ, a mari usque ad mare collocant. Sed et in littore meridiano maris, quia et inde hostis timebatur, turres per intervalla ad prospectum maris statuunt; sic valedicunt sociis tanquam ultra non reversuri. Bonifacius, Romæ episcopus, fecit oratorium in cœmeterio sanctæ Felicitatis, et ornavit sepulcrum ejus et sancti Sylvani. Hieronymus presbyter obiit duodecimo Honorii anno pridie Kal. Octob. anno ætatis suæ nonagesimo primo.

[A. M. 4405. Chr. 452.] Theodosius minor, Arcadii filius annis XX et VI. Valentinianus junior Constantii filius Ravennæ imperator creatur. Placidia mater ejus Augusta nuncupatur. Effera gens Vandolorum, Alanorum, et Gothorum ab Hispanis ad Africam transiens, omnia ferro, flamma, rapinis, simul et Ariana impietate fœdavit. Sed beatus Augustinus, Hipponensis episcopus, et omnium doctorum eximius Ecclesiarum, ne civitatis suæ ruinam videret, tertio obsidionis ejus mense migravit ad Dominum, quinto Calendas Septembres, cum vixisset annis LXXVI, in clericatu autem, vel episcopatu annos fer-

VARIANTES LECTIONES.

¹ Ed. Col. VII, male.

² Ed. Col., ad Marg., sic tertio, cui succinunt Ado

et Paulus Æmylius lib. 1, sed contra omnes Bedæ Codd.

SMITHII NOTÆ.

^a *Maximus Britanni in spoliaverat.... gentes Scottorum et Pictorum insulam opprimunt.* Vide Hist. Eccl., 1, 12.

^b *Pelagius Britto.* Vide Hist. Eccl., 1, 40.

^c *Alaricus Romam invasit.* Vide Hist. Eccl. 1, 11.

^d *Septimo Honorii.* Baronius hanc revelationem figit ad annum Honorii vigesimum primum, et mendaciter dicit irrepsisse in hunc locum Bedæ, quod septimo illam Honorii ponat; sed cave ne putes differentiam esse tot annorum; Beda enim in hac periodo non numerat annos Honorii ab initio imperii, sed ab eo tantum tempore quo cum Theodosio regnavit: *Honorius, inquit, cum Theodosio minore, etc.* Quomodo et Baronius ipse ad 21 annum Honorii jungit hic octavum Theodosii; annos scilicet quibus Honorius et Theodosius simul imperium tenuerunt Beda ponit sub Honorii nomine, Baronius sub Theodosii. Quod restat differentie, unius tantum est anni, non lapsu aliquo, sed varietate calculi. Atque hoc eo dignius est notatu, quod in annis imperatorum horum temporum non Baronius solum, sed alii etiam viri docti humanum passim sunt.

^e *Græco sermone.* Vide fragmenta Græca hujus revelationis apud Eustratium Constantinopolitanum (*De vita sanctorum Statii, per Leonem Allatum*), et apud Photium (171). Integram habes Latine apud Baron. (A. 415).

^f *Britanni auxilium flagitant.... murum lapide in collocant.* Hæc fusius narrat Beda in Hist. Eccl. 1, 12, sed in tempore assignando antiquarii ibidem multum insudarunt. Hic locus Chronici clarius id præ oculis statuit. Certas enim hic habemus temporis notas, quæ hos eventus angusto admodum spatio includunt. Hinc enim patet ambas Brittonum ad Romanos legationes quæ in duodecimo Historiæ capite memorantur, non solum intra quindecimum illud Chronici fuisse quo Honorius et Theodosius simul regnarunt, sed etiam intra septimum annum Honorii quo reliquie Stephani inventæ. et duodecimum Honorii, quo Hieronymus mortuus est. Hi anni utrinque impacti et speciali caractere insigniti. Quadriennii solum integri terminum relinquunt, infra annum scilicet æræ Vulg. 414 et 419, licet anni in Bedæ Chronico paulo aliter ordinentur, scilicet ab a. 418 ad a. 425.

me XL compleisset, quo tempore Vandali capta Carthagine Siciliam quoque deleverunt. Cujus captivitatis Paschasinus, ^a Lilybetanus antistes, in epistola quam de ratione paschali papæ Leoni scripsit, meminit. Ad Scottos in Christum credentes, ordinatus a papa Celestino ^b Palladius, primus episcopus mittitur anno Theodosii octavo. Recedente a Britannia Romano exercitu, cognita Scotti et Picti reditus denegatione redeunt ipsi, et totam ab Aquilone insulam pro indigenis murotenus capessunt; nec mora, cæsis, captis, fugatisque custodibus muri, et ipso interrupto etiam, intra illum crudelis prædo grassatur. Mittitur epistola lachrymis ærumnisque referta ad Romanæ potestatis virum Ætium ter consulem vicissimo tertio Theodosii principis anno, petens auxilium, nec impetrat. Interea fames dira ac famosissima profugas infestat, qua coacti quidam hostibus dedere manus, alii de montibus, speluncis ac saltibus, strenue repugnabant, ac strages hostibus dabant. Revertuntur Scotti domum, post non multum tempus reversuri: Picti extremam insulæ partem tum primum et deinceps inhabitari detinent. Famem præfatam magna frugum opulentia, opulentiam luxuria et negligentia, negligentiam lues acerrima et aerior mox hostium novorum, id est, Anglorum, plaga secuta est: quos illi unanimi consilio cum rege suo ^c Vurtigerno quasi defensores patriæ ad se invitandos elegerunt, sed exceptos mox impugnatores atque expugnatores senserunt. Xistus, Romæ episcopus, fecit basilicam sanctæ Mariæ matris Domini, quæ ab antiquis Liberi cognominabatur. Eudoxia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias quæ in basilica sancti Laurentii positæ venerantur, secum deferens. Bleda et Attila fratres, multarumque gentium reges, Illyricum Thraciamque depopulati sunt.

[A. M. 4410. Chr. 459.] Martianus et Valentinianus annis VII. Gens Anglorum, sive ^d Saxonum; Britanniam tribus longis navibus advehitur, quibus dum iter prosperatum domi fama referret, mittitur exercitus fortior qui, junctus prioribus, primo hostes ^e a quibus petebatur, abegit; deinde, in socios arma vertens, totam prope insulam ab Orientali ejus plaga usque ad Occidentalem igni vel ense subegit, conficta occasione quod pro se militantibus Britones minus sufficienter stipendia darent. Joannes Baptista ^d Regiæ civitatis loca igne succendens Italiam quoque infestus occupavit. Honoricus, rex Vandalorum Ariarius, in Africa, exulatis diffugatisque plus quam CCCXXXIV episcopis Catholicis, ecclesias eorum.

VARIANTES LECTIONES.

^a Codd. plurimi, quos petebat, nec incongrua est lectio; potior tamen est altera, quam etiam confirmat Paris. 1, accedentibus quantum per scriptorum

SMITHII NOTÆ.

^a Lilybetanus. In Sicilia episcopus. Vide ejus epistolam apud Bucherium (P. 75).

^b Palladius. ... epistola ad Ætium. Hist. Eccl., I, 13.

^c Vurtigernus.... Saxones. Hist. Eccl., I, 14, 15.

^d Saxones iterum. Hist. Eccl., I, 14, 15.

^e Emisa. Adoni Emessa, urbs archiepiscopalis sub

^a Emisam Phœnicæ urbem perlatum et digno honore cultum est. Hæresis ^f Pelagiana Britannorum turbat fidem, qui, a Gallicanis episcopis auxilium quaerentes, Germanum Autisiodorensis Ecclesiæ episcopum et Lupum Trekasenum æque apostolicæ gratiæ antistitem fidei defensores accipiunt. Confirmant antistites fidem verbo veritatis simul et miraculorum signis. Sed et bellum ^g Saxonum Pictorumque adversus Britones eo tempore junctis viribus susceptum, divina virtute refundunt; cum Germanus ipse, dux belli factus, ^h non tubæ clangore, sed clamore Alleluia totius exercitus voce ad sidera levato hostes in fugam vertit immanes; qui deinceps ad Ravennam perveniens et summa reverentiâ a Valentiniano et Placidia susceptus, migravit ad Christum; corpus honorifico agmine, comitantibus virtutum operibus, Autisiodorum defertur. Ætius patritius magna Occidentalis reipublicæ salus et regi quondam Attilæ terror, a Valentiniano occiditur; cum quo Hesperium cecidit regnum neque hactenus valuit relevari.

[A. M. 4427. Chr. 476] Leo annos XVII. Hic pro Tomo Chalcedonensi per universum orbem singulis orthodoxorum episcopis singulas consonantesque misit epistolas, quid de eodem Tomo sentirent rescribi sibi postulans. Quorum adeo consonantia de vera Christi incarnatione suscepit omnium rescripta, ac si uno tempore unoque dictante fuissent universa conscripta. Theodoretus, episcopus civitatis quæ, a Cyro Persarum rege condita, Cyri nomen habuit, scribit de vera incarnatione Domini salvatoris adversus Eutychem, et Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem negant. Scripsit et historiam Ecclesiasticam a fine librorum Eusebii usque ad suum tempus, id est, usque ad imperium Leonis hujus sub quo et mortuus est. ^h Victorius, jubente papa Hilario, scripsit Paschalem circulum DXXXII annorum.

[A. M. 4444. Chr. 493.] Zenon annos XVII. Corpus Barnabæ apostoli, et Evangelium Matthæi ejus stylo scriptum, ipso revelante, reperitur. Odoacer rex Gothorum Romam obtinuit, quam ex eo tempore diutius eorum reges tenuere. Mortuo Theodorico, Tharii filio, alius Theodoricus, cognomento Valamer, Gothorum suscepit regnum, qui utramque Macedoniam Thessaliamque depopulatus est, et plurima

Regiæ civitatis loca igne succendens Italiam quoque infestus occupavit. Honoricus, rex Vandalorum Ariarius, in Africa, exulatis diffugatisque plus quam CCCXXXIV episcopis Catholicis, ecclesias eorum ignorantiam poterant, West. et Wilk.

^h Tyri Bas. et Col. sensum mutilarunt, omisso *se cla noie*.

patriarcha Antiocheno, ad Orontem fl., inter Laodiceam ad Austrum, et Arethusam ad Boream.

^f Pelagius.... SS. Germanus et Lupus. Hist. Eccl., I, 17.

^g Saxonum Pictorumque bellum tempore SS. Germani et Lupi. Hist. Eccl. I, 29.

^h Victorius. Apud Bucherium (De Doct. temp.).

clausit, plebem variis affecit suppliciis, et quidem A innumeris, manus abscindens, linguas præcidit, nec tamen loque' am Catholicæ confessionis eripere potuit. Brittones, duce^a Ambrosio Aureliano, viro modesto, qui solus forte Romanæ gentis Saxonum cædi superfuerat, occisis in eadem parentibus purpura indutis, vetricem eorum gentem provocantes ad prælium, vincunt, et ex eo tempore nunc hi, nunc illi, palmam habuere, donec advena potentior tota per longum potiretur insula.

[A. M. 4472. Chr. 521.] Anastasius annos XXVIII. Thrasamundus, Vandalorum rex, catholicas ecclesias clausit, et CCXX episcopos exilio Sardiniam misit. Symmachus papa inter multa Ecclesiarum opera, quæ vel a fundamentis creavit, vel prisca renovavit, ad beatum Petrum, et beatum Paulum, et beatum Laurentium, pauperibus habitacula construxit, et omni anno per Africanam, vel Sardiniam, episcopis qui in exilio erant pecunias et vestes ministrabat. Anastasius, quia hæresi favens Eutychetis catholicos insecutus est, divino fulmine perit.

[A. M. 4480. Chr. 529.] Justinus senior annos VIII. Joannes Romanæ Ecclesiæ pontifex Constantinopolim veniens, ad portam quæ vocatur Aurea, populorum turbis ei occurrentibus, in conspectu omnium, roganti cæco lumen reddidit; qui dum rediens Ravennam venisset, Theodoricus eum cum comitibus carceris afflictione peremit, invidia ductus quia Catholicæ pietatis defensor Justinus eum honorifice suscepisset: quo anno, id est, consulatu Probi prioris, et Symmachum patritium Ravennæ occiderat, et ipse anno sequente ibidem subita morte periit, succedente in regno Athalarico nepote ejus. Hildericus, Vandalorum rex, episcopos ab exilio reverti et ecclesias instaurare præcepit post annos LXXIV hæreticæ profanationis. Benedictus abbas virtutum gloria claruit, quas beatus papa Gregorius in libro² Dialogorum scripsit.

[A. M. 4518. Chr. 567.] Justinianus Justinii ex sorore nepos annos XXXVIII. Belisarius patritius, a Justiniano in Africam missus, Vandalorum gentem delevit. Carthago quoque anno excessionis suæ³ XCVI recepta est, pulsus devictisque Vandalis, et⁴ Gelismero rege eorum capto Constantinopolim misso. Corpus S. Antonii monachi divina revelatione repertum Alexandriam defertur, et in ecclesia beati Joannis Baptistæ humatur. ^c Dionysius Paschales scribit circulos, incipiens ab anno dominicæ incarnationis

VARIANTES LECTIONES.

¹ Edd. Bas. et Col. LX. sed contra Codices reliquos.

² Ms. Westm., secundo, sed solus, quare a lectore quodam intrasse videtur.

DXXXII, qui est annus Diocletiani CCXLVIII, post Consulatum Lampadii et Orestis, quo anno Codex Justinianus orbi promulgatus est. ^d Victor quoque Capuanus episcopus librum de pascha scribens Victorii arguit errores.

[A. M. 4529. Chr. 578.] Justinus minor annis XI. Narsis patritius Totilam Gothorum regem in Italia superavit et occidit; qui deinde, per invidiam Romanorum, pro quibus multa contra Gothos laboraverat, accusatus apud Justinum et conjugem ejus Sophiam quod servitio premeret Italiam, secessit Neapolim Campaniæ, et scripsit genti Longobardorum, ut venirent et possiderent Italiam. Joannes, Romanæ Ecclesiæ pontifex, ecclesiam Apostolorum Philippi et Jacobi quam prædecessor ejus Pelagius cœperat, fecit et dedicavit.

[A. M. 4536. Chr. 585.] Tiberius Constantinus annos VII. ^e Gregorius tunc apocrisiarius in Constantinopoli, post Romanus episcopus, Libros expositionis in Job condidit et Eutychium ejusdem urbis episcopum in fide nostræ resurrectionis errasse Tiberio præsentate convicit, ita ut ipse Augustus librum ejus quem de resurrectione scripsit suis quoque catholicis allegationibus destruens, deliberaret flammis cremari debuisse. Docebat enim idem Eutychius corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, et ventis aereque subtilius esse futurum, contra illud dominicum: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Gens Longobardorum, comitante fame et mortalitate, omnem invadit Italiam, ipsamque Romanam vastatrix obsidet urbem, quibus tempore illo rex præerat Albuinus.

[A. M. 4557. Chr. 606.] Mauritius annos XXI. Hirminigildus Levigildi Gothorum regis filius, ob fidei catholicæ confessionem inexpugnabilem, a patre Ariano regni privatus infulis, et in carcerem ac vincula projectus, ad extremum nocte sancta Dominicæ resurrectionis securi in capite percussus, regnum cœleste pro terreno rex et martyr intravit. Cujus frater Richardus, mox ut regnum post patrem accepit, omnem Gothorum cui præerat gentem, instante Leandro, Hispalitano episcopo, qui et Hirminigildum docuerat, catholicam convertit ad fidem. ^f Gregorius Romanæ Ecclesiæ pontifex, et doctor eximius, anno Mauriti imperii decimo tertio, indictione decima tertia, Synodum episcoporum XXIV ad corpus beati apostoli Petri congregans de necessariis Eccle-

³ Edd. Bas. et Col., XCVII, male, et sine auctoritate.

⁴ Edd. Bas. et Col. ad Marg., Geismero.

SMITHII NOTÆ.

^a Ambrosio Aureliano. Hist. Eccl., I, 16.

^b Gelismero. Hermanus Contractus, ad a. 554, Geilamerum appellat, addens cum post aliquot annos a Justiniano comitem effectum, et in terminos Parthorum ad eos arcendos constitutum.

^c Dionysius Exiguus. Vide hujus epistolam duas paschales ad finem Petavii et Bucherii de Doct. temp. Cyclorum paschalium reliquias vide apud Mariani Scoti Chronicon: de hujus calculis vide

Bedam (De Rat. temp. cap. 45, revera 47, et alibi.)

^d Victor Capuanus. Vide ejus fragmenta apud Bedam (Lib. de Rat. temp., cap. 49, revera 51, et de Æquinotio vernali).

^e Gregorius Apocrisiarius..... Expositio in Job..... Eutychii convictio. Vide Hist. Eccl., II, 1.

^f Gregorius Anglos convertit. Vide Hist. Eccl., I, 23; II, 1.

scæ decernit. Idem, missis Britanniam Augustino, Melito et Joanne, et aliis pluribus cum eis monachis timentibus Deum, ad Christum Anglos convertit. Et quidem Ædilberctus, mox ad Christi gratiam conversus, cum gente Cantuariorum cui præerat, proximisque provinciis, etiam episcopum doctoremque suum Augustinum, sed et cæteros sacros antistites, episcopali sede donabat. Porro gentes Anglorum ab Aquilone Umbri fluminis sub regibus Ælle et Ædelfrido sitæ, necdum verbum vitæ audierant. Gregorius^a decimo nono anno Mauricii, indictione quarta, scribens Augustino, Londini quoque et Eburaci episcopos, accepto a sede apostolica pallio, b Metropolitanos esse debere decernit.

[A. M. 4565. Chr. 614.] Phocas annos VIII. Il-
jus secundo anno, indictione VIII, c Gregorius papa
migravit ad Dominum. Illic, rogante papa Bonifacio,
statuit sedem Romanæ et apostolicæ Ecclesiæ caput
esse omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constanti-
nopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribe-
bat. Idem alio papa Bonifacio petente, jussit in ve-
teri fano quod d Pantheon vocabatur, ablatis idolola-
triæ sordibus, ecclesiam beatæ semper virginis Ma-
riæ et omnium martyrum fieri, ut ubi quondam om-
nium non deorum, sed dæmoniorum, cultus ageba-
tur, ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum.
Persæ, adversus rempublicam gravissima bella ge-
rentes, multas Romanorum provincias et ipsam Hiero-
solyman auferunt, et destruentes ecclesias sancta
quæque profanantes, inter ornamenta loco-
rum vel sanctorum vel communium quæ abstulere,
etiam vexillum dominicæ crucis abducunt.

[A. M. 4591. Chr. 640.] Heraclius annos XXVI.
Anastasius Persa monachus nobile pro Christo mar-
tyrium patitur; qui natus in Perside magicas a pa-
tre puer artes discebat, sed ubi a captivis Christianis
Christi nomen acceperat, in eum mox animo
toto conversus, relicta Perside, Chalcedoniam Hiera-
polimque Christum quærens, ac deinde Hierosoly-
mam petit; ubi, accepta baptismatis gratia, quarto
ab eadem urbe milliario monasterium abbatis Ana-
stasii intravit, ubi VII annos regulariter vivens, dum
Cæsaream Palæstinæ orationis gratia venisset, cap-
tus a Persis, et multa diu verbera inter carceres et
vincula Marzabana iudice perpressus, tandem mitti-
tur Persidem ad regem eorum Chosroem, a quo
tertio per intervalla temporis verberatus, ad extre-
mum una suspensus manu per tres horas diei, sic
decollatus cum aliis LXX martyrium complevit. Mox

A tunica ejus indutus quidam dæmoniacus curatus est.
Interea superveniens cum exercitu Heraclius prin-
ceps, superatis Persis, Christianos qui erant capti-
vati reduxit gaudentes. Reliquiæ beati martyris Ana-
stasii primo monasterium suum, deinde Romam, ad-
vectæ, venerantur in monasterio beati Pauli apostoli
quod dicitur ad aquas Salvias. Anno Heraclii regni
XVI, indictione XV, e Æduinus, excellentissimus
rex Anglorum, in Britannia Transumbræ gentis
ad Aquilonem, prædicante Paulino episcopo quem
miserat de Cantia venerabilis archiepiscopus Justus,
verbum salutis cum sua gente suscepit, anno regni
sui undecimo, adventus autem Anglorum in Brita-
niam plus minus annos CLXXX, eique Paulino se-
dem episcopatus Eburaci donavit. Cui profecto regi
B in auspitiū venturæ fidei et regni cælestis, pote-
stas quoque terreni creverat regni, ita ut universos
Britanniæ fines, quod nemo Anglorum ante eum, quæ
vel ipsorum, vel Britonum, gentes habitabant, sub
datione acciperet. Eo tempore exortum apud Scotos
in observatione paschæ errorem Quartadecima-
norum f Honorius papa per epistolam redarguit; sed
et Joannes qui successori ejus Severino successit,
cum adhuc esset electus in pontificatum, pro eodem
pascha eis, simul et pro Pelagiana hæresi quæ apud
eos reviviscebatur, scripsit.

[A. M. 4593. Chr. 642.] g Heraclonas cum matre
sua Martina annis II. Cyrus, Alexandria, Sergius et
Pyrrhus, regis urbis episcopi, Acephalorum hære-
sim instaurantes, unam operationem in Christo divi-
nitatis et humanitatis, unam voluntatem dogmati-
zant. E quibus Pyrrhus iis temporibus, id est, sub
Theodoro papa, Romam veniens ex Africa, ficta, ut
post apparuit, poenitentia, obtulit eidem papæ, præ-
sente cuncto clero et populo, libellum cum sua sub-
scriptione, in quo condemnarentur omnia quæ a se
vel a decessoribus suis scripta vel acta sunt adversus
Catholicam fidem: unde et benigne susceptus est ab
eo quasi regis pontifex civitatis. Sed quia reversus
domum, repetiit et errorem domesticum, memoratus
papa Theodorus, advocatis cunctis sacerdotibus et
clero in ecclesiam beati Petri apostolorum principis,
condemnavit eum sub vinculo anathematis.

(A. M. 4594. Chr. 643.) Constantinus, filius He-
raclii, mensibus VI. Pyrrhi successor Paulus non
tantum vesana doctrina sicut decessores ejus, sed
et aperta persecutione Catholicos cruciat, apocri-
sianos sanctæ Ecclesiæ Romanæ qui ad ejus corre-
ctionem missi fuerant, partim carceribus, partim

SMITHII NOTÆ.

^a Decimo nono. Codd. in Bedæ Chronico, decimo octavo; sed in Hist. Eccl., I, 29, epistola Gregorii papæ de constituendis metropolitanis data est anno decimo nono Mauricii, indict. quarta; atque ita necesse est. Unde et decimus tertius Mauricii annus recte hic supra appellatur decima tertia indictio.

^b Metropolitanos decernit. Vide Hist. Eccl., I, 29.

^c Gregorius migravit. Vide Hist. Eccl., II, 1.

^d Pantheon. Vide Hist. Eccl., II, 4.

^e Æduinus..... - Paulinus..... Eburacum. Hist. Eccl., II, 9.

^f Honorii et Johannis PP. epistolæ ad Scottos de Pascha et Pelagio. Hist. Eccl., II, 19.

^g Heraclonas. Apud alios sequitur Heraclium Constantius vel Constantinus ejus ex priore conjugis filius, diciturque mense quarto a Martina Noverca veneno sublatus; post hunc Heraclonas vel Heraclionas cum matre Martina senis haud amplius mensibus; post hunc Constans quem Beda Constantinum infra appellat, Constantii vel Constantini filium. Ad tamen et Hermannus Bedæ ordinem et chronologiam sequuntur.

exiliis, parum verberibus afficiens. Sed et altare eorum in domo Placidie sacratum in venerabili oraculo subvertens diripuit, prohibens eos ibidem missas celebrare. Unde et ipse, sicut præcessores illius, ab apostolica sede justa depositionis ultione damnatus est.

(A. M. 4622. Chr. 671.) Constantinus, filius Constantini, annis XXVIII. Illic deceptus a Paulo, sicut Heraclius avus ejus a Sergio ejusdem regie civitatis episcopo, exposuit typum adversus catholicam fidem, nec unam nec duas voluntates aut operationes in Christo definiens esse contentendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. Unde Martinus papa, congregata Romæ synodo, C et V episcoporum, damnavit sub anathemate præfatos Cyrum, Sergium, Pyrrhum et Paulum hæreticos. Et post hæc missus ab imperatore Theodorus exarchus tulit Martinum papam de Ecclesia Constantiniana, perduxitque Constantinopolim; qui post hæc relegatus a Chersonam, ibidem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. Facta est autem synodus præfata anno nono imperii Constantini, mense Octobri, indictione octava. Constantinus princeps, Vitaliano papa nuper ordinato, misit beato Petro apostolo Evangelia aurea gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu ornata; ipse post aliquot annos, id est, per indictionem sextam veniens Romam, obtulit super altare ipsius pallium auro textile, toto exercitu cum cereis ecclesiam intrante. Sequenti anno facta est eclipsis solis quam nostra ætas meminit, quasi decima hora die, quinto Nonas Maias.

Theodorus archiepiscopus et Hadrianus abbas vir æque doctissimus, a Vitaliano missi Britanniam, plurimas Ecclesias Anglorum doctrinæ Ecclesiasticæ fruge fecundaverunt. Constantinus, post plurimas et inauditas deprædationes provinciis factas, occisus in balneo periit indictione duodecima. Nec longo post tempore etiam Vitalianus papa cœlestia regna petiit.

[A. M. 4659. Chr. 688.] Constantinus filius Constantini superioris regis annis XVII. Saraceni Siciliam invadunt, et præda nimia secum ablata mox Alexandriam redeunt. Agatho papa, ex rogatu Constantini, Heraclii et Tyberii principum piissimorum, misit in regiam urbem legatos suos, in quibus erat Joannes Romanæ Ecclesiæ tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei Ecclesiarum. Qui, benignissime suscepti a reverentissimo fidei catholicæ defensore Constantino, jussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum Patrum quos petebant libellis. Adfuerunt autem et

episcopi CL, præside Georgio patriarcha regie urbis, et Antiochiæ Macario. Et convicti sunt qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo falsasse Patrum catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu, Georgius correctus est, Macarius vero cum suis sequacibus, simul et prædecessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro, anathematizatus, et in locum ejus Theophanius abbas de Sicilia Antiochiæ episcopus factus. Tantaque gratia legatos catholicæ pacis comitata est, ut Joannes, Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, Dominica octavarum Paschæ missas publicas in ecclesia sanctæ Sophiæ coram principe et patriarcha Latine celebraret. Hæc est sexta synodus universalis a Constantinopoli celebrata et Græco sermone conscripta temperibus papæ Agathonis, exequente ac residente piissimo principe Constantino intrapalatium suum, simulque legatis apostolicæ sedis et episcopis CL residentibus. Prima enim universalis synodus in Nicæa congregata est contra Arium, CCCXVIII Patrum, temporibus Julii papæ, sub Constantino principe. Secunda in Constantinopoli CL Patrum, contra Macedonium et Edoxium, temporibus Damasi papæ et Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus episcopus. Tertia in Epheso, CC Patrum, contra Nestorium Augustæ urbis episcopum, sub Theodosio magno principe et papa Cœlestino. Quarta in Chalcedone Patrum DCXXX, sub Leone papa, temporibus Martiani principis, contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorum. Quinta item in Constantinopoli, temporibus Vigili papæ, sub Justiniano principe, contra Theodorum et omnes hæreticos. Sexta hæc de qua in præsentibus diximus. Sancta et perpetua virgo Christi d. Ædithryda, filia Annæ regis Anglorum, et primo alteri viro permagnifico, et post Ecfrido regi, conjunx data, postquam XII annos thorum incorrupta servavit maritalem, post reginam, sumpto velamine sacro, virgo sanctimonialis efficitur: nec mora etiam virginum mater et nutrix pia sanctarum, accepto in construendum monasterium loco quem Elge vocant, cujus merita vivacia testatur etiam mortua caro, quæ post XVI annos sepulturæ, cum veste qua involuta est incorrupta reperitur.

[A. M. 4649. Chr. 698.] Justinianus minor filius Constantini annos X. Hic constituit pacem cum Saracenis decennio terra marique. Sed et provincia Africa subjugata est Romano imperio, quæ fuerat tenta a Saracenis, ipsa quoque Carthagine ab eis capta et destructa. Illic beatæ memoriæ pontificem Romanæ Ecclesiæ Sergium, quia e erraticæ suæ synodo, quam Constan-

SMITHII NOTÆ.

^a Chersonam. Civitatem ad Bosphorum Cimmericum iis temporibus magnatum exilio celebrem.

^b Theodorus et Hadrianus Britanniam missi. Vide Hist. Eccl. iv, 1.

^c Constantinopoli celebrata. In Secretario Magni Palatii, Trullo dicto. Ad synodum hanc sextam tempore Constantini Pogonati habitam referenda sunt Acta synodi Hæthfeldensis, de qua vide Hist. Eccl., v, 17. Nota etiam quod huic synodo inseritur pro-

fessio fidei occidentalis Ecclesiæ, quam Agatho papa a synodo Romana emisit, et cui Wilfridus noster subscripsit, de qua vide Hist. Eccl., v, 20.

^d Ædithryda. Vide Hist. Eccl., iv, 5, 10.

^e Erraticæ. Hæc est quæ a Justiniano Rhinotmeto habitata est in supplementum synodorum quintæ et sextæ; unde et nomen Quini-Sextæ meruit. Beda illam erraticam appellat, quod auctoritatem omnibus modis quæsitam, imo aliquando obtentam, fixam

tinopost ecerat, favere et subscribere nolisset, misso et Zacharia protospatario suo, jussit Constantinopolim deportari. Sed prævenit militia Ravennatis urbis vicinarumque partium jussa principis nefanda, et eundem Zachariam contumeliis et injuriis ab urbe Roma repulit. Idem papa Sergius ordinavit venerabilem virum ^a Vilbrordum, cognomine Clementem, Fresonum genti episcopum, in qua usque hodie pro æterna patria peregrinus, est enim de Brittania gentis Anglorum, innumera quotidie diabolo detrimenta et Christianæ fidei facit augmenta. Justinianus ob culpam perfidiæ regni gloria privatus exsul in Pontum secedit.

[A. M. 4652, Chr. 701.] Leo annos III. Papa Sergius in sacrario beati Petri apostoli capsam argenteam quæ in angulo obscurissimo diutissime jacuerat, et in ea crucem diversis ac pretiosis lapidibus adornatam, Domino revelante, reperit, de qua tractis IV petalis quibus gemmæ inclusæ erant, miræ magnitudinis portionem ligni salutiferi dominicæ crucis interiorius repositam inspexit; quæ ex tempore illo annis omnibus in basilica Salvatoris quæ appellata Constantiniana, die exaltationis ejus, ab omni osculatur atque adoratur populo. Reverentissimus Ecclesiæ Lindisfarnensis in Brittania ex anachorita antistes ^b Cuthbertus totam ab infantia usque ad senium vitam miraculorum signis inclytam duxit; cujus dum XI annos maneret corpus humatum, incorruptum post hæc, quasi eadem hora defuncti, simul cum veste qua tegebatur, inventum est; sicut in libro de ejus Vita et virtutibus, et prosa nuper et hexametris versibus scripto, ante aliquot annos ipsi signavimus.

[A. M. 4659. Chr. 708.] ^c Tiberius, annos VII. Synodus Aquileiæ facta, ^d ob imperitiam fidei quintum universale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus beati papæ Sergii monitis instructa, et ipsa huic cum cæteris Christi Ecclesiis adnuere consentit. Gisulphus, dux gentis Longobardorum, Beneventi, Campaniam igne, gladio et captivitate vastavit, cumque non esset qui ejus impetui resisteret, apostolicus papa Joannes, qui Sergio successerat, missis ad eum sacerdotibus ac donariis per plurimos, universos redemit captivos, atque hostes domum redire fecit. Cui successit alius Joannes, qui inter multa operum illustrum, fecit oratorium sanctæ Dei genitrici opere pulcherrimo intra ecclesiam beati Petri apostoli. ^d Hereberctus, rex Longobardorum, multas cortes et patrimonia Alpium Cottiarum, quæ quondam ad jus pertinebant apostolicæ sedis, sed a Longobardis multo tempore fuerant ablata, restituit juri ejusdem sedis,

SMITHII NOTÆ.

tamen et stabilem, in Latina præsertim Ecclesia, retineri non potuit.

^a Vilbrordum. Vide Hist. Eccl., v, 11, 12.

^b Cuthbertus. Vide Hist. Eccl., iv, a 26 ad 52, et librum de ejus Vita, quem infra edimus suo loco.

^c Tiberius. Nomen ei imperatorium Tiberius, Gentilitium Apsimarum fuit.

^d Ob imperitiam fidei. Non intellecta satis tunc temporis trium capitulorum causa.

^e Annos VI. Baronius octo annos Justiniano resti-

et hanc donationem aureis scriptam litteris Romam direxit.

[A. M. 4665. Chr. 714.] Justinianus secundo cum Tiberio filio ^e annos VI. Hic auxilio Terbelli regis Vulgarorum regnum recipiens, occidit eos qui se expulerant patritios, et Leonem qui locum ejus usurpaverat, nec non et successorem ejus Tiberium, qui eum de regno ejectum toto quo ipse regnabat tempore, in eadem civitate in custodia tenuerat. Callinicum vero patriarcham, erutis oculis, misit Romam, et dedit episcopatum Cyro qui erat abbas in Ponto eumque alebat exsulem. Hic Constantinum papam ad se venire jubens honorifice suscepit ac remisit, ita ut eum die Dominicæ missas sibi facere jubens communionem de manu ejus acceperit: quem prostratus in terra pro suis peccatis inter ceteros rogans, cuncta ecclesiæ privilegia renovavit. Qui cum exercitum mitteret in Pontum, multum prohibente papa apostolico, ad eum, rehendendum Philippicum quem ibi relegaverat, conversus omnis exercitus ad partem Philippici fecit eum ibidem imperatorem, reversusque cum eo Constantinopolim pugnavit contra Justinianum ad duodecimum ab urbe milliarium, et victo atque occiso Justiniano regnum suscepit Philippicus.

[A. M. 4667. Chr. 716.] ^f Philippicus anno I, mensibus VI. Hic ejecit Cyrum de pontificatu eumque ad gubernandum abbatis jure monasterium suum, Pontum redire præcepit. Idem Constantino papæ misit litteras pravi dogmatis, quas ille cum apostolicæ sedis concilio respuit; et hujus rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri quæ Acta VI sanctarum synodorum universalium continerent. Nam et hujusmodi picturas cum haberentur in urbe regia Philippicus jusserat auferri, statuitque populus Romanus ne hæretici imperatoris nomen in chartas, aut figuram solidi, susciperent; unde nec ejus effigies in ecclesiam introducta est, nec nomen ad missarum solemniam prolatum.

[A. M. 4670. Chr. 719] ^g Anastasius annis III. Hic Philippicum captum oculis privavit, nec occidit. Idem litteras Constantino papæ Romam per Scholasticum patritium et exarchum Italiæ direxit, quibus se fautorem catholicæ fidei, et sancti sexti concilii prædicatorem esse docuit. Liuthbrandus, rex Longobardorum, donationem patriimonii Alpium Cottiarum quam Hereberctus rex fecerat et ille repetierat, admonitione venerabilis papæ Gregorii confirmavit. Eberctus vir sanctus de gente Anglorum, et sacerdotium monachica vita etiam pro cælesti patria peregrinus exornans, plurimas Scoticæ gentis provin-

tuto attribuit, sed contra meliorum auctorum qui de his temporibus scripserunt fidem.

^f Philippicus Bardanes, nomine altero cum imperio assumpto. Duos illi annos attribuit Sichardus et sex menses, sed reliqui Bedæ Codd. unum, quibus etiam concordat historiæ series.

^g Anastasius. Nomen verum Artemius fuit. Annum quem Sichardus Philippico addidit, Anastasio demit, quod fecit et Baronius. Sed recta est reliquorum Bedæ Codd. chronologia.

cias ad canonicam paschalis temporis observantiam a qua diutius aberraverant, pia prædicatione convertit anno ab Incarnatione Domini DCCXVI.

[A. M. 4671. Chr. 720.] ^a Theodosius anno I. flic electus in imperatorem Anastasium apud Nicæam civitatem gravi prælio vicit, datoque sibi sacramento, clericum fieri ac presbyterum fecit ordinari. Ipse vero ut regnum acceperit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sanctæ VI synodi erant depictæ et a Philippico fuerant dejectæ, pristino in loco erexit. Tiberis fluvius alveum suum egressus multa Romanæ fecit exitia civitati, ita ut in via lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontem Milvium aquæ se descendentes conjungerent. Mansit autem diebus VII, donec, agentibus letanias crebras civibus, octavo demum die revertit. His temporibus multi Anglorum gentis, nobiles et ignobiles, viri et feminae, duces et privati, divini amoris instinctu, de Britania Romam venire consueverant, inter quos etiam reverentissimus abbas meus Ceolfridus annos natus LXXIV, cum esset presbyter annis XLVII, abbas autem XXXV, ubi Lingonas pervenit, ibi defunctus atque in ecclesia beatorum Geninorum martyrum sepultus est: qui inter alia donaria quæ adferre disposuerat, misit ecclesiæ sancti Petri Pandectem a beato Hieronymo in Latinum ex Hebræo vel Græco fonte translatum.

[A. M. 4680. Chr. 729.] ^b Leo annis IX. Saraceni, cum immenso exercitu Constantinopolim venientes, triennio civitatem obsident, donec civibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, pestilentia perirent, ac sic pertæsi obsidionis abscederent. Qui inde regressi Vulgarorum gentem quæ est super Danubium bello aggrediuntur, et ab hac quoque victi refugiunt, ac naves repetunt suas. Quibus cum altum peterent, ingruente subita tempestate, plurimi etiam mersi, sive, contractis per littora navibus, sunt necati. Liuthbrandus, audiens quod Saraceni, depopulata Sardinia, etiam loca fœdarent illa ubi ossa sancti Augustini episcopi propter vastationem Barbarorum olim translata et honorifice fuerant condita, misit, et, dato magno pretio, accepit, et transtulit ea in Ticinis, ibique cum debito tanto Patri honore recondidit.

CAPUT LXVII.

Reliquæ sextæ ætatis.

Hæc de cursu præteriti sæculi ex Hebræica veritate prout potuimus elucubrare curavimus, æquum

SMITHII NOTÆ.

^a Theodosius. Adramyttenus.

^b Leo. Cui nomen a patria *Isauricus*, a baptismo *Conon* fuit. Hunc ann s IX regnasse dicit Beda, scilicet cum ille hæc scriberet. Regnavit enim Leo XXIV annos, sed Beda in nono ejus anno *Chronicon* claudens ulterius non numerat. Vix credibile est hanc observationem doctos viros, imo Adonem ipsum et Hermannum latuisse. Ea tamen fuit illorum temporum in sequendis auctorum verbis securitas, ut quod Beda consulto posuit in fine *Chronici*, illi absque

rati ut sicut Græci Septuaginta transiatorum Editione utentes, de ea sibi suisque temporum libros condidere, ita et nos, qui per beati interpretis Hieronymi industriam puro Hebræicæ veritatis fonte potamur, temporum quoque rationem juxta hanc scire queamus. Quod si qui laborem hunc nostrum culpaverint esse superfluum, accipiant hi quicumque sunt justum, salva charitate, responsum, quod prælatus Hieronymus priscae cosmographiæ calumniatoribus reddit, ut si displicet non legant. Cæterum cunctis in commune suademus, ut sive quis ex Hebraica veritate quæ ad nos per memoratum interpretem pura pervenisse etiam hostibus Judæis in professo est, sive ex Septuaginta interpretum translatione, quæ vel minus sollicitè primo edita est, ut multi adstruunt, vel post a gentilibus corrupta, ut beato Augustino videtur, seu certe ex utrisque commixto opere Codicibus ut sibi visum fuerit, temporum cursum notaverit, et sive prolixiora seu breviora, transacti sæculi tempora signaverit, aut signata repererit, nullatenus tamen ex hoc longiora vel breviora quæ restant sæculi tempora putet, memor semper dominicæ sententiæ: *Quia de die ultima et hora nemo scit neque angeli cælorum nisi Pater solus.* Neque enim ullatenus sunt audiendi qui suspicantur hujus sæculi statum sex millibus annorum ab initio fuisse definitum, et, ne contra sententiam Domini venire videantur, addunt incertum mortalibus quoto anno sextæ millenariæ partis venturus sit dies iudicii, cujus tamen adventus maxime circa terminum sexti millenarii debeat sperari. A quibus si quæris ubi hæc putanda vel credenda legerint, mox stomachantes, quia aliud quid respondere non habent: Annon legisti, inquit, in Genesi quia sex diebus mundum fecerit Deus? unde merito credi debet eum plus minus sex millibus annorum esse staturum. Et quod est gravius, fuere qui propter septimum diem in quo requievit Deus ab operibus suis, sperarent post sex annorum millia sanctorum laboris in hac vita mortali, septimo mille annorum curriculo eos post resurrectionem in hac ipsa vita immortales in deliciis et multa beatitudine regnatos esse cum Christo. Verum his quia hæretica sunt et frivola, funditus omissis, intelligamus sincere et catholice sex illos dies in quibus mundi hujus ornatum perfecit Deus et septimum in quo ab omni opere suo requievit, quem ob id perpetuæ quietis benedictione sanctificavit, non sex annorum millia sæculi laborantis et septimum regni beatorum in terra cum Christo, sed sex potius ætates significare mundi la-

ullo consilio in medio suorum posuerunt, perguntque calculando ac si Leo IX tantum annos regnasset. Nonus autem Leonis annus est a Christo nato secundum computum vulgarem 724; sed secundum Bedæ ipsius *Chronicon* et seriem annorum a se sub imperatoribus digestorum, pertingit annum 729; nec multum abest Palmerius, alique, licet de horum imperatorum, sicut et de omnium fere aliorum, temporibus varie scripserint.

hentis in quibus sancti laborant in hac vita pro Christo, et septimam perpetuæ quietis in alia vita quam solutæ a corporibus percipiunt animæ sanctæ cum Christo. Quod animarum Sabbatum tunc inchoasse recte creditur, cum primus Christi martyr carne occisus a fratre mox anima est æternam translatus in requiem, tunc autem perficietur cum in die resurrectionis animæ etiam corpora incorrupta receperint. Et quia nulla ætatum quinque præteritarum mille annis acta reperitur, sed aliæ plures annos, aliæ pauciores, habuere, neque ulla alteri similem habuit summam annorum, restat ut pari modo hæc quoque quæ nunc agitur incertum mortalibus habeat suæ longitudinis statum, soli autem illi cognitum qui servos suos accinctis lumbis lucernisque ardentibus vigilare præcepit, similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis.

CAPUT LXVIII.

De trina opinione fidelium, quando veniat Dominus.

Cujus quidem adventus horam merito sancti omnes diligunt, et citius adesse desiderant; sed periculose satis agunt, si qui hanc prope an longe sit putare vel prædicare præsumunt. Unde pulcherrime beatus Augustinus, remoto illo servo nequam qui dicit in corde suo: *Moram facit dominus meus venire*, iste quippe procul dubio domini sui odit adventum, dat exemplum de tribus servis optimis, adventum domini sui sitienter desiderantibus, vigilanter expectantibus, fideliter amantibus, quorum unus dicit: « Vigilemus et oremus, quia citius venturus est dominus. » Alter dicit: « Vigilemus et oremus, quia brevis et incerta est ista vita, quamvis tardius venturus sit dominus. » Tertius dicit: « Vigilemus et oremus, quia et brevis atque incerta est ista vita, et nescimus tempus quando venturus sit dominus. » Proinde si hoc factum fuerit quod prædixerat primus, gaudebunt cum illo secundus et tertius. Si autem factum non fuerit, metuendum est ne perturbentur qui illi crediderant, et incipiant adventum domini non tardum putare, sed nullum. Qui autem credunt quod dicit secundus, tardius esse dominum venturum, si falsum fuerit inventum, citius domino veniente, nullo modo qui ei crediderant turbabuntur in fide, sed inopinato gaudio perfruentur. Quapropter qui dicit dominum citius esse venturum, optabilius loquitur, sed periculose fallitur. Qui autem dicit dominum tardius esse venturum, et tamen credit, sperat, amat ejus adventum, profecto de tarditate ejus, etiamsi fallitur, feliciter fallitur. Habebit enim majorem patientiam, si hoc ita erit, majorem lætitiā si non erit; ac per hoc ab eis qui diligunt manifestationem domini ille auditur suavius, isti creditur turpius. Qui autem quid horum sit verum ignorare se confitetur, illud optat, hoc toleret, in nullo eorum errat, quia nihil eorum aut infirmat aut negat.

CAPUT LXIX.

De temporibus Antichristi.

Duo sane certissima necdum instantis diei iudicii habemus indicia, fidem videlicet Israeliticæ genti, et regnum, persecutionemque Antichristi, quam vi-

delicet persecutionem trium semis annorum futuram fides Ecclesiæ tenet. Sed ne hæc improvisa veniens omnes passim quos imparatos invenerit involvat, Enoch et Iliam maximos prophetas et doctores ante hujus exortum venturos in mundum, qui Israeliticam plebem ad fidei convertant gratiam, atque ad pressuram tanti turbinis in parte electorum insuperabilem reddant. Qui cum ipsi primo tres semis annos prædicaverint, et sicut de uno eorum Elia propheta Malachias prædixit, converterint corda patrum in filios, id est, antiquorum fidem dilectionemque sanctorum in eorum qui tunc victuri sunt mente plantaverint, tunc excandescens illa horrenda persecutio, ipsos imprimis martyrii virtute coronet; deinde cæteros fideles corripiens, vel martyres Christi gloriosissimos, vel damnatos apostatas faciat. Quod significare videtur apostolus Johannes, ita scribens in Apocalypsi: *Atrium autem quod est foris templum ejice foras, et ne metris illud, quoniam datum est gentibus, et civitatem sanctam calcabunt mensibus XLII*, id est, eos, qui nomine tenus fideles sola exteriora diligunt, ab electorum sorte separatos ostende, quia et ipsi ad persequendam Ecclesiam convertentur novissima illa persecutione trium semis annorum.

Et dabo, inquit, duobus testibus meis, et prophetabunt diebus M, CCLX, amicti saccis, id est, arctissimis continentiae et pressurarum laboribus accincti prædicabunt. Et paulo post: *Et cum finierint*, inquit, *testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyssu fac et adversus illos bellum, et vincet eos, et occidet illos, et cætera.* Quibus ministros ejusdem bestiae, id est, Antichristi, de cecisione horum duorum testium, id est, martyrum, lætatuos, eisdemque etiam mortuis insultatuos esse commemorat idem alio loco: *Et vidi, inquit, de mari bestiam ascendentem, et dedit illi draco virtutem suam, et potestatem magnam; id est vidi hominem sævissimi ingenii de tumultuosa impiorum stirpe progenitum, cui mox nato, et per magicas artes a pessimis imbuto magistris, adjungens se diabolus, totam virtutis suæ potentiam, per quam magice cæteris omnibus majora patraret, individuus comes attulit.* Et data est, inquit, *illi potestas facere menses XLII*, id est, annos tres et dimidium. Percusso autem illo perditionis filio, sive ab ipso Domino, sive a Michaelē archangelo, ut quidam docent, et æterna ultione dānato, non continuo dies iudicii secutus esse credendus est; alioqui scire possent homines illius ævi tempus iudicii, si post tres semis annos inchoatæ persecutionis Antichristi confestim sequeretur. Nunc autem quia ante consummatum tempus persecutionis illius dies iudicii non veniat, scire omnibus licet. Post quantum vero tempus consummatæ ejusdem persecutionis venturus sit, nemini prorsus scire conceditur. Denique Daniel propheta, qui regnum Antichristi M, CCXC diebus futurum describit, ita concludit: *Beatus qui expectat et pervenit ad dies M, CCCXXXV.* Quod Hieronymus ita exponit: « Beatus, inquit, qui, interfecto Antichristo, supra M, CCXC dies, id est, tres semis annos, dies quadraginta quinque præstolatur, quibus est Dominus

atque Salvator in sua majestate venturus. Quare autem post interfectionem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit, divinæ scientiæ est, nisi forte dicamus: Dilatio regni sanctorum per timentiam probatio est. »

CAPUT LXX.

De die judicii.

Adveniet autem dies Domini sicut fur, quia, sicut ipse testatur, nescimus quando veniat Dominus, sero, an media nocte, an galli cantum, an mane, in quo cæli, inquit, magno impetu transient, elementa vero a calore solventur. Qui autem sint cæli qui transient, paulo superius docet idem apostolus Petrus dicens: Cæli erant prius, et terra de aqua, et per aquam consistens verbo Dei, per quæ ille tunc mundus periit. Cæli autem qui nunc sunt et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservati in die judicii. Non ergo firmamentum cæli, in quo sidera fixa circumeunt, non cælum æthereum, hoc est, inane illud maximum a cælo sidereo usque ad aera turbulentum, in quo puro et quieto, diurnæque lucis semper pleno, errantia septem sidera vaga ferri creduntur, sed cælum hoc aereum, id est, terræ proximum, a quo aves cæli, quod in eo volent, appellantur, quod aqua quondam diluvii, deletis terrestribus, transcendendo perdidit, hoc ignis extremi judicii ejusdem mensuræ spacio procrecens occupando disperdet. Nec sola hæc beati Petri sententia, qua illos dicit cælos igne judicii perdendos, qui aqua diluvii perierant, testatur sidereum cælum igne illo, quamvis maximo, non esse tangendum, sed etiam Domini sermo qui dicit: Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo. Neque enim sol obscurari, luna suo lumine privari, stellæ poterunt cadere de cælo, si cælum ipsum, locus videlicet eorum, igne voratum transibit. Nunc autem cælum quidem aereum igne marcescet, sidereum manebit illæsum. Porro sidera obscurabuntur non suo lumine vacuata, sed majoris vi luminis ad adventum superni judicis, nevideantur oblecta, quod in hac vita lunam stellasque omnes a potiore lumine solis interdium pati cunctis in promptu est. Cum autem, peracto judicio, fuerit cælum novum, et terra nova, id est, non alia pro aliis, sed hæc ipsa per ignem innovata, et quasi quadam resurrectionis virtute glorificata claruerint, tunc, ut Esaias prædixit, erit lux lunæ sicut lux solis, et lux solis septupliciter sicut lux septem dierum. Quod autem Joannes in Apocalypsi cum dixisset: Vidi cælum novum, et terram novam, primum enim cælum et prima terra abierunt, adjunxit atque ait: Et mare jam non est, utrum maximo illo ardore siccetur mare, an et ipsum vertatur in melius non facile patet. Cælum quippe novum, et terram novam, non autem et mare novum usquam legimus futurum. Nam et typice potest intelligi quod dictum est, et mare jam non est, quia jam tunc non erit hoc sæculum vita mortalium turbulentum, quod sæpissime in Scripturis maris nomine figuratur. Ubi autem ipsum extremi et universalis judicii sit discrimen habendum, inter multos

A sæpe quæritur. Constat namque, quia cum, descendente ad judicium Domino, in ictu oculi fuerit omnium resurrectio celebrata mortuorum, sancti confestim rapiantur obviam illi in aera. Hoc enim Apostolus intelligitur indicare, cum ait: Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cælo, et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera. Utrum autem et reprobi tunc sublimius a terra levantur obviam judici venturo, an meritis peccatorum ita prægraventur, ut, quamvis immortalia corpora habentes, ad altiora nequeant elevari, et præside ad judicandum Domino, sancti in sublimi a dextris ejus, ipsi autem in inferioribus adsistant a sinistris, tunc potius apparebit. Si vero tunc ignis ille maximus et altissimus universæ terræ superficiem operit, et resuscitati a mortuis, injusti nequeunt in sublime raptari, constat eos ut pote in terra positos igni circumdatos judicis expectare sententiam; sed an illo urantur qui non per illum castigandi, sed æterno potius sunt igne damnandi, quis præjudicare audeat? Namque aliquos electorum eo purgari a levioribus quibusdam admissis, et beatus Augustinus, in libro de Civitate Dei vigesimo, ex prophetarum dictis intelligit, et sanctus papa Gregorius, in Homeliis Evangelii, exponens illud Psalmographi: Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida: « distictionem quippe, inquit, tantæ justitiæ, tempestas ignisque comitantur, quia tempestas examinat quos ignis exurat. » Satis autem clarum est, quia, raptis ad vocem tubæ obviam Domino in aera perfectis servis illius conflatio mundana non noceat, si trium puerorum mortalia adhuc corpora circumpositus camini ignis tangere nequivit. Verum in his omnibus utilius est cuique castum se districti judicis præbere conspectibus, quam de judicii illius modo locove discutere. Sane quod Apostolus cum dixisset: Rapiemur cum illis in nubibus obviam Domino in aera, subdit dicens: Et sic semper cum Domino erimus, non sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum Domino esse mansuros, quia nec ipse ibi utique manebit, quia veniens transiturus est. Venienti quippe ibitur obviam, non manenti, sed ita cum Domino erimus, id est, sic erimus habentes corpora sempiterna ubicunque cum illo fuerimus.

CAPUT LXXI.

De septima et octava ætate sæculi futuri.

Et hæc est octava illa ætas semper amanda, speranda, suspiranda fidelibus, quando eorum animas Christus, incorruptibilium corporum munere donatas, ad perceptionem regni cælestis contemplationemque divinæ suæ majestatis inducat: non auferens gloriam quam, exutæ corporibus, a suæ quoque egressionis tempore beata in requie perceperant, sed majore illas gloria etiam corporum redditorum accumulans; in cujus continuatæ et non interruptæ beatitudinis typum Moses cum sex illos dies primos,

quibus factus est mundus, a luce et mane inchoatos, ad vesperum terminatos dixisset, in septimo, quo requievit Deus ab operibus suis, solius mane, non autem et vespere fecit mentionem. Sed cuncta quæ de eo commemoranda putavit, æternæ requiei et benedictionis luce conclusit. Quia, sicut et supra meminimus, cunctæ hujus sæculi ætates sex, in quibus justis, Domino cooperante, bonis operibus insistunt, ita sunt superna ordinatione dispositæ, ut, in primordiis suis singulæ aliquid lætarum rerum habentes, non parvis ærumnarum tenebris, pressurarumque conumantur. Requies vero animarum, quam pro bonis operibus in futuro sæculo percipiunt, nulla unquam curæ alicujus anxietate turbata deficiet, sed ubi tempus judicii et resurrectionis advenerit, gloriosiore perpetuæ beatitudinis perfectione complebitur. Comparatur iis ætatibus sacratissimum dominicæ passionis, sepulturæ et resurrectionis tempus. Legimus enim, scribente Evangelista Johanne, quia Christus ante sex dies paschæ venit Bethaniam, ubi devotæ mulieris officio Judas offensus, prodidit eum sacerdotum principibus. In crastinum autem ipse veniens in asino Hierosolimam, cum turba Deo laudes canentium, per continuos quinque dies insidiosis eorum quæstionibus appetitus, sexta demum die crucifixus est, septima requievit in sepulcro, octava autem, id est, una Sabbati, resurrexit a mortuis. Quia, præteritis quinque mundi hujus ætatibus, sancti nunquam reproborum insidias et odia pati cessarunt. At in sexta, quam Dominus sua incarnatione confirmare in fide, sua passione redimere ab inferis, sua resurrectione et ascensione ad spem et dilectionem regni cælestis accendere dignatus est, eximior beatorum martyrum virtus atrociora ab infidelibus persecutionum bella toleravit. Sed hæc tanto fortius vicere, quanto certius novere pro illo se pati, qui secum passo prius latroni, sed tunc confessori, promisit: *Hodie mecum eris in paradiso*. Quæ beatissima paradisi requies, quia non alium finem quam glorificæ resurrectionis habet initium, hoc significare volens evangelista Matthæus, cum Dominum sexta feria passum, et sabbato sepultum esse scripsisset, dicturus de resurrectione, sic incipit: *Vespere autem Sabbati, quæ lucebat in prima Sabbati, venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum*. Vesperam quippe sabbati, quo Dominus in sepulcro quievit, non in noctem tenebrescere, sed lucescere dicit in una Sabbati, quia videlicet idem ejus sepulcrum non corruptione suscepti corporis attaminandum, sed, sicut Isaias ait: *Et erit sepulcrum ejus gloriosum, cito resurrectionis erat virtute sublimandum, quia nostrarum quoque requies post exuta corpora animarum non aliquibus*

angorum est obscuranda tenebris, sed solis veræ et perpetuæ lucis suscipienda et accumulanda in fine muneribus. Hæc est magna illa et singularis octava pro qua sextus et undecimus Psalmi scribuntur, cujus et verba dierum ita recordantur. Porro Mattheus, et Heliphalu, et alii Levitarum, in citharis pro octava canebant epinicion, id est, victori Domino in perpetuum venturæ Ogdoadis, atque judicii laudes canebant. Epinicion quippe triumphum, palmamque significat. Vel de resurrectionis Christi mysterio prophetabant, quæ merito singularis et magna vocatur octava, quia omnis labentis sæculi dies octava ita est post septimum Sabbati octava, ut ipsa sit etiam prima septimanæ sequentis. Quomodo autem prima totius sæculi dies ita fuit prima, ut non haberet alios quos VII præcedentes quibus esset octava, et ideo singulariter prima est, ita singulariter non solum magna, sed et octava est dies futuræ resurrectionis, quia sic post septimam Sabbati proximi ventura est octava, ut non aliquos habeat dies sequentes, quibus possit fieri prima, sed ipsa una maneat cælesti luce perennis. Unde bene propheta visionem hujus diei sitiens, unam eam vocat dicens: *Quia melior est dies una in atriis tuis super millia*. Cum ergo octavam in Scripturis legimus, sciamus mystice et diem et ætatem posse intelligi, quia et Dominus octava die, id est, post septimam Sabbati resurrexit a mortuis. Et nos non solum post septem volubilis hujus sæculi dies, sed etiam post sæpe memoratas septem ætates in octava ætate simul et die resurgemus. Quæ vitæ dies in se quidem ipsa mansit semper, manet et manebit æterna, sed nobis tunc incipiet, cum ad eam videndam meruerimus intrare, ubi quo actu occupentur sancti, perfecta spiritus et carnis immortalitate renovati, testatur Psalmista, qui Deo per laudem amoris canit: *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in sæculum sæculi laudabunt te*. Quo visu delectentur, ideam consequenter exponit: *Et enim benedictionem dabit, qui legem dedit, ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion*. Quales ad hanc venire possint, ipse qui est via, veritas et vita, testatur Dominus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Ergo noster libellus de volubili ac fluctivago temporum lapsu descriptus, opportunum de æterna stabilitate ac stabili æternitate habeat finem. Quem, rogo, si qui lectione digni fuerint, me suis in precibus Domino commendent, pique apud Deum et proximos, quantum valent, agant industria, ut, post temporales cælestium actionum sudores, æternam cuncti cælestium præmiorum mereamur accipere palmam.